enim tam germanam esse, quam cæteras Platonis Epistolas, persuadet nobis Wesseling. in Epist. ad Venemam: ubi et hunc locum attigit p. 41. Proximus antiquitate est Aristot. Metaphys. i. 7. *Φαίδωνα* Platonis citans: item de Generat. et Corrupt. ii. 9. Meteorolog. ii. 2. Panætium vero dialogum Phædonem spurium judicasse, et Platoni abjudicasse, cecinit incertus Poeta in Anthologia Gr. i. 44. 4. quem falsa canere ostenderunt Fabric. B. G. vol. ii. p. 8. 9. et Lyndenus noster, in Disputatione de Panætio p. 63. Sed istum errorem res ipsa refutat: qui in illo Epigrammate quum mendi suspicionem moveat, a nobis alibi tractabitur. Illud quis minus absurde, nec tamen vere, contendat, Socratem horum nil dixisse: idque tueatur cum consuetudine Platonis, sic fere in omnibus sermonibus Socratem adhibentis: tum communi more dialogorum, quem Cicero quoque secutus excusat, Varroni Academicos libros dicans, Epist. Div. ix. 8. ‘Puto fore, ut, cum legeris, mirere nos id locutos esse inter nos, quod numquam locuti sumus: sed nosti morem dialogorum,’ tum auctoritate Athenæi xi. p. 505. E. nominatim de Gorgia et Phædone pronunciantis: *ἄλλοι δέ φασιν ὡς ἀναγνοὺς ὁ Γοργίας τὸν Πλάτωνος διάλογον, πρὸς τοὺς παρόντας εἶπεν, ὅτι οὐδὲν τούτων οὔτε εἶπεν οὔτε ἤκουσε παρὰ Πλάτωνος. ταῦτά φασι καὶ Φαίδωνα εἰπεῖν ἀναγνόντα τὸν περὶ ψυχῆς·* quo loco *εἰπεῖν* addidimus annotatum in exemplo Gronovii ex Cod. Florent. deinde pro *παρὰ Πλάτωνος* ratio postulat *παρὰ Σωκράτους, se nil horum neque dixisse, neque a Socrate audivisse.* Et quod ad Athenæum attinet, illud *φασὶ* non certum auctorem significat: et ipsum reprehensorem Platonis iniquiorem quam veriorem fuisse constat: et monuit Casaubonus ad l. l. p. 375. et ad Diog. L. iii. 35. Quod autem ad duas priores dubitationes spectat, his satis respondisse videmur in Disputatione de placito Immortalitatis Animorum, Sect. iv. de Socrate p. xxxviii. et xxxix. Hoc autem loco non reticendum est, quod ad historiam literariam hujus dialogi pertinet, veteres Phædonis interpretes ab Olympiodoro memorari, Iamblichum, Syrianum, Proclum, ut qui Syriani commentarium amplificaverit, Harpocrationem, Paterium, de quibus quædam notabimus in his annotationibus. Quibus annumerari debet Galeni liber item perditus, in quo ipsi propositum fuerat ostendere, Platonem in argumentis de Animorum Immortalitate sibi ipsum repugnare: quem librum suum memorat t. i. ed. Bas. de Format. Fœt. p. 221. Wytt.

αὐτὸς, ὦ Φαίδων, — ἤκουσας] Hoc exordii principium duos imitatos esse scriptores, ad utrumque notavit Casaubon., alterum, Dionem Chrysost. Or. vii. initio; *Τόδε μὲν αὐτὸς ἰδὼν, οὐ παρ᾽ ἑτέρων ἀκούσας, διηγήσομαι*; alterum Athenæum initio operis: *Αὐτὸς, ὦ Ἀθήναιε, μετειληφὼς τῆς καλῆς ἐκείνης συνουσίας τῶν νῦν ἐπικληθέντων Δειπνοσοφιστῶν, ἥτις ἀνὰ τὴν πόλιν πολυθρύλλητος ἐγένετο, ἢ παρ᾽ ἄλλου μαθὼν τοῖς ἑταίροις διεξήεις·* sic enim penultimum nomen pro *ἑτέροις* legendum esse, et Casaub. et Salmas. monuit. Hermogenes de Methodo, i. p. 518. vim in diversa significatione pronominis *αὐτὸς* singularem inesse demonstrat: *καὶ παρὰ Πλάτωνι —·* ‘*Αὐτὸς, ὦ Φαίδων, παρεγένου; Αὐτὸς, ὦ Ἐχέκρατες.*’ *Ὁ μὲν γὰρ ἤρετο ὡς θαυμάζων καὶ μακαρίζων τὸν παραγενόμενον, ὁ δὲ ἀπεκρίνατο σεμνυνόμενος καὶ μέγα φρονῶν.* Wytt.

ὦ Φαίδων] Phædo hic Eleus, cujus nomine inscriptum dialogum hunc laudat præter ceteros Aristot. Metaph. i. 7. xi. 5. (a multis citatur *ὁ περὶ ψυχῆς λόγος* s. *διάλογος*), notus est ille scholæ Eliacæ auctor, de quo vid. Diog. Laert. xi. 105. Gell. xi. 18. Quocum qui hoc in libro loquitur Echecrates Phliasius, est fortasse Pythagoreus ille, quem commemorant Diog. Laert. viii. 46. Iamblich. Vit. Pythag. i. 35. Heind.

φάρμακον] Hoc loco significat *cicutam, κώνειον.* v. Laert. ii. 35. Seneca Ep. 13. ‘Cicuta magnum Socratem fecit:’ sed Ep. 67. ‘Calix venenatus, qui Socratem transtulit e carcere in cœlum.’ Unde Socrates a Persio iv. 1. s. vocatur ‘barbatus magister, sorbitio tollit quem dira cicutæ.’ Fisch.

αὐτὸς] Abest ab Aug. perperam. Fisch.

ριάζει τὰ νῦν Ἀθήναζε, οὔτέ τις ξένος ἀφῖκται χρόνου συχνοῦ ἐκεῖθεν, ὅς τις ἂν ἡμῖν σαφές τι ἀγγεῖλαι[g] οἷός τ᾽

ὦ Ἐχέκρατες] De hoc quædam notavit Forster, jam occupata Fabricio B. G. vol. i. p. 501. 513. et nos hæc aliaque observavimus, disertius nunc explicanda. Echecrates igitur Phliasius fuit ex illa ultima successione Pythagoricorum, quos Aristoxenus audivit: ex quo id Diog. L. refert, viii. 46. τελευταῖοι γὰρ ἐγένοντο τῶν Πυθαγορείων οὓς καὶ Ἀριστόξενος εἶδε, Ξενοφιλός τε ὁ Χαλκιδεὺς ἀπὸ Θρᾴκης, καὶ Φάντων ὁ Φλιάσιος, καὶ Ἐχεκράτης καὶ Διοκλῆς καὶ Πολύμναστος, Φλιάσιοι καὶ αὐτοί· ἦσαν δὲ ἀκροαταὶ Φιλολάου καὶ Εὐρύτου τῶν Ταραντίνων. Plura etiam, eodem auctore, narrat Iamblich. Vit. Pythag. §. 250. 251. e quibus hæc ad nostrum argumentum pertinent: οἱ δὲ λοιποὶ τῶν Πυθαγορείων ἀπέστησαν τῆς Ἰταλίας, πλὴν Ἀρχύτου τοῦ Ταραντίνου. ἀθροισθέντες δὲ εἰς τὸ Ῥήγιον ἐκεῖ διέτριβον μετ᾽ ἀλλήλων, καὶ τῶν πολιτευμάτων ἐπὶ τὸ χεῖρον προβαινόντων· ἦσαν δὲ οἱ σπουδαιότατοι Φάντων τε καὶ Ἐχεκράτης καὶ Πολύμναστος καὶ Διοκλῆς, Φλιάσιοι, Ξενόφιλος δὲ Χαλκιδεὺς τῶν ἀπὸ Θρᾴκης Χαλκιδέων· ἐφύλαξαν μὲν οὖν τὰ ἐξ ἀρχῆς ἤθη καὶ τὰ μαθήματα, καίτοι ἐκλειπούσης τῆς αἱρέσεως, ἕως εὐγενῶς ἠφανίσθησαν. ταῦτα μὲν οὖν Ἀριστόξενος διηγεῖται· quibus in verbis primum dedimus Φάντων τε pro τε Φάντων, ex Memmiano Codice, cujus varias lectiones ad duos Iamblichi libros, hunc et Protrepticum, ex auctione Gronoviana nacti sumus: deinde animadvertendum, post προβαινόντων quædam desiderari, quibus significetur, *eos Rhegio relicto in Græciam abiisse;* nam, quod Kuster secundum Obrechtum judicat, illa verba, προϊόντος—προβαινόντων, post Χαλκιδέων ponenda esse, nobis frustra esse videtur. Eodem pertinet mentio a Valerio Max. facta, viii. 13. Ext. 3. 'Biennio minor (Gorgia obiit) Xenophilus Chalcidensis Pythagoricus, sed felicitate non inferior; si quidem, ut ait Aristoxenus Musicus, omnis humani incommodi expers, in summo perfectissimæ splendore doctrinæ exstinctus est.' Lucian. de Macrobiis, t. iii. p. 221. Ξενόφιλος δὲ ὁ Μουσικὸς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, προσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Gell. Noct. Att. iv. 11. 'Porculis quoque minusculis et hœdis tenerioribus (Pythagoram) victitasse idem Aristoxenus refert. Quam rem videtur cognovisse ex Xenophilo Pythagorico familiari suo, et ex quibusdam aliis natu majoribus, qui ab ætate Pythagoræ non multum aberant.' Ælian. Nat. Anim. ii. 11. p. 81. æquales fere Musicos memorat, Δάμωνα—καὶ Σπίνθαρον, καὶ Ἀριστόξενον, καὶ Ξενόφιλον, καὶ Φιλόξενον. Simpliciter τῶν Πυθαγορικῶν φιλοσόφων οἱ τελευταῖοι nominantur a Diodoro Sic. xv. 76. t. ii. p. 62. e quibus Xenophilus a Luciano l. c. memoratur Plinio H. N. vii. 50. et Suida in Ἀριστόξενος. Conferatur Mahnii nostri Diatribe de Aristoxeno p. 53. Echecratis etiam meminit Scriptor Epist. Socrat. xxxiii. p. 74. Cicero de Fin. v. 29.—'cur Plato Ægyptum peragravit, ut a sacerdotibus barbaris numeros et cœlestia acciperet? cur post Tarentum ad Archytam? cur ad reliquos Pythagoreos, Echecratem, Timæum, Acrionem, Locros; ut cum Socratem expressisset, adjungeret Pythagoreorum disciplinam, eaque, quæ Socrates repudiabat, addisceret?' Plato Epistola ix. p. 726. A. Ἐχεκράτους δὲ καὶ νῦν ἐπιμέλειαν ἔχομεν, καὶ εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον ἕξομεν, καὶ διά σε, καὶ διὰ τὸν πατέρα αὐτοῦ Φρυνίωνα, καὶ δι᾽ αὐτὸν τὸν νεανίσκον. Quamquam dubium videtur, an is, qui paucis post Socratis obitum diebus cum Phædone loquens inducitur, aliquot interjectis annis Platone ex Italia in Græciam reverso, νεανίσκος dici potuerit: non tamen repugnat. Ἐχεκράτεια Φλιασία numeratur inter mulieres Pythagoricas a Jamblicho Vit. Pythag. §. 267. in fine. Neque abhorret a verisimilitudine, eos, qui ex Italia Phliuntem venissent, Pythagoricos, postea Phliasios cives et dictos et habitos esse. Quid autem Phliunti urbi cum Pythagoreis intercesserit necessitudinis intelligitur ex Pausania ii. 14. p. 140. Pythagoræ proavum Hippasum Phliasium Phliunte Samum migrasse: quocum nominibus paulum mutatis consentit Diog. L. viii. 1. ἔνιοι δὲ (φασὶ) υἱὸν μὲν εἶναι Μαρμάκου, τοῦ Ἱππάσου, τοῦ Εὐθύφρονος, τοῦ Κλεωνύμου, φυγάδος ἐκ Φλιοῦντος. Wytt.

τί ἐστιν ἅττα εἶπεν] Dictum est, ut in Theæt. §. 10. τί ποτ᾽ ἐστὶν, ἃ διανοούμεθα· ubi Stephanus τίνα reponendum temere censebat. Sic in Gorg. p. 346. E. τίνα ποτ᾽ ἐστὶν, ἃ e Cod. Aug. et Merm. rescribi haud dubie debet τί ποτ᾽ ἐστὶν, ἃ, sicut in Parmenid. 23. ταῦτα δὲ ἀδύνατον ἐφάνη· ubi Cod. Tub. habet ἀδύνατα, a manu correctoris. Fisch.

ἦν[h] περὶ τούτων, πλήν γε[i] δὴ[j] ὅτι φάρμακον πιὼν ἀποθάνοι· τῶν δὲ ἄλλων οὐδὲν εἶχε φράζειν.

—[h] ἦν 𝔄ΠΦGs et corr Δ: ᾖ *s.—[i] δὲ G.—[j] δὲ s.—[k] τὰ om Γ.—[l] ἡμῖν om s.—

τί οὖν δή ἐστιν ἅττα] τί pro τίνα, de quo dixi ad Gorg. §. 136. Reperitur tamen interdum et alterum, velut Æschin. in Tim. p. 156. ed. Reisk. ἐγὼ δὲ τί λέγω κατὰ Τιμάρχου; καὶ τίνα ποτ' ἐστὶν, ἃ ἀντιγέγραμμαι; Atque ut mox §. 4. Τί ἦν τὰ λεχθέντα καὶ πραχθέντα, ita §. 116. τίνα δὴ ἦν τὰ μετὰ ταῦτα λεχθέντα; Heind.

τί οὖν δή] Omissum est δή in Aug. et Tub. Voculas οὖν δή sic in interrogatione junctas singulæ paginæ exhibent. Heind.

Φλιασίων] Tub. Φλασίων· ut apud Steph. Byz. v. Ἀναγυροῦς exemplum Florent. Φλάσιος. male. Phlius fuit oppidum Sicyoniæ. v. Strabo viii. p. 587. Pro Φλιάσιος leges analogiæ dici jubebant Φλιούντιος· v. Cic. ad Att. vi. ep. 2. et apud Diod. Sic. xv. 19. p. 17. t. ii. pro Φαιουντίους Wesselingius, e conjectura Palmerii, recepit Φλιφυντίους· aut certe Φλιούσιος. v. Steph. Byz. v. Φλιοῦς. Sed dicitur etiam Ἀναγυράσιος ab Ἀναγυροῦς. v. Steph. Byzant. v. Ἀναγυροῦς. Fisch.

τῶν Φλ.] Articulus deesse non potuit; addidi e cod. monente Wolf. mox ἐπιχωρ. Ἀθην. illustrant Bast. et Schæf. ad Greg. Cor. p. 880. et 982. Beck.

ἐπιχωριάζει] Verbum ἐπιχωριάζειν, *peregre venire et abire in locum*, ut memorandum notavit Stephanus Byzant. v. Χώρα. Τὸ ἐπιχώριος, καὶ ἐπιχωριάζειν, ἐν τῷ περὶ ψυχῆς φησι Πλάτων· quamquam satis illud frequens. Proxima laudat Priscianus xviii. p. 1200. ' οὔτέ τις ξένος ἀφῖκται χρόνου συχνοῦ ἐκεῖθεν' Deinde pro οἷός τ' ᾖ, Vind.* A B F, dant οἷός τ' ἦν· quod malim; quia hic locus præteriti temporis significationem postulat. Denique postrema Boissonad. comparat cum simili dictione in Philostrati Heroic. p. 8. Οὐδὲ αὐτὸς λέγει, ὦ ξένε, τὰ ἑαυτοῦ πάθη, πλὴν γε δὴ ὅτι ἀποθάνοι μὲν δι' Ἑλένην ἐν Τροίᾳ, ἀναβιφώη δὲ ἐν Φθίᾳ Λαοδαμείας ἐρῶν. Wytt.

ἐπιχωριάζει Ἀθήναζε] ' Significat ἐπιχωριάζειν h. l. *commorari*: et Ἀθήναζε est *Athenis*. Nam Priscianus xviii. p. 721. Illi (Attici) ἐπιχωριάζει εἰς Ἀθήνας καὶ ἐν Ἀθήναις. Et nos, *habitat Romæ* et *habitat Romam*.' Fisch. Alia longe est ratio Latini *habitare*. Atque apud posteriores ἐκεῖσε et δεῦρο pro ἐκεῖ et ἐνταῦθα sæpe poni constat (v. Markl. ad Max. Tyr. Diss. xli. 5.) apud Atticos quum dicitur, quod vulgo dicunt, παρεῖναι εἴς τινα χώραν, παρεῖναι δεῦρο, Soph. Œd. C. 1253. Arist. Lysistr. 62. ἐπιδημεῖν δεῦρο Plat. Parmen. §. 1. ἐπιδημεῖν εἰς τὰ Μέγαρα Demosth. in Neær. p. 1357. et sexcenta id genus alia: verba hæc παρεῖναι, ἐπιδημεῖν et similia *accessisse* magis significant, quam *commorari*. Hic autem, quum a ventitantibus Athenas Phliasiis et inde redeuntibus rem comperire potuerit Echecrates, a commorantibus cummaxime Athenis non item, recte Stephanus Thes. iv. p. 663. ἐπιχωριάζειν *ventitandi* significatu positum accepit. Heind.

ὅστις ἂν ἡμῖν—ἦν—] Edd. et Cod. Aug. οἷόστ' ᾖ, cui hic non est locus. Præcedens illud ἀφῖκται si ad præsens tempus referretur, ut idem fere sonaret quod πάρεστιν, *adest*, corrigerem εἴη. Soph. Œd. C. 1167. Ὅρα κατ' Ἄργος εἴ τις ὑμῖν ἐγγενὴς Ἔσθ', ὅστις ἄν σου τοῦτο προσχρῄζοι τυχεῖν. Iliad. E. 192. Ἵπποι δ' οὐ παρέασι καὶ ἅρματα, τῶν κ' ἐπιβαίην. H. l. quum præteriti temporis significatu accipere illud propter addita hæc χρόνου συχνοῦ oporteat, recte Tub. ἦν, præsertim quum sequatur deinceps εἶχεν. Aristoph. Lysistr. 109. Οὐκ εἶδον οὐδ' ὄλισβον ὀκτωδάκτυλον, Ὃς ἦν ἂν ἡμῖν σκυτίνη 'πικουρία. Heind.

οἷός τ' ᾖ] Recte Wolf. docuit, conjunctivum hic requiri: *neque venit, qui narrare possit*. Beck.

φάρμακον] Quoniam promiscue dicitur πιεῖν κώνειον (Lysias in Eratosth. p. 394. in Poliuch. p. 612.) et πιεῖν τὸ κώνειον (Xenoph. Hellen. ii. 3. 56.) hic quoque articulum, quo libri scripti editique carent, ab ipso omissum Platone existimo, quamvis paullo ante idem Echecrates dixerit ᾗ τὸ φάρμακον ἔπιεν. Heind.

* His literis designantur Codices Vindobonenses a Bastio collati, cui varias lectiones acceptas retulit Wyttenbachius. A significat Cod. Vindob. 51. B 100. F 89.

I. 58. §. 2. ΦΑΙΔ. Οὐδὲ τὰ[k] περὶ τῆς δίκης ἄρα ἐπύθεσθε ὃν τρόπον ἐγένετο;

ΕΧ. Ναί, ταῦτα μὲν ἡμῖν[l] ἤγγειλέ[m] τις, καὶ[n] ἐθαυμάζομέν γε ὅτι πάλαι γενομένης[o] αὐτῆς πολλῷ ὕστερον φαίνεται ἀποθανών. τί οὖν[p] ἦν[q] τοῦτο, ὦ Φαίδων;

II. iii. 4. ΦΑΙΔ. Τύχη τις αὐτῷ, ὦ Ἐχέκρατες, συνέβη· ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα[r] ἐστεμμένη τοῦ πλοίου ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσιν.[s]

[m] ἤγγελλέ *ς.—[n] καὶ om pr Δ.—[o] πάλαι μὲν γενομένης G.—[p] οὖν om ΓΛΥCEHIu et pr G.—[q] ἦν om Δ.—[r] πρύμνη EI.—[s] post πέμπουσιν omisi κατ' ἔτος cum 𝔄ΓΛΞ

§. 2. περὶ τῆς δίκης] 'Non scripsit Plato τὰ περὶ τὴν δίκην, ut §. 4. τὰ περὶ αὐτὸν τὸν θάνατον, sed τὰ περὶ τῆς δίκης, ob verbum ἐπύθεσθε, quod addi sic præpositioni περὶ casum secundum jubet.' Fischerus. Sane verbis sic collocatis οὐδὲ ἄρα ἐπύθεσθε, τίνα τρόπον ἐγένετο subjici debebat τὰ περὶ τὴν δίκην, non τὰ περὶ τῆς δίκης. Nunc legitime genitivum posuit scriptor. Xenoph. Cyrop. v. 3. 26. ὡς—ἐπεὶ πύθοιτο τὰ περὶ τοῦ φρουρίου, χαλεπῶς ἐνέγκοι. Anab. ii. 5. 37. ὅπως μάθῃ τὰ περὶ Προξένου. Hellen. i. 7. 39. Κόνων—ἔφρασε τὰ περὶ τοῦ Ἐτεονίκου. vii. 4. 1. Καὶ τὰ μὲν περὶ Εὔφρονος εἴρηται. Quibus locis etsi suppleri potest λεγόμενα s. λέγεσθαι δυνατὰ, pertinere tamen et ipse hæc ad eandem potius rationem existimo, de qua vide ad §. 57. Heind.

ταῦτα μὲν—ἤγγειλέ τις] Hic, ubi particulam μὲν non subsequitur δὲ, post ταῦτα μὲν reticetur, quod loquentis menti obversabatur, ἐκεῖνα δ' οὔ. Similisque in ceteris hujusmodi locis obtinet ellipsis, ut Sophist. §. 80. τοῦτο μὲν οἷόστε κἀγὼ διαλύειν. de Legg. i. p. 628. A. Τοῦτο μὲν ἀληθές. Dio Chrysost. Or. ii. p. 76. Ταῦτα μὲν Ὅμηρος ποιῶν ἡττᾶτο ὑπὸ Ἡσιόδου, ubi μέντοι malebat Reiskius. Eurip. Orest. 409. Μὴ θάνατον εἴπῃς· τοῦτο μὲν γὰρ οὐ σοφόν. Aristoph. Pace 13. Ἑνὸς μὲν, ὦ ̓νδρες, ἀπολελύσθαι μοι δοκῶ. Heind.

ἤγγειλε] Ald. Bas. 1. 2. ἤγγελε. Stephanus inde fecit ἤγγελλε· quod post eum retinuere alii dialogorum Platonis editores: ut apud Xen. Cyrop. iv. 1. 11. Junt. et Cod. Alt. ἀπήγγελε· sed Ald. ἀπήγγελλε· et Cod. Guelf. ἀπήγγειλε. Nos igitur nunc rescripsimus ἤγγειλε. In Xen. Anab. v. 2. 10. ὁ δὲ τοῖς πελτασταῖς πᾶσι παρήγγελλε· Suidas v. Διηγκυλημένον legit παρήγγειλε· ut in Cyrop. iii. 3. 29. pro παρήγγελλον librarius Cod. Guelf. dedit perperam παρήγγειλον· denique in Tub. et Aug. diserte scriptum ἤγγειλε extat. Fisch.

τύχη τις—ἔτυχε γὰρ] Suavis est paronomasia, ex re nata et caussam reddens. Animadvertit eam Plutarch. de Fato p. 572. B. vim verbi συνέβη explicans:—καὶ τὸ σπάνιον καὶ παράλογον ἐμφαίνεται τῷ κατὰ συμβεβηκός· οἷον δέ ἐστι τοῦτο εἰ καὶ μὴ ἐκ τῶν ἄρτι ῥηθέντων, ἀλλ' ἔκ γε τῶν ἐν τῷ Φαίδωνι γεγραμμένων σαφέστατα προσπίπτει· γέγραπται δὲ ὧδε· Οὐδὲ τὰ περὶ τῆς δίκης ἆρα ἐπύθοντο ὃν τρόπον ἐγένετο; Ναί· ταῦτα μὲν ἡμῖν ἤγγειλέ τις· καὶ ἐθαυμάζομέν γε, ὅτι πάλαι αὐτῆς γενομένης, ὕστερον φαίνεται ἀποθανών. Τί ἦν τοῦτο, ὦ Φαίδων; Τύχη τὶς αὐτῷ, ὦ Ἐχέκρατες, συνέβη· ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης ἡ πρύμνα ἐστεμμένη τοῦ πλοίου ὃ εἰς Δῆλον Ἀθηναῖοι πέμπουσιν. Ἐν γὰρ τούτοις τὸ ΣΥΝΕΒΗ οὐκ ἀντὶ τοῦ ΓΕΓΟΝΕΝ ἀκουστέον, ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον ἐκ συνδρομῆς τινος αἰτιῶν ἀπέβη, ἄλλου πρὸς ἄλλο γεγονότος· ὁ μὲν γὰρ ἱερεὺς ἔστεφε τὸ πλοῖον ἄλλου χάριν, ἀλλ' οὐ Σωκράτους· οἱ δὲ δι' ἕτερον κατεψηφίσαντο αὐτοῦ· αὐτὸ δὲ τὸ ἀποβὰν, παράλογον καὶ τοιοῦτο ἀπέβη, οἷον κἂν ἐκ προνοίας ἐγεγόνει ἤτοι ἀνθρώπου τινὸς ἢ τῶν κρειττόνων· ita hunc locum scribendum censemus, itemque reddidimus Latine in nostra editione: et nunc veluti commentarium huic Platonico apponendum duximus. Eodem spectat Simplicius ad Aristot. Phys. ii. p. 79. B. καὶ Πλάτων δὲ τὸ ἀπὸ τύχης τύχην καλεῖ, λέγων ἐν Φαίδωνι, 'Τύχη τις αὐτῷ, ὦ Ἐχέκρατες, συνέβη·' ἀντὶ τοῦ ἀπὸ τύχης τὶ αὐτῷ συνέβη. Wytt. qui sic in Addend. 'Eadem paronomasia, forte hinc ducta, exstat in Achille Tatio i. p. 55.

ΕΧ. Τοῦτο δὲ δὴ[t] τί ἐστιν;

ΦΑΙΔ. Τοῦτό ἐστι τὸ πλοῖον, ὥς φασιν Ἀθηναῖοι,[u] ἐν ᾧ Θησεύς ποτε[v] εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους[w] ᾤχετο ἄγων[x] καὶ ἔσωσέ τε καὶ αὐτὸς ἐσώθη. τῷ οὖν[y] Ἀπόλλωνι εὔξαντο,[z] ὡς λέγεται, τότε,[a] εἰ σωθεῖεν, ἑκάστου ἔτους θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον· ἣν δὴ ἀεὶ καὶ νῦν[b] ἔτι ἐξ ἐκείνου κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπουσιν. [§. 3.] Ἐπειδὰν οὖν ἄρξωνται τῆς θεωρίας,[c] νόμος ἐστὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν[d] τὴν πόλιν καὶ[e] δημοσίᾳ μηδένα[f] ἀποκτιννύ-

ΠΥCΕΗΙL*u*.—[t] δὴ om L.—[u] φασιν οἱ ἀθηναῖοι E.—[v] ποτε θησεὺς ΔΦG*s*.—[w] ἐκείνους om pr G.—[x] ἀγαγὼν EI.—[y] γοῦν G*s*.—[z] ηὔξαντο ΔΦ*s*.—[a] τότε ὡς λέγεται Φ.—[b] καὶ νῦν ἀεὶ G.—[c] τῆς θεωρίας ἄρξηται L.—[d] καθαρεύειν 𝔄ΓΔΛΞΠΦΥCGHL*us* :

ἔτυχε γὰρ τύχῃ τινι συμβὰν τότε τὸν ὄρνιν ἀναπτερῶσαι τὸ κάλλος· Phœnicem avem dicit.'

προτεραίᾳ] Tho. M. et ex eo Phavorinus: *Προτέρα, ἐπὶ τάξεως· προτεραῖα δὲ, ἐπὶ μόνης ἡμέρας. Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι· ἔτυχε γὰρ τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης.* Fisch.

εἰς Δῆλον—πέμπουσι] His vulgo adjecta *κατ' ἔτος* neque ad sensum requiruntur h. l. et absunt ab optimis libris Aug. Tub. itemque a Pariss. aliquot (unde nonnulla benigne mecum communicavit vir ille, cui omnia mea debeo, F. A. Wolfius), tum a Plutarchi libro de Fato p. 572. B. et a genuina Ficini versione. Itaque sine dubitatione omisi, præsertim quum quotannis missam Delum navem esse, bis in proximis memoretur. *πέμπουσι* h. l. est *πέμπειν εἰώθασι.* Heind.

κατ' ἔτος] Delevit Heind. tuitus est Wolf. Beck.

δὲ δὴ] In Aug. deest *δὴ*, et Tub. habet *τοῦτ' ἔστι.* Fisch.

τὸ πλοῖον—καὶ πάλιν δεῦρο] In hanc rem testes laudasse sufficit. Apollodor. iii. 15. 16. Diodor. Sic. iv. 61. Plutarch. Thes. p. 6. C. Catull. Epithal. Pelei et Thetidis v. 776. Virgil. Æn. vi. 20. Ovid. Met. viii. 170. Hygin. Fab. xli. et alii citati Meursio in Theseo xi. et Regno Athen. iii. 2. De Socratis negotio, navi hac Thesei, Atheniensium annua in Delum *θεωρίᾳ*, Xenoph. Memor. iv. 8. 2. Plutarch. Nicia p. 525. A. Thes. p. 10. C. De Rep. Seni Gerenda p. 786. Callimach. H. in Del. 309. Socrat. Epist. xiv. p. 36. Ælian. V. H. i. 16. Liban. Apol. Socr. t. ii. p. 687. D. et Declamat. a Morellio edita p. 160. Himer. Or. iv. p. 370. Wytt.

ἐν ᾧ Θησεὺς] Nimirum Minos, rex Cretæ, necis Androgei filii vindicandæ causa, v. Plutarch. Thes. p. 6. Pausan. i. 27. (Diod. Sic. iv. 61.) Athenienses oppugnatum venerat: sed discessit tandem hac lege, ut ipsi, nono quoque anno, tributi loco Cretam mitterent septenas virgines totidemque pueros, qui devorarentur a Minotauro in Labyrintho. Hi sunt h. l. *οἱ δὶς ἑπτὰ ἐκεῖνοι.* Theseus quum tertia tributi periodo hoc in numero esset, occidit Minotaurum rediitque cum comitibus Athenas salvus. V. Plut. et Pausan. l. l. Meurs. Thes. 16. Fisch.

τῷ—εἰς Δῆλον] Hæc verba laudantur a Thom. M. in *Βούλομαι*, ubi *ἑκάστου τοῦ ἔτους* legitur, sicut apud eundem in *Θεωρὸς*, et ex eo Phavorinus v. *Θεωρίαν ἀπάξειν.* Cæterum pro *λέγεται* Kuster ad Suidan p. 185. t. ii. edidit *λέγουσι.* Fisch.

θεωρίαν ἀπάξειν] Schol. ad h. l. *ἀντὶ τοῦ θυσίαν ἀπενεγκεῖν. Θεωροὶ δέ εἰσιν οἱ πεμπόμενοι θῦσαι καὶ θεραπεῦσαι τὸν θεόν· ὅθεν καὶ αἱ ὁδοὶ δι' ὧν ἐπορεύοντο, θεωρίδες κέλευθοι ἐκαλοῦντο, καὶ τὰ διδόμενα Θεωρικὰ, καὶ ἡ ναῦς ἡ εἰς Δῆλον πεμπομένη Θεωρὶς, καὶ ὁ ἱερεὺς Θεωρός.* Vid. Spanhem. ad Callim. h. in Del. v. 314. p. 584. De voc. *θεωρία* v. Valcken. ad Ammon. p. 92. Conf. Wessel. ad Diod. iv. 53. Heind.

καὶ νῦν ἔτι] Plutarch. Thes. p. 10. C. *τὸ δὲ πλοῖον ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἔπλευσε καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριακόντορον, ἄχρι τῶν Δημητρίου τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι.* Heind.

§. 3. *ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ*] Quum essent *τὰ Δήλια* Xenoph. Mem. iv. 8. 2. Conf. Plat. Criton. p. 43. C.—Mox post *Δῆλον* e Tub. inserui *τε.* Heind.

ναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλόν τε[g] ἀφίκηται[h] τὸ πλοῖον καὶ πάλιν δεῦρο· τοῦτο δ' ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίγνεται, ὅταν τύχωσιν ἄνεμοι[i] ἀπολαβόντες[j] αὐτούς. ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῆς θεωρίας

καθαριεύειν *ς.—[e] ὡς Γ.—[f] οὐδένα Ξ.—[g] τε add ΠΦCΔς.—[h] ἀφίκοιτο G.—[i] ἄνεμοι

καθαρεύειν] Ald. Bas. 1. 2. Steph. Forst. καθαριεύειν. Stephanus conj. καθαρεύειν· uti jam ediderat Turnebus: neque aliter legit Meursius Thes. c. 16. p. 62. Quæ forma verbi ut fuerit usitatior: tamen nec altera temere est rejicienda. Nam quidni ab καθάριος, vel καθάρειος (Pollux vi. 27. ὁ γὰρ καθάρειος ἰδιωτικόν· καίτοι τὸ καθαρείως παρὰ Ξενοφῶντι εἴρηται· locus est Cyrop. i. 3. 7. ubi Junt. et Ald. habent καθαρείως· sed Stephanus edidit καθαρίως, ut in Cod. Guelf. et Altorf. scriptum est: quum Cod. Brem. librarius scripserit perperam καθαρῶς), duci potuerit verbum καθαριεύειν, ut καθαρεύειν ab καθαρός? quod vim haberet verbi καθαίρειν (Laert. i. 110. 112. ii. 44.) pro quo apud Theophrast. Charact. 16. est καθαρίζειν, h. e. *expiare, lustrare.* At quum verba καθάριος et καθαριότης de *munditia* tantum et *elegantia* ponantur: v. Casaubon. ad Strabon. iii. p. 232. et Valquenarius ad Xen. Memor. ii. 1. 22. quum in Cod. Tub. et Aug. diserte scriptum καθαρεύειν invenerimus: recte a nobis Platoni hanc verbi formam reddi posse putavimus, ita, ut haberet vim activam: quæ ut ei tribuatur, postulare videntur, et sequentia verba, et verba νόμος ἐστὶν αὐτοῖς. Fisch.

καθαριεύειν] Forma nec in Lexicis prodita, nec mihi, quod sciam, observata: secundum analogiam quidem proba, quippe a καθάριος, *puritatis studiosus*, καθαριεύειν notet *puritati studere*, ut a καθαρὸς, *purus*, est καθαρεύειν, *purum esse*: attamen hoc loco suspecta, quod omnes nostri codices usitatum καθαρεύειν præbent. Atque sic etiam citat L. Kuster in Ep. ad Fabric. p. 287. cujus verba juvat referre: 'Serranus: *Lege cautum est, ut interea urbs expietur:* Ficinus: *Ex lege interim lustrant urbem.* At vero καθαρεύειν neque significat *expiare*, neque *lustrare:* sed simpliciter *purum esse*, sive *pollutionis expertem*, significatione neutra, ut grammatici loquuntur. Secundum mentem igitur Platonis, Athenienses ab eo tempore, quo navem sacram in Delum mittebant, usque ad ejus reditum, nihil publice committebant, quo urbem suam pollui posse crederent. Credebant autem pollui suppliciis capitalibus, quibus proinde toto illo temporis intervallo, ut Plato hic testatur, abstinebant. Sic igitur urbs poterat καθαρεύειν, nulla quamvis lustratione, sive expiatione *intercedente.*' Hoc sensu καθαρεύειν τινος sæpe dicitur: veluti in simili caussa Plutarchus in Phocione, qui, festo die in carcere cicuta sumta, mortem obiisset, contra morem veterem, p. 758. F. ἐφάνη δὲ τοῖς μὴ παντάπασι ὠμοῖς καὶ διεφθαρμένοις ὑπ' ὀργῆς καὶ φθόνου τὴν ψυχὴν, ἀνοσιώτατον γεγονέναι τὸ μηδ' ἐπίσχειν τὴν ἡμέραν ἐκείνην, μηδὲ καθαρεῦσαι δημοσίου φόνου τὴν πόλιν ἑορτάζουσαν. Absolute καθαρεύειν, *purum esse, purum se servare* est apud eumdem Defect. Orac. p. 435. D. Sympos. v. 10. p. 685. A. Xenoph. Hier. iv. 4. Wytt.

καθαρεύειν] In Edd. vulgatum καθαριεύειν si usquam usurpatum extaret, ad munditiem in cultu victuque spectaret. V. Valcken. ad Xenoph. Mem. ii. 1. 22. καθαρεύειν, *purum esse nec suppliciis pollui*, quod jam edidit Turneb. et legit Meurs. Thes. c. 16. præbent Aug. et Tub. Heind.

οἱ ἄνεμοι ἀπολαβόντες αὐτοὺς] *Si venti eos interceperint.* Exquisitum hac significatione verbum ἀπολαμβάνειν forte in caussa fuit, ut ab eo aberrarent quatuor codd. Vindobonenses; quorum* D E G dant ἀποβαλόντες; C ἀπελαύνοντες. Sic Plato Menex. p. 406. F. ἀπειλημμένων ἐν Μιτυλήνῃ τῶν νεῶν. Plutarch. de primo frigido p. 953. D. βοηθῆσαι ταῖς θυάσιν ἀπειλημμέναις ὑπὸ πνεύματος χαλεποῦ καὶ χιόνος. Philostrat. Heroic. p. 741. κἂν ἄνεμοι τὴν ναῦν ἀπολάβωσι. Latinis exquisite dicitur *deprehendere;* de quo verbo videas Burmann. ad Phædr. v. 4. 10. et quos ibi citat. Nec tamen hæc forma temere intrudenda aliis locis v. c. Dio Chrys. Or. lxiii. p. 389. D. οἷς ἂν παρῇ ὁ ἄνεμος, ἐκεῖνοι ἦλθον ὅπου ἤθελον, οἱ δὲ ἀπολει-

* Ex hisce literis C significat Cod. Vindob. 80. D 21. E 116. G 259. omnes a Bastio collatos.

ἐπειδὰν[k] ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίου· τοῦτο δ' ἔτυχεν, ὥς περ λέγω, τῇ προτεραίᾳ τῆς δίκης γεγονός. διὰ ταῦτα καὶ πολὺς[l] χρόνος ἐγένετο τῷ Σωκράτει ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ὁ μεταξὺ τῆς δίκης τε καὶ τοῦ θανάτου.

§. 4. ΕΧ. Τί δὲ[m] δὴ τὰ[n] περὶ αὐτὸν τὸν θάνατον, ὦ §. 2. W.
Φαίδων; τί[o] ἦν τὰ λεχθέντα καὶ[p] πραχθέντα, καὶ τίνες οἱ II. iii. 5.
παραγενόμενοι τῶν ἐπιτηδείων τῷ ἀνδρί; ἢ οὐκ εἴων οἱ ἄρχοντες παρεῖναι, ἀλλ' ἔρημος ἐτελεύτα φίλων;

τύχωσιν 8, τύχωσιν οἱ ἄνεμοι Es.—[j] ἀποβαλόντες Υ.—[k] ἐπειδὴ ἂν Δ.—[l] καὶ ὁ πο-
ἢ
λὺς ς.—[m] δαὶ Γ et corr 𝔄.—[n] δὴ καὶ τὰ L.—[o] τίνα 𝔄Δs.—[p] καὶ 𝔄.—[q] : ἀλλὰ παρ-

φθέντες ἐν πελάγει μέσῳ μάτην ὀδύρονται· i. e. *quos vero ventus in medio mari deficit.* Liban. Orat. Basilica t. ii. p. 140. D. πλοῖον στρογγύλον—ἐξῶσται δὲ ὑπολαμβάνοντες πρὸς τὸ ἀπέραντον ἐκφέρουσι πέλαγος. Retineam vulgatum. Wytt.

ὅταν τύχωσιν ἄνεμοι] Demosth. de Chers. p. 98. δέκα μῆνας ἀπογενομένου τἀνθρώπου καὶ νόσῳ καὶ χειμῶνι καὶ πολέμοις ἀποληφθέντος, ὥστε μὴ ἂν δύνασθαι ἐπανελθεῖν οἴκαδε. Scilicet ἀπολαμβάνειν quoniam omnino significat *intercludere, intercipere*, de vento quoque a proposito itinere excludente proprium est vocabulum. Vid. Dorvill. ad Charit. iii. 3. p. 363. ed. Lips. et conf. Wessel. ad Herodot. ii. 115. Verbo ἄνεμοι præfixum vulgo οἱ cum Aug. Tub. et Par. omisi. Herodot. l. l. ὅσοι ὑπ' ἀνέμων ἤδη ἀπολαμφθέντες ἦλθον etc. Philostrat. Heroic. c. 19. laudatus ibi a Wessel. κἂν ἄνεμοι ναῦν ἀπολάβωσι. Heind.

πολὺς χρόνος] Libri editi omnes habent ὁ πολὺς χρόνος. Nos vero induximus articulum, Codd. Aug. et Tub. auctoritate. Nam ὁ πολὺς est fere πλεῖστος· quod quidem probe intelligo non plane abhorrere ab hoc loco, quum spatium triginta dierum dici recte etiam longissimum tempus possit: deinde verba πολὺς χρόνος magis respondent verbis τοῦτο δ' ἐνίοτε ἐν πολλῷ χρόνῳ γίγνεται. Sensus est, ' triginta dies in carcere, et exspectatione mortis, exegit Socrates:' quæ sunt verba Senecæ Ep. 70. Xen. Memor. iv. 8. 2. Ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγένετο αὐτῷ, μετὰ τὴν κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶναι, διὰ τὸ Δήλια μὲν ἐκείνου τοῦ μηνὸς εἶναι, τὸν δὲ νόμον μηδένα ἐᾷν (Junt. 1. 2. vitiose, ἐὰν) δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν, ἕως ἂν ἡ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ. Suidas v. Σωκράτης·—ἐδέδετο οὖν ἐπὶ πολὺ, μέχρις ἂν ἡ ἀπὸ Δήλου θεωρὶς ἀφίκηται. Laert. ii. 42. καὶ δεθεὶς μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας ἔπιε τὸ κώνειον. Sed Menagius legendum censebat μετὰ πολλὰς ἡμέρας. vere, ut opinor. Fisch.

ὁ πολὺς χρόνος] Quum Phædo h. l. respiciat superiora illa Echecratis, ἐθαυμάζομεν ὅτι, πάλαι γενομένης τῆς δίκης, πολλῷ ὕστερον φαίνεται ἀποθανὼν, tempus igitur jam designatum intelligat, retinui in his articulum, licet in Aug. et Tub. omissum. Heind.

§. 4. τῶν ἐπιτηδείων] *Familiarium*, declaratur proximo φίλων. Pertinet huc Mœridis gl. p. 164. Ἐπιτηδείους, οὐκ ὥσπερ ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι μόνους τοὺς ἐκ γένους προσήκοντας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἑταίρους, ὡς Πλάτων Φαίδωνι. Significantur autem Grammaticorum Scholia nomine Ὑπομνήμασι. Wytt.

A Plutarcho vocantur ἑταῖροι de an. tranquil. p. 466. E. t. ii. καὶ Σωκράτης μὲν ἐν δεσμωτηρίῳ φιλοσοφῶν διελέγετο τοῖς ἑταίροις. Fisch.

οἱ ἄρχοντες] Int. οἱ ἕνδεκα, de quorum munere et potestate præter alios nuper accurate eruditeque egit J. O. Sluiterus in Lectt. Andocid. p. 256. sqq. cf. infra §. 150. Apolog. Socr. p. 39. E. τοῖς δ' ἀποψηφισαμένοις ἡδέως ἂν διαλεχθείην—ἐν ᾧ οἱ ἄρχοντες ἀσχολίαν ἄγουσι καὶ οὔπω ἔρχομαι οἷ ἐλθόντα με δεῖ τεθνάναι. Heind.

φίλων] Tub. δήμων. male. Fisch.

ΦΑΙΔ. Οὐδαμῶς, ἀλλὰ παρῆσάν τινες,[q] καὶ πολλοί γε.

ΕΧ. Ταῦτα δὴ πάντα προθυμήθητι ὡς σαφέστατα ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι, εἰ μή τίς σοι ἀσχολία τυγχάνει[r] οὖσα.

ΦΑΙΔ. Ἀλλὰ σχολάζω[s] τε[t] καὶ πειράσομαι ὑμῖν[u] διηγήσασθαι· καὶ γὰρ τὸ μεμνῆσθαι Σωκράτους καὶ αὐτὸν λέγοντα[v] καὶ ἄλλου ἀκούοντα ἔμοιγε ἀεὶ πάντων ἥδιστον.[w]

§. 5. ΕΧ. Ἀλλὰ μήν, ὦ Φαίδων, καὶ τοὺς ἀκουσομένους γε τοιούτους ἑτέρους[x] ἔχεις. ἀλλὰ πειρῶ ὡς ἂν δύνῃ ἀκριβέστατα διελθεῖν[y] πάντα.

ἦσάν τινες: plerique.—[r] τυγχάνουσα Π.—[s] σχολάζων s.—[t] γε 𝔄ΔΠΦΥGs.—[u] ἡμῖν Φ.—[v] λέγοντα...τοιούτους om L.—[w] ἥδιον mg 𝔄.—[x] ἑταίρους ΔΦΗ cum corr

ἀλλὰ παρῆσαν] Meibomius in marg. Bas. 2. ante ἀλλὰ inseruerat nomen Εχ. et ante verba καὶ πολλοί γε nomen Φαι. e Cod. vet. Fisch.

παρῆσάν τινες, καὶ πολλοί γε] *Aderant quidam, et multi adeo.* Diximus de hac figura ad Plutarch. de S. N. V. p. 125. similibus ex Platone locis allatis. *Pauci quidam* potius, quam *multi quidam*, analogiæ congruere videatur; si quidem ipsum τινὲς, *quidam*, paucitatem significat. At usus hic invaluit, ut τινὲς, tamquam genus, utramque speciem complectatur, πολλοὺς et ὀλίγους. Sic Plutarch. Catone Maj. p. 350. C. τοῦ βασιλέως καλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ πολλοῖς τισι ταλάντοις· *quum Persarum rex Hippocratem ad se vocaret, multorum talentorum mercede proposita.* Catone Min. p. 768. D. πολλοῖς τισιν ὑποζυγίοις — ἀπαντήσας. Antonio p. 928. C. πολλῶν τινων καὶ μεγάλων ἐκπωμάτων μεστὴν τράπεζαν. Item cum negatione, Cimone p. 479. A. τινὰς—οὐ πολλούς. Pompeio p. 652. E. στρατιώτας τινὰς οὐ πολλούς. Dio Chrys. Or. xxxvi. p. 445. A. Ὁμήρου δὲ (ἐσμὲν), ὡς οἶσθα, ἐρασταὶ, καί τινες οὐ πολλοὶ Πλάτωνος. Wytt.

τινὲς, καὶ πολλοί γε] Gorg. §. 23. ὡς ἐγώ τινας σχεδὸν καὶ συχνοὺς αἰσθάνομαι. Heind.

ἀπαγγεῖλαι] Aug. ἀγγεῖλαι. non male: ut §. 1. ταῦτα μὲν ἡμῖν ἤγγειλέ τις. Sed ὡς σαφέστατα ἀπαγγεῖλαι est *quam diligentissime referre, narrare.* Fisch.

σχολάζω τε] Tub. γε pro τε, idque recepit Fisch. Mihi, utrum rectius sit, non liquet. Nam Ficini, qui vertit *otiosus equidem sum*, in his nulla putanda auctoritas. Heind.

§. 5. ἀλλὰ—πάντα] Laudantur hæc verba a Thom. M. v. Δύναμαι, ut doceat, δύνῃ recte dici ὑποτακτικῶς, non item ὁριστικῶς. v. Phrynichus p. 158. Fisch.

ἑτέρους] Meibomius in marg. Bas. 2. e Cod. vet. ἑταίρους· quæ est solennis utriusque vocabuli permutatio. v. Perizon. ad Æl. V. H. iii. 2. et nos ad Apol. §. 16. Non male: ita, ut ἑταῖροι sint *amici* et *familiares* Phædonis, Echecrates et cæteri. Ficinus vertit, *Similiter hos, qui te audituri sunt, affectos habebis*, omisso τῷ ἑτέρους. Fisch.

τοὺς ἀκουσομένους τοιούτους ἑτέρους ἔχεις] *Similes, qui te audiant, habes.* De dictione τοιοῦτος ἕτερος, *similis*, diximus ad Selecta Hist. Gr. p. 352. Hinc autem apparet, cum Echecrate alios etiam fuisse auditores. Et ἑταίρους hoc loco annotatum a Meibomio pro ἑτέρους, recte repudiavit Fischer: licet sit in Vind. B C F. Wytt.

τοιούτους ἑτέρους ἔχεις] *At vero etiam qui te audituri sunt, similiter affectos habes.* Latine exprimi non potest hoc ἑτέρους, quod verbum sic solet verbo τοιοῦτος adjungi. de Rep. vi. p. 498. G. ἄνδρα ἀρετῇ παρισωμένον καὶ ὁμοιωμένον μέχρι τοῦ δυνατοῦ τελέως, ἔργῳ τε καὶ λόγῳ δυναστεύοντα ἐν πόλει ἑτέρᾳ τοιαύτῃ, οὐ πώποτε ἑωράκασι. Lach. p. 200. A. αὐτὸς ἄρτι ἐφάνης ἀνδρίας πέρι οὐδὲν εἰδώς· ἀλλ' εἰ καὶ ἐγὼ ἕτερος τοιοῦτος φανήσομαι etc. Phædr. §. 45. γεννάδας καὶ πρᾷος τὸ ἦθος, ἑτέρου δὲ τοιούτου ἐρῶν. Attuli hæc, quoniam rem secus

ΦΑΙΔ. Καὶ μὴν ἔγωγε θαυμάσια ἔπαθον παραγενόμενος. οὔτε γὰρ ὡς θανάτῳ παρόντα με ἀνδρὸς ἐπιτηδείου ἔλεος εἰσῄει· εὐδαίμων γάρ μοι ἀνὴρ[z] ἐφαίνετο,[a] ὦ Ἐχέκρατες, καὶ τοῦ τρόπου καὶ τῶν λόγων,[b] ὡς ἀδεῶς καὶ γενναίως ἐτελεύτα, ὥστ' ἐμοὶ[c] ἐκεῖνον παρίστασθαι[d] μηδ' εἰς

u et γρ C.—[y] διεξελθεῖν ΔΦG.—[z] ἀνὴρ 𝔄ΔΠΦ, ὁ ἀνὴρ *ς præter *s*: is enim om.—
εἶναι ὧν
[a] ἐφαίνετο εἶναι ΔΦ*s* et rc Π, ἐφαίνετο ὦ 𝔄.—[b] τοῦ λόγου ΓΠCL et corr G, τοῦ
ων οῦ ου
λόγου 𝔄Ξ, τῶν λόγων *u*.—[c] ὥστ' ἐμοὶ G, ὥστ' ἔμοιγε ΔΦ*s* et corr Π: ὥστέ μοι ς.
—[d] ἐκεῖνον παρίστασθαι 𝔄ΛG, ἐκεῖνο παρίστασθαι pr Π: παρίστασθαι ἐκεῖνον *ς.—

expediit Fischerus. Heind.

διελθεῖν] Tub. διεξελθεῖν. bene. Utroque verbo sic utitur Plato, ut verbis διϊέναι (Criton. 7.) et διεξιέναι (Phædon. 35.): sed librarii fere substituerunt alterum in locum alterius. Sic infr. est ὧν σὺ νῦν διῆλθες· mox πάντα ἡμῖν δίελθε, ὡς δύνασαι, ἀκριβέστατα· et rursus διεξελθεῖν· ubi Aug. et Tub. διελθεῖν. Fisch.

ἔπαθον—δακρύοντες] Magnam partem dialogi Phædonis, et hunc locum, compilavit Scriptor Epist. Socrat. xiv. cui in editionibus non nisi Ξενοφῶντι, in codice Helmstadiensi autem Αἰσχίνης Ξενοφῶντι præscribitur, et nostra conjectura mendum eximendum est in his verbis p. 35. ὥσθ' ἡμᾶς μὴ οἷον κλαίειν Σωκράτην ὅτι μέλλει ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ φθονεῖν αὐτῷ, ἡμᾶς δὲ αὐτοὺς κλαίειν ὅτι ζῶμεν, ἡττώμενοι τοσούτου ἀγαθοῦ τῇ ἀληθείᾳ. Nam et sub finem pro ἡττώμενοι legendum τητώμενοι, *privati, spoliati, carentes*: et initio, ὥσθ' ἡμᾶς μὴ οἷον κλαίειν Σ. i. e. *ut nos Socratem non solum non ploraremus quod moriturus esset, sed nos ipsos defleremus quod viveremus tanto vere bono carentes*· accipiendo μὴ οἷον pro οὐχ οἷον, *non modo non*: quod annotavit Viger. de Idiotism. p. 123. et Hoogeveen. Doctrin. Particular. p. 963. Wytt.

οὔτε γὰρ ὡς θανάτῳ κ. τ. λ.] Extant hæc verba, omisso γὰρ, apud Thom. M. et Phavorin. v. Εἰσῄει· v. Priscian. xviii. p. 715. Bas. Valquenarius ad Herodot. p. 531. ad Eurip. Phœn. p. 464. et Hemsterhus. ad Lucian. p. 26. A, t. i. Abresch. ad Æschyl. p. 172. t. ii. Fisch.

ὁ ἀνὴρ] Tub. ἀνήρ. Recte, modo ex Dawesii præcepto, quod magnæ vir auctoritatis Porsonus in Euripide suo secutus est, rescripseris ἁνήρ. Certe ἁνήρ, αὑτὸς, ἁγὼν etc. Atticos pronuntiasse, non, ut Brunckius imprimis sine ullo Codice sexcenties edidit, ὡνήρ, ὡυτὸς etc. pluribus probari argumentis potest. Heind.

τῶν λόγων] Aug. et Tub. τοῦ λόγου. Ficinus: *beatus—videbatur—orationem consideranti.* Verum ut mox sequitur καὶ γὰρ οἱ λόγοι τοιοῦτοί τινες ἦσαν et §. 3. τίνες, φῄς, ἦσαν οἱ λόγοι; ita h. l. vulgatum unice aptum opinor. De sententia conf. Criton. p. 43. B.—γενναίως, *fortiter.* Heind.

γενναίως] Xen. Apol. 33. ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ῥώμην—οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλακίσατο, ἀλλ' ἱλαρῶς, καὶ προσεδέχετο αὐτὸν, καὶ ἐπετελέσατο. Themist. Or. ii. p. 58. Ἀλλ' οὐδ' ὅτε κατεδίκασαν αὐτοῦ Ἀθηναῖοι, οὐδ' ὅτε ἐν τῷ ξύλῳ ἦν, οὐδὲν ἀγεννὲς, ἢ ταπεινὸν, ἔπραξεν, ἢ εἶπε πρὸς τοὺς ἑταίρους τοὺς εἰς τὸ δεσμωτήριον συνιόντας· ἀλλὰ περὶ ψυχῆς ἐφιλοσόφει, καὶ περὶ τῶν ἐν ᾅδου ἐξηγεῖτο, ὁπόσα μὲν ἀγαθὰ ἐκεῖ περιμένει, ὁπόσα δὲ κακίαν τιμωρήματα καὶ κολαστήρια. Apud Æschin. Socr. iii. 3. sic legitur εὐθύμως εἰς τὸ χρεὼν ἀπιέναι. Fisch.

παρίστασθαι, ἐκεῖνον] Tub. ἐκεῖνο παρίστασθαι. Quod natum opinor e verbo ἐκεῖνον sic trajecto, ὥστε μοι ἐκεῖνον παρίστασθαι μ. ε. ᾅ. Nam accusativo ἐκεῖνον male careret sermo. Verbo παρίστασθαι, quod de cogitationibus ex præsenti rerum statu oborientibus usurpari docuit Hemsterhus. ad Lucian. Contempl. §. 13. (conf. Taylor. ad Lysiam ed. Reisk. p. 83. Lennep. ad Phalar. p. 244. Morus ad Longin. ix. 1.) etsi plerumque vel δόξα adjungitur vel certe τοῦτο, ut Lysias in Eratosth. p. 424. καὶ μηδενὶ τοῦτο παραστῇ, ὡς—Θηραμένους κατηγορῶ: tamen ut h. l. quum alias, tum a Thucyd. positum est vi. 68. καὶ παραστήτω παντὶ, τὸ μὲν καταφρονεῖν τοὺς ἐπιόντας ἐν τῶν ἔργων τῇ ἀλκῇ δείκνυσθαι. Heind.

῞Αιδου ἰόντα ἄνευ θείας μοίρας ἰέναι, ἀλλὰ κἀκεῖσε[e] ἀφι-
II. iii. 6. I. 59. κόμενον εὖ πράξειν, εἴ πέρ τις πώποτε[f] καὶ ἄλλος. διὰ δὴ ταῦτα οὐδὲν πάνυ μοι[g] ἐλεεινὸν εἰσῄει, ὡς εἰκὸς ἂν δόξειεν εἶναι[h] παρόντι[i] πένθει· οὔτε αὖ ἡδονὴ ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ ἡμῶν ὄντων, ὥς περ εἰώθειμεν·[j] καὶ γὰρ οἱ λόγοι τοιοῦτοί τινες ἦσαν· ἀλλ' ἀτεχνῶς ἄτοπόν τί μοι[k] πάθος παρῆν καί τις ἀήθης κρᾶσις ἀπό τε τῆς ἡδονῆς συγκεκραμένη[l] ὁμοῦ καὶ

[e] κακεῖσε ΔΦς: καὶ ἐκεῖσε ς.—[f] εἴπερ ποτὲ I, εἴπερ ποτέ τις Λ.—[g] με corr C.—[h] εἶναι om L.—[i] παρόντα corr C.—[j] εἰώθαμεν L, εἰώθημεν EI.—[k] μοι om pr Γ.—

μηδ' εἰς ᾅδου ἰόντα, ἄνευ θείας μοίρας ἰέναι] Sumsit hinc Plutarch. t. ii. p. 499. B. *ἀποθνήσκοντα δὲ αὐτὸν (Σωκράτην) ἐμακαρίζον οἱ ζῶντες, ὡς οὐδ' ἐν ᾅδου θείας ἄνευ μοίρας ἐσόμενον.* Wytt.

εἰς ᾅδου] Infra §. 29. vocatur hic *ᾅδης, τόπος γενναῖος καὶ καθαρὸς καὶ ἀειδὴς*, ubi bonus et sapiens sit Deus. Colomesius Κειμηλ. Litt. 62. 63. ex Josepho et Theodoreto laudat *ᾅδην σκοτεινὸν* et *φωτεινόν*. De *σκοτεινῷ* v. Plat. Gorg. p. 332. Bas. 2. *ἐν ᾅδου, ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ*. Egregie et disputat Socrates in Cratyl. p. 54. 55. *ᾅδην* non esse *ἀπὸ τοῦ ἀειδοῦς*, sed *ἀπὸ τοῦ πάντα τὰ καλὰ εἰδέναι*. Caussam, cur nolint manes reverti ad nos, eleganter et vere hanc esse dicit: quod sit Deus *τέλεος σοφιστής τε καὶ μέγας εὐεργέτης τῶν παρ' αὐτῷ*, qui eos vinciat virtutis cupiditate, tanquam arctissimo vinculo. In *ᾅδῃ* vero *σκοτεινῷ*, qui et *ζοφερὸς* vocatur (Plutarch. de Consol. ad Apoll. t. ii. p. 106.) *κολάσεις ἀπαραίτητοι ἀπόκεινται δυσδαίμοσι νερτέροις*, ut ait Tim. Locr. de anim. mundi p. 104. t. iii. Habet et pulchre dicta Æsch. Axioch. §. 20. 21. Plutarch. t. ii. p. 1130. cf. Marsham. Canon. Chr. p. 268. Intelligi potest *ᾅδην*, et significare *cœlum*. Cicer. Tusc. i. 29. ' cum pæne in manu jam mortiferum illud teneret poculum, locutus ita est, ut non ad mortem trudi, verum in cœlum videretur ascendere.' Fabulam de *ᾅδῃ* piorum et impiorum Orpheus primus ex Ægypto in Græciam intulit. v. Diod. Sic. i. 96. 107. cum quo loco cf. Phædo §. 13. et Olympiod. Gottl.

ἰόντα] Ald. Bas. 1. 2. *ὄντα*. male. Jam Cornarius legendum *ἰόντα*, ante Stephanum, viderat. Etiam Meibomius in marg. Bas. 2. habet *ἰόντα*, non minus, quam Aug. Tub. et Thom. M. v. *ἰών*· Fisch.

ὡς εἰκὸς ἂν δόξ. εἶν. παρόντι πένθει] In his quis non, primo certe adspectu, hæc *παρόντι πένθει* sic juncta de *præsente luctu* intelligat? Quod si facias, aut *ἐν* præfigi his debebit, conjectura parum sane probabili, aut hæc pro dativis solutis agnosci, quorum certum et evidens exemplum equidem adhuc nullum vidi. Ergo *παρόντι* ad *μοι* referendum, et pendet ab eo *πένθει* hoc sensu: *ei qui aderat rei luctuosæ*. Quam tamen ambiguitatem miror cur non vitaverit Plato sic potius scribendo: *οὐδὲν πάνυ με ἐλεεινὸν εἰσῄει, ὡς εἰκὸς ἂν δόξειεν εἶναι παρόντα πένθει*. Nam quæ aliquando suspicatus sum *παρόντι τῷ πένθει* (*luctui illi, θανάτῳ ἀνδρὸς ἐπιτηδείου*), hujus nullum in editis scriptisve libris vestigium comparet. Dativus autem *παρόντι* ad *εἰκὸς* pertinet. Eurip. Hipp. 1433. *ἀνθρώποισι δὲ—εἰκὸς ἐξαμαρτάνειν*. Lysias de Ol. def. p. 290. *πότερον εἰκὸς μᾶλλον τούτῳ ἀκινδύνως ψεύδεσθαι, ἢ μετὰ τοσούτου κινδύνου τοιοῦτον ἐμὲ ἔργον ἐργάσασθαι*, ubi male *τοῦτον* cum Markl. Reiskius. Heind.

ἐν φιλοσοφίᾳ—ὄντων] Xenoph. Cyrop. iii. 1. 1. *ὁ μὲν δὴ Κῦρος ἐν τούτοις ἦν*. Id. v. 2. 17. *ἐν σίτῳ εἶναι*. iv. 3. 23. *Οἱ μὲν δὴ ἐν τούτοις τοῖς λόγοις ἦσαν*. Inde *οἱ ἐν φιλοσοφίᾳ*. v. Markl. ad Tyr. Max. Diss. xxi. 2. Heind.

ἄτοπον] Schol. August. *Ἄτοπον· τὸ θαυμαστόν· ὡς καὶ ἐν Θεαιτήτῳ* (§. 1.) *φησὶν, Οὐδέν γε ἄτοπον, ἀλλὰ πολὺ θαυμαστότερον ἦν· ἐσαφηνίσθη γὰρ διὰ τῆς ἀντιθέσεως* (hæc ipsa verba leguntur apud Thom. M. v. *Ἄτοπον*). *Τάττεται καὶ ἐπὶ τοῦ ἀνυπόπτου· Εὔπολις, Καὶ πόλλ' ἀγάθ' ἐν τοῖς κουρείοις ἐγὼ ἀτόπως καθίζων κοὐδὲ γινώσκειν δοκῶν. Καὶ τὸ ἀδόκητον, καὶ ἀνυπονόητον· οἱ δὲ ἄλογον.* v. Suidas v. *Ἀτοπίας*. Fisch.

τῆς[m] λύπης, ἐνθυμουμένῳ ὅτι αὐτίκα ἐκεῖνος ἔμελλε τελευτᾷν. καὶ πάντες οἱ παρόντες σχεδόν τι οὕτω διεκείμεθα, ὁτὲ[n] μὲν[o] γελῶντες, ἐνίοτε δὲ δακρύοντες, εἷς δὲ ἡμῶν καὶ διαφερόντως, Ἀπολλόδωρος· οἶσθα γάρ που τὸν ἄνδρα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ.

ΕΧ. Πῶς γὰρ οὔ;

§. 6. ΦΑΙΔ. Ἐκεῖνός τε[p] τοίνυν παντάπασιν οὕτως εἶχε, καὶ αὐτὸς[q] ἔγωγε ἐτεταράγμην καὶ οἱ ἄλλοι.

ΕΧ. Ἔτυχον δέ, ὦ Φαίδων, τίνες παραγενόμενοι;

[l] κεκραμένη G.—[m] ἀπὸ τῆς 𝔄ΔΠΦ.—[n] ὅτὲ Π, ὅτε 𝔄, τοτὲ ΓΛΦCEGHI, τότε u, τὸ s : ποτὲ ς.—[o] γὰρ Υ, μὲν γὰρ G et pr Γ.—[p] γε G.—[q] αὐτὸς...p. 179, 6. καθαρῶς] hæc ab

κρᾶσις ἀπό τε τῆς ἡδονῆς—καὶ τῆς λύπης] Hinc fluxit illud Libanii Epist. lxiii. *κρᾶσις ἔχει μέ τις ἡδονῆς καὶ τοὐναντίου.* Wytt.

ἀπό τε τῆς ἡδονῆς—καὶ τῆς λύπης] Accuratius Tub. *καὶ ἀπὸ τῆς λ.* quum præcesserit *ἀπό τε τῆς ἡδ.* non *ἀπὸ τῆς τε ἡδ.* Tim. p. 18. C. *κατά τε πόλεμον καὶ κατὰ τὴν ἄλλην δίαιταν.* Ibid. p. 19. C. *κατά τε τὰς ἐν τοῖς ἔργοις πράξεις καὶ κατὰ τὰς ἐν τοῖς λόγοις διερμηνεύσεις.* de Rep. v. init. *περί τε πόλεων διοικήσεις καὶ περὶ ἰδιωτῶν ψυχῆς τρόπου κατασκευήν.* Negligitur tamen interdum præpositionis iteratio. de Rep. ii. p. 365. E. *ἔκ τε τῶν λόγων καὶ τῶν γενεαλογησάντων ποιητῶν.* Xenoph. Hellen. i. 1. 3. *ἀπό τε τῶν νεῶν καὶ τῆς γῆς.* i. 4. 9. *ὑπό τε τῶν πολέμων καὶ στάσεων καὶ λιμοῦ.* Isocrat. Paneg. §. 1. *περί τε τοῦ πολέμου τοῦ πρὸς τοὺς Βαρβάρους καὶ τῆς ὁμονοίας—.* Heind. Sed repetitione præpos. non opus esse docet Wolf. Beck.

οὕτω διεκείμεθα, ποτὲ μὲν γελ.] Non ad prægressa hoc *οὕτω* respicit, sed indicat, ut solet, seqq. *ποτὲ μὲν γελ.* neque tamen sermo sic potest expleri : *ποτὲ μὲν γελῶντες διεκείμεθα.* Nam quis usquam *διακεῖσθαι* participio junctum reperit? Mirabar igitur non ita potius junctam orationem : *οὕτω διεκείμεθα· ποτὲ μὲν ἐγελῶμεν, ἐνίοτε δὲ ἐδακρύομεν,* (ut Lysias p. 779. *ὑμεῖς δὲ οὕτω διετέθητε· τοὺς μὲν φεύγοντας κατεδέξασθε* etc.) donec reperi similia, ut Soph. Œd. T. 10. *τίνι τρόπῳ καθέστατε; Δείσαντες ἢ στέρξαντες;* Nemo usquam dixit *καθέστηκα δείσας.* Xenoph. Anab. iv. 1. 4. *τὴν δὲ—ἐμβολὴν ὧδε ποιοῦνται, ἅμα μὲν λαθεῖν πειρώμενοι, ἅμα δὲ φθάσαι* etc. Lysias in Poliuch. p. 610. *ταύτην ὑμῖν οἴονται διδόναι πίστιν τῆς αὐτῶν εὐνοίας, ἑτέρους κακῶς ποιοῦντες, ἀλλ' οὐ σφᾶς αὐτοὺς χρηστοὺς παρέχοντες.* Heind.

ποτὲ μὲν] Aug. *τοτὲ*, Tub. *ὁτέ.* Utrumque ferri potest. nam dicitur, et *ποτὲ μὲν—ποτὲ δὲ*, et *τοτὲ μὲν—τοτὲ δὲ*, et *ὁτὲ μὲν—ὁτὲ δέ.* Sed Plato scripsit hoc loco *ἐνίοτε δέ·* ut Sophist. §. 30. *ἐνίοτε—ποτὲ δέ.* Nam etiam diligentissimi scriptores hoc in genere negligentes nonnunquam fuere. Sic Theophrast. Char. ix. 3. posuit simpliciter *ποτὲ δέ·* et apud Eurip. Phœn. 404. *Ποτὲ μὲν ἐπ' ἦμαρ εἶχον, εἶτ' οὐκ εἶχον ἄν·* ut apud Cic. Cat. M. 15. 'sed alias minore, plerumque majore, cum fœnore.' Fisch.

Ἀπολλόδωρος] Apollodorus fuit, cum amantissimus magistri et studiosissimus, tum homo simplex et ineptus. v. Xen. Apol. 28. qui attulerat adeo secum in carcerem tunicam et pallium magnificum, quibus ornatus Socrates moreretur. v. Ælian. V. H. i. 16. Fisch.

οἶσθα γάρ που τὸν ἄνδρα καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ] Flosculum adspersit Aristænetus Epistolæ i. 22. *οἶσθα γὰρ τὸν νέον καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ.* Wytt.

τὸν τρόπον αὐτοῦ] Cognomen *μανικοῦ* eum habuisse, scimus ex Sympos. p. 173. D. Conf. infra §. 154. Heind.

ἔτυχον] In excerptis ex Gram. Georgii Lecapeni apud Matthæum Lect. Mosquens. p. 62. vol. i. laudatur hic locus ita, *ἔτυχον δὲ, ὦ Φαίδων, τινὲς παραγενόμενοι τῶν γνωρίμων, ἤτοι οἰκείων.* Tota illa observatio de usu verborum *διατελῶ* et *τυγχάνω* totidem verbis legitur jam in Lexico Phavorini v. *διατελῶ*, ut plures aliæ illius grammatici observationes. Fisch.

ΦΑΙΔ. Οὗτός τε δὴ ὁ Ἀπολλόδωρος τῶν ἐπιχωρίων παρῆν καὶ Κριτόβουλος[r] καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ Κρίτων,[s] καὶ ἔτι[t] Ἑρμογένης καὶ Ἐπιγένης καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἀντισθένης. ἦν δὲ καὶ Κτήσιππος ὁ Παιανιεὺς καὶ Μενέξενος καὶ ἄλλοι τινὲς τῶν ἐπιχωρίων· Πλάτων δέ, οἶμαι, ἠσθένει.

EX. Ξένοι δέ τινες παρῆσαν;

II. iii. 7. ΦΑΙΔ. Ναί, Σιμμίας τέ[u] γε[v] ὁ Θηβαῖος καὶ Κέβης καὶ Φαιδώνδης,[w] καὶ Μεγαρόθεν Εὐκλείδης[x] τε καὶ Τερψίων.

alia manu in foliis scripta quattuor paginæque unius parte tertia Π.—[r] *καὶ ὁ κριτόβουλος* 𝔄ΠΦGs.—[s] *κρίτων* om ΓΛCEHILu et pr Υ.—[t] *ἔτι* om G.—[u] *τε* om ΔΠΦs.—[v] *γε* om EG.—[w] *φαιδωνίδης* ΔΓΠΦs et pr 𝔄G, *φαίδων δὲ* EI.—[x] *ἐγκλείδης* L.—

§. 6. *καὶ Κριτόβουλος*] Tub. *καὶ ὁ Κριτόβ.* Mox nomen *Κρίτων* abest ab eod. Cod. et Aug. Additum tamen legit Ficinus, et quidni id Echecrati Phliasio suggesserit Phædo? Hermogenes Hipponici est filius, Calliæ frater. V. ad Cratyl. §. 3. Conf. Apolog. Socr. quæ Xenophontis fertur §. 2. Epigenis pater, Antiphon Cephisiensis, memoratur a Plat. in Apol. Socr. p. 33. E. Conf. Xenoph. Mem. S. iii. 12. 2. Heind.

Κρίτων] In Aug. et Tub. non legitur *Κρίτων*. Et videri sane hoc nomen a grammaticis adjectum possit, quum vix verisimile sit, Echecrati ignotum fuisse nomen patris Critobuli. Certe librarii deprehenduntur non raro ita peccasse, ut nomina personarum propria transtulerint e marginibus librorum in ordinem. Sic apud Cic. ad Div. 5. Ep. xx. 10. legi debet 'præfectumque,' non 'præfectumque Q. Leptam:' Catil. ii. 6. 'iste centurio,' non 'Manlius iste, centurio:' Catil. iii. 1. 'illum, qui hanc urbem condidit,' sublato *τῷ* 'Romulum.' Fisch.

Αἰσχίνης] Laertius iii. 37. *Αὐτοῦ δὲ* (Æschinis) *Πλάτων οὐδαμόθι τῶν ἑαυτοῦ συγγραμμάτων μνήμην πεποίηται, ὅτι μὴ ἐν τῷ περὶ ψυχῆς, καὶ Ἀπολογίᾳ.* (§. 22.) Fisch.

καὶ Ἀντισθένης—καὶ Μενέξενος] Hæc verba in Tub. non leguntur. Librarii enim oculi videntur integrum versum præteriisse. Antisthenis, Socratici (vid. Gellius ix. 5. Laert. ii. 47.) sectæ Cynicorum conditoris (Laert. vi. 2.) vita est apud Diog. L. vi. 1—19. e qua excerpsit maxime necessaria Eudocia Ion. p. 55. Fisch.

ἦν δὲ καὶ Κτήσιππος] Vix cuiquam satisfaciat hoc *ἦν*, pro quo requiritur potius *παρῆν* (Ficin. *aderat*), nec velim huc advocari illa e Protag. §. 18. *παρεκάθηντο δ' αὐτῷ—Παυσανίας τε—καὶ μετὰ Παυσανίου νέον ἔτι μειράκιον — —· τοῦτο τ' ἦν τὸ μειράκιον, καὶ τὼ Ἀδειμάντω—καὶ ἄλλοι τινὲς ἐφαίνοντο,* ubi vid. notata. Nihil hic tamen Codd. afferunt. Ctesippus Pæaniensis, qui *δῆμος* fuit *τῆς Πανδιονίδος φυλῆς*, notus est etiam ex Euthydemo Dial. §. 5. et ex Lysid. §. 19.—Xenophontis mentionem desiderans h. l. Athenæus, ubi singula profert invidiæ Platonem inter et Xenophontem argumenta, inter cetera ad confirmandam suspicionem hoc quoque abusus est loco l. xi. c. 15. p. 505. *Κἂν τῷ περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων καταλεγόμενος ἕκαστον τῶν παρατυχόντων οὐδὲ κατὰ μικρὸν τοῦ Ξενοφῶντος μέμνηται.* Nempe tanquam absentis; nam in Asiam tum profectum Xenophontem fuisse constat. Quo quum anno ante Socratis mortem profectus esset, (*ἑνὶ προτέρῳ ἔτει τῆς Σωκράτους τελευτῆς* Laert. ii. 55.) hujus excusare absentiam ne in mentem quidem, opinor, venire Platoni potuit. Omninoque divini ingenii virum facile credimus Xenophontem longe infra se positum judicasse; invidiæ simultatisque illius quæ proferuntur argumenta, vana sunt omnia. Heind.

Πλάτων—ἠσθένει] Suum forsan hoc modo ob imminentem præceptoris sui mortem mœrorem innuere vult Plato. Forst.

Σιμμίας τέ γε] *τε* abest a Tub. ut mox post *Εὐκλείδης* ab Aug. Phædonden hunc Thebanum fuisse, non Cyrenæum (v. Ruhnk. ad Xenoph. Mem. i. 2. 48.) ex hoc intelligi loco opinor. Terpsioni Eu-

§. 7. ΕΧ. Τί δαί;[y] Ἀρίστιππος καὶ Κλεόμβροτος[z] παρεγένοντο;[a]

ΦΑΙΔ. Οὐ δῆτα· ἐν Αἰγίνῃ γὰρ ἐλέγοντο εἶναι.

ΕΧ. Ἄλλος δέ τις παρῆν;

ΦΑΙΔ. Σχεδόν τι οἶμαι τούτους παραγενέσθαι.

ΕΧ. Τί οὖν δή; τίνες, φῄς, ἦσαν οἱ λόγοι; §. 3. W.

ΦΑΙΔ. Ἐγώ σοι ἐξ ἀρχῆς πάντα πειράσομαι διηγή-

[y] δαὶ Γ: δὲ *ς.—[z] κλεόβροτος C, κλεόβουλος E, λεόμβροτος s.—[a] παρεγένετο Υ.—

clides colloquium Socratis cum Theæteto recitat in Dial. Theæteto. Heind.

§. 7. Ἀρίστιππος κ. Κλ.] Non improbabilis veterum videtur suspicio, vituperari his Aristippum certe Socratis sui oblitum a Platone putantium. Diog. Laert. ii. 65.—ἐκάκισεν αὐτὸν (Ἀρίστιππον) Πλάτων ἐν τῷ περὶ ψυχῆς. Demetr. de Elocut. §. 306.—Cleombrotus autem hic an fuerit Ambraciota ille, qui, lecto Phædone, in mare præcipitasse se fertur (V. Fabric. ad Sext. Emp. p. 226.), mihi quidem non liqnet. Heind.

παρεγένοντο] Hi Socratis familiares satis sunt cogniti; ut, pro nostro quidem consilio, non sit, quare de iis dicamus: exceptis duobus Phædonda et Cleombroto. Phædondam Ruhnkenius restituit in Xenophontis Mem. Socr. i. 2. 48. idque recte et vere: cætera non item, cum apud Auctorem Epist. Socrat. p. 35. et Suidam in Σωκράτης, primitiva forma dici Φαίδωνα. Nam utroque loco noster hic Phædon Eleus significatur. Et quod Suidas Phædonem fecit Cyrenæum, deceptus est proxima mentione Aristippi Cyrenæi. Phædondam Thebanum fuisse, et hoc Platonis loco apparet, et terminatio nominis confirmat. Cæterum idem videtur fuisse, sub cujus nomine dialogum ‘Phædondam’ scripserat Demetrius Phal. teste Diogene Laertio v. 81. Cleombrotum familiarem Socratis nullum in veterum monumentis legere nos meminimus: excepta illa Socratica Epistola, ex hoc Phædonis loco compilata: at frequentem Cleombrotum Ambraciotem, quem, lecto Platonis Phædone, præcipitem se ex alto muro dedisse, mortemque oppetiisse, prodidit Callimachus Epigr. xxiv. indeque posteri passim celebrarunt: v. c. Cicero Tusc. i. 34. et qui ibi citantur Davisio. Sed hi diversi sint, an unus et idem, statuere non licet. Wytt.

οὐ μέντοι] Ald. Bas. 1. 2. Steph. Forst. οὐ μέν. Turnebus edidit οὐ μήν. non male. Stephanus autem, præeunte, ut videtur, Ficini versione, *Non tamen forte sibi vim inferet*, legendum conjiciebat οὐ μέντοι. Atque sic legisse Forsterus testatur, cum Aristippum, tum Olympiodorum in Commentariis Mss. idemque in Tub. et Aug. et Cod. Vind. apud Lambec. Commentar. lib. vii. p. 53. scriptum extat, non minus, quam in Cod. 196. Ven. Biblioth. S. Marci apud Zanetum Catal. Codd. Mss. Gr. hujus biblioth. p. 110. qui edidit ex eo scholion Olympiodori hoc, Εἰπὼν ὁ Σωκράτης, ὅτι, εἰ φιλοσοφεῖ ὁ Εὐηνὸς, ἐθελήσει ἀποθνήσκειν, ἵνα μὴ δόξῃ διὰ τούτων παρεγγυᾷν ἡμῖν τῷ ἑκουσίῳ θανάτῳ, φησὶν, ὅτι οὐ μέντοι ἴσως βιάσεται ἑαυτόν· καὶ γὰρ ἀνόσιον τὸ ἐξαγαγεῖν ἑαυτόν. Καὶ τοῦτο ἡ μὲν λέξις δείκνυσι διὰ δύο ἐπιχειρημάτων, ἑνὸς μὲν μυθικοῦ καὶ Ὀρφικοῦ, ἑτέρου δὲ διαλεκτικοῦ καὶ φιλοσόφου. Ἡμεῖς δὲ πρὸ τῆς λέξεως φέρε οἰκείοις ἐπιχειρήμασι τοῦτο αὐτὸ δείξομεν, ὅτι οὐ δεῖ ἐξαγαγεῖν ἑαυτούς. Fisch.

οὐ μὲν ἴσως βιάσεται αὑτὸν] Pro μὲν legendum μέντοι, quod Stephanus voluit, et præbent Veneti* A B et Olympiodorus: plenius etiam Vind. B C D μέντοιγε. Wytt.

---

* De hisce duobus Codd. Venet. ita Morellius in literis ad Wyttenbach. datis: 'Varias Phædonis Lectiones ex duobus Codd. Marcianis sumtas nunc mitto: quorum alterum litera A notatum cum Tubingensi, alterum litera B notatum, cum Augustano, a Fischero adhibitis, præsertim facere cognosces. Codex prior in Indice typis edito non relatus, ex Bibliotheca Veneta SS. Joannis et Pauli, in Marcianam ante paucos annos devenit. Dialogos xxviii. et libros de Republica continet: Sæc. xii. est exaratus; ἰῶτα semper adscripto, numquam subscripto: η pro β, † pro ψ, positis: Scholiis charactere majusculo in margine adjectis. Posterior, Num. clxxxvi. in Indice impresso enotatus, Dialogos omnes, exceptis de Rep. et de Legibus habet, Sæc. xv. exaratus, cum Scholiis, a Bessarione Card. quodammodo recensitus, et annotationibus ad rerum verborumque indicium sibi faciendum, manu propria auctus. Codices duo alii Marciani Sæc. xv. Phædonem continent: quorum alter Num. dvi. lectionem vulgatam ut plurimum affert: alter Num. dxc. lectionem præbet codicis Vindobonensis, cui Marcianus quoque quoad delectum dialogorum respondet: quemadmodum ex editione Vindobonensi Alteri a. MDCCLXXXIV. constat.' Wytt.

θεμιτὸν εἶναι. Καὶ ἅμα λέγων ταῦτα καθῆκε τὰ σκέλη ἀπὸ τῆς κλίνης[l] ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καθεζόμενος οὕτως ἤδη τὰ λοιπὰ διελέγετο.

Ἤρετο οὖν αὐτὸν ὁ Κέβης, Πῶς τοῦτο λέγεις, ὦ Σώκρατες, τὸ μὴ[m] θεμιτὸν εἶναι ἑαυτὸν βιάζεσθαι, ἐθέλειν δ' ἂν τῷ ἀποθνήσκοντι τὸν φιλόσοφον ἕπεσθαι; [§. 14.] Τί δαί,[n] ὦ Κέβης; οὐκ ἀκηκόατε σύ τε καὶ Σιμμίας περὶ τῶν τοιούτων Φιλολάῳ συγγεγονότες; Οὐδέν γε σαφές,[o] ὦ

ceteri: *μὲν ς.*—[k] *ἑαυτόν Δs.*—[l] *ἀπὸ τῆς κλίνης* om 𝔄.—[m] *οὐ* L.—[n] *δαὶ* Υ.—[o] *σα-*

βιάσεται] Olympiodor. *βιάζεται.* male. *Βιάζεσθαι αὑτὸν* autem idem est, quod mox *ἑαυτὸν ἀποκτιννύναι*, *sibimet vim et manus inferre: sua sponte mori*, ut interpretatus est Macrob. in Somn. Scip. i. 13. Fisch.

οὐ γὰρ φασὶ θεμιτὸν εἶναι] Dogma hoc tam civilis veterum theologiæ, de qua infra, quam Pythagoricæ et Platonicæ disciplinæ. Vide Cic. de Senect. §. 20. Athen. p. 157. Plotin. Enn. i. l. ix. p. 85. Stoicorum hac de re sententias collegerunt Lipsius in Manuduct. ad Philos. Stoic. l. iii. Diss. 22. Gatakerus ad Antonin. p. 83. 84. Uptonus ad Arrian. p. 34. 35. et alii alibi. Forst.

καθῆκε τὰ σκ.] Schol. *συντονώτερον ἀνέλαβε σχῆμα καὶ σεμνότερον ὡς περὶ προβλήματος σεμνοτέρου μέλλων διαλέγεσθαι.* Verba *ἀπὸ τῆς κλίνης* desunt in Tub. Heind.

καθεζόμενος, οὕτως] Cf. de Rep. ix. p. 576. E. *καταδύντες εἰς ἅπασαν (τὴν πόλιν) καὶ ἰδόντες, οὕτω δόξαν ἀποφαινώμεθα.* Lysias in Agorat. p. 469. *ἵνα τὰ ὕστατα ἀσπασάμενοι τοὺς αὑτῶν, οὕτω τὸν βίον τελευτήσειαν.* Heind.

μὴ θεμιτὸν εἶναι ἑαυτὸν βιάζεσθαι] Hinc sumtum placitum celebrarunt Cicero Tusc. i. 30. Somn. Scip. 3. et alii veteres, quos ad illum locum memoravit Davis. adde Elmenhorst. ad Appul. de Doctrin. Plat. iii. p. 34. Barth. ad Zachariam Mitylen. p. 272. Wytt.

§. 14. *Φιλολάῳ συγγεγονότες*] Hic locus vel solus testatur Philolai ætatem minimum ad Olymp. xc. pertinuisse, ut eum Thebis Simmias et Cebes audire potuerint; quippe qui Olymp. xcv. 1. Socrati morienti præsto fuerunt; unde consequitur Philolaum non potuisse Pythagoræ vivo operam dedisse, quippe mortuo, ut serissime, Olymp. lxxii. nisi illum supra centum annos vixisse statuamus. Iamblichus, qui eum Pythagoræ auditorem prodit Vit. Pythag. §. 104. alio loco §. 199. alium auctorem, ut videtur, secutus narrat Philolaum multis generationibus post Pythagoram fuisse: quem dissensum non prætermisit Bentleius Dissert. de Ætate Pythag. p. 49. Olympiodori ad hunc Phædonis locum Scholion paucis memorans, quod nos uberius nec tamen totum, sed quatenus ad rem pertinet, apponimus: *Ἔλεγε δὲ καὶ ἄλλως (ὁ Φιλόλαος) μὴ ἐξάγειν ἑαυτόν· διότι Πυθαγόρειον παράγγελμα, μὴ ἀποτιθέναι ἀλλὰ συνεπιτιθέναι βάρη· τούτεστι, συμπράττειν τῇ ζωῇ, οὐκ ἀντιπράττειν. Συνεγένετο δὲ ὁ Ἀλκιβιάδης* (lege *Κέβης*) *Φιλολάῳ ἐν Βοιωτίᾳ ἐν ταῖς Θήβαις* (*γὰρ* f. delendum)· *πῶς δὲ ἄρα καταλέλοιπε τὸ ὁμακοῖον, ὅπερ ἐν Ἰταλίᾳ Πυθαγορικὸν διδασκαλεῖον; ἰστέον, δὲ ὅτι ἔθος ἦν παρ' αὐτοῖς, ὥστε ἐν κοινῷ βίῳ ζῆν, τὴν οὐσίαν πᾶσαν κοινὴν ποιουμένοις. εἴ τις οὖν ἀνεπιτήδειος εὑρέθη πρὸς φιλοσοφίαν, ἐξῆγον αὐτὸν μετὰ τῆς οὐσίας, καὶ κενοτάφιον ἐποίουν, καὶ ὡς περὶ ἀποιχομένου ἀπωδύροντο. Γύλων δέ τις εἰσελθὼν καὶ πεπονθὼς τοῦτο, ὑφῆψε πῦρ τῷ διδασκαλείῳ, καὶ πάντες ἐκαύθησαν πλὴν δύο, Φιλολάου καὶ Ἱππάρχου· ἦλθεν οὖν ὁ Φιλόλαος εἰς Θήβας, ὀφείλων χοὰς τῷ οἰκείῳ διδασκάλῳ τεθνεῶτι καὶ ἐκεῖ τεθαμμένῳ ποιήσασθαι τῷ Λύσιδι· οὗ κατὰ ὁμωνυμίαν γέγραπται τῷ Πλάτωνι διάλογος Λύσις, ἢ περὶ φιλίας. Ταῦτα ἔχει ἡ θεωρία.* Hæc compilavit Scholiastes Platonis p. 7. Comparanda vero sunt cum Plutarcho de Genio Socratis p. 583. A. Porphyrio Vita Pythag. §. 54. Iamblicho Vita Pythag. §. 248—250. qui mutua comparatione interpretandi sunt. Ergo si Lysis Pythagoræ, Lysidis Philolaus fuerit discipulus, non repugnabit temporum ratio, quominus hunc Simmias et Cebes Thebis audire potuerint: quod vel

II. iii. 12. Σώκρατες. Ἀλλὰ μὴν κἀγὼ[p] ἐξ ἀκοῆς περὶ αὐτῶν λέγω· ἃ μὲν οὖν[q] τυγχάνω ἀκηκοώς, φθόνος οὐδεὶς λέγειν. καὶ γὰρ ἴσως καὶ μάλιστα πρέπει μέλλοντα ἐκεῖσε ἀποδημεῖν διασκοπεῖν τε καὶ μυθολογεῖν περὶ τῆς ἀποδημίας τῆς ἐκεῖ, ποίαν τιν' αὐτὴν οἰόμεθα[r] εἶναι· τί γὰρ ἄν τις καὶ ποιοῖ[s] ἄλλο[t] ἐν τῷ μέχρι[u] ἡλίου δυσμῶν χρόνῳ;[v] Κατὰ τί οὖν

φῶς 𝔄.—[p] κἀγὼ G: καὶ ἐγὼ ς.—[q] μέντοι Ξς.—[r] αὐτὴν οἰόμεθα 𝔄ΓΔΠΦG, ταύτην ποιοίη οἰόμεθα s: οἰόμεθα αὐτὴν *ς.—[s] ποιεῖ Π, ποιῇ G.—[t] ἄλλο om Λ.—[u] μέχρι 𝔄ΥΦGIs

hoc solo Platonis testimonio satis certum haberi debet. De Philolao et aliis Pythagoricis satis est Fabricium consuluisse Bibl. Gr. vol. i. p. 513. Wytt.

Φιλολάῳ] Pythagoreo Crotoniatæ, Archytæ discipulo, (Cic. de Orat. iii. 34. V. Diog. Laert. viii. 34. ibiq. Menag.) de quo Schol. *δι' αἰνιγμάτων ἐδίδασκε, καθάπερ ἦν ἔθος τοῖς Πυθαγορείοις. ἦλθεν οὖν καὶ εἰς Θήβας τεθνεῶτι τῷ διδασκάλῳ Λύσιδι χοὰς ποιήσασθαι ἐκεῖσε τεθαμμένῳ.* Reliqua Scholii a temporum ratione abhorrent. Heind.

οὐδὲν—σαφὲς] *ἔθος ἦν τοῖς Πυθαγορείοις δι' αἰνιγμάτων λέγειν.* Olympiodor. ad h. l. Vid. Schefferus de Philos. Ital. c. 13. Cæterum pro *σαφὲς* in Tub. scriptum est *σαφῶς*. Fisch.

οὐδὲν σαφὲς] Proclus in Euclidem, quem locum Casaubono ad Laert. p. 54. debeo, notat, Platonem multa et admiranda dogmata de Diis, formis mathematicis explicare, Pythagoricamque rationem velis sive involucris his uti, iisque initiationem ad sacra sive divina præcepta occultare. Ita et Olymp. ad h. l. cf. Brucker. H. Ph. t. i. p. 1032. Hæc ita esse vel ex lectione Timæi patet. Gottl.

ἀλλὰ μὴν] Aberat particula *μὴν* ab Olymp. non omnino male. Et in Aug. et Tub. pro *μέντοι* legitur *μὲν οὖν*· ut legisse videtur Ficinus, nam vertit, *Quæ igitur forte ipse audivi, referre vobis nulla invidia prohibebit.* Fisch.

καὶ γὰρ ἴσως καὶ μάλιστα πρέπει] *Etenim vel maxime decet illuc profecturum disquirere et fabulari de peregrinatione, quæ illic est—.* Vana est Olympiodori annotatio: *τὸ μὲν ἴσως εἴρηται διὰ τὸ μυθικὸν ἐπιχείρημα, τὸ δὲ μάλιστα διὰ τὸ φιλόσοφον·* qui cum talia multa habeat, quæ silentio præterimus, hoc notavimus, quia transscripsit Scholiastes Ruhnkenii p. 8. Discrimen autem disputationis philosophiæ et narrationis fabulosæ potius cernitur in verbis *διασκοπεῖν καὶ μυθολογεῖν*. Illud vero *καὶ μάλιστα* est *vel maxime*, ut hoc ipso allato exemplo monuimus ad Plutarchum de S. N. V. p. 11. cui addatur aliud ex Timoleonte p. 251. B. *ἐξ ὧν καὶ μάλιστα τὴν Τιμολέοντος εὐτυχίαν συνέβη γενέσθαι γνώριμον.* Neque tamen ubique valet hæc vis; nam sæpius est *et maxime, quamvis maxime*: v. c. Plutarcho Conv. p. 162. E. Xenoph. Anab. vi. 1. 22. et alibi. Wytt.

καὶ γὰρ ἴσως καὶ μάλ.] Etsi orationem sæpe copulat *καὶ γὰρ καί*, hic tamen *καὶ* ad *μάλιστα* traxerim cum Wyttenb. ad Plat. de S. N. V. p. 13. Nam ut *καὶ μάλα* ubivis, ita et *καὶ μάλιστα* reperitur interdum. Plat. de Legg. vi. p. 773. C. *ἐξ ὧν ἃ μὴ βουλόμεθα ξυμβαίνειν ἡμῖν, καὶ μάλιστα (vel maxime) ξυμβαίνει ταῖς πλείσταις πόλεσι.* de Rep. iii. p. 404. B. *Ἁπλῆ που καὶ ἐπιεικὴς γυμναστικὴ καὶ μάλιστα ἡ περὶ τὸν πόλεμον.* Xenoph. Cyrop. ii. 1. 13. *οἱ τῶν ἱκανωτάτων καὶ εὖ καὶ κακῶς ποιεῖν λόγοι οὗτοι καὶ μάλιστα ἐνδύονται ταῖς ψυχαῖς τῶν ἀκουόντων.* Plutarch. de S. N. V. p. 3. *ἡ περὶ τὰς τιμωρίας τῶν πονηρῶν βραδυτὴς τοῦ δαιμονίου καὶ μέλλησις ἐμοὶ δοκεῖ καὶ μάλιστα δεινὸν εἶναι.* Heind.

μυθολογεῖν] *Confabulari.* Apol. Socr. p. 39. E. *ἀλλά μοι, ὦ ἄνδρες Ἀθ. παραμείνατε τοσοῦτον χρόνον· οὐδὲν γὰρ κωλύει διαμυθολογῆσαι πρὸς ἀλλήλους.* cf. not. ad Phædr. §. 140. Heind.

αὐτὴν οἰόμεθα εἶναι] Hoc ordine Tub. et Aug. Vulgo *οἰόμ. αὐτὴν εἶν.* Heind.

ἡλίου δυσμῶν] *νόμος δὲ ἦν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ μηδένα φονεύειν ἐν ἡμέρᾳ.* Olympiod. ad h. l. De simili Lacedæmoniorum instituto v. Valer. M. iv. 6. Cæterum in Aug. pro *ποιοῖ* legitur *ποιεῖ*. male. Sed non rara est horum modorum permutatio in libris antiquis: ut c. 7. ubi pro *ἐπιθυμοῖ* Tub. exhibet *ἐπιθυμεῖ*. Fisch.

μέχρι ἡλ. δυσμ.] Schol. *ὡς ζήσεσθαι*

δή[w] ποτε οὔ φασι θεμιτὸν εἶναι αὐτὸν ἑαυτὸν ἀποκτιννύναι, ὦ Σώκρατες; ἤδη γὰρ ἔγωγε, ὅπερ νῦν δὴ[x] σὺ[y] ἤρου, καὶ Φιλολάου ἤκουσα, ὅτε παρ' ἡμῖν διητᾶτο, ἤδη δὲ καὶ ἄλλων τινῶν, ὡς οὐ δέοι τοῦτο ποιεῖν· σαφὲς δὲ περὶ αὐτῶν οὐδενὸς πώποτε οὐδὲν[z] ἀκήκοα. [§. 15.] Ἀλλὰ προθυ- I. 62.
μεῖσθαι χρή, ἔφη· τάχα γὰρ ἂν[a] καὶ ἀκούσαις[b] ἴσως μέντοι θαυμαστόν σοι φανεῖται, εἰ[c] τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων

et pr Λ : μέχρις ς.—[v] χρόνῳ om CEHI.—[w] οὖν δὴ ΔΠΦGs : δὴ οὖν ς.—[x] νῦν δὴ 𝔄 CH, δὴ νῦν δὴ E : δὴ νῦν *ς.—[y] σὺ om E.—[z] οὐδὲν om L.—[a] ἂν om G.—[b] ἀκούσαις 𝔄ΠΦCs et pr Δ : ἀκούσαιο *ς.—[c] εἰς pr Δ.—[d] τῶν ἀνθρώπων Γs et corr Λ, cui

μέλλων μέχρις ἡλίου δυσμῶν. ἐν γὰρ ἡμέρᾳ φονεύειν ἀπείρητο. μέχρι pro vulg. μέχρις ex grammaticorum præcepto cum Codd. Aug. et Tub. (adde Par.) dederat jam Fischer. Mox Tub. ὅπερ νῦν δὴ, pro ὃ δὴ νῦν ἐλ. V. not. ad Gorg. §. 3. Heind.

κατὰ τί δὴ] Legi ex fide mei Ms. Κατὰ δὲ τό : et sine interrogatione, ut articulus τὸ orationi universæ apponatur. quod est Græcis frequentissimum : et ita postulare videtur verborum series. Idem genus dicendi annotatur in ditissimo illo Thesauro Stephani, τὸ κατὰ τὸν Γάλβαν, *quod ad Galbam attinet*. Serran.

κατὰ τί] Tub. κατὰ τί οὖν δή. Serranus legit, fide, ut ait, libri sui scripti, κατὰ δὲ τὸ, sublata interrogationis nota post Σώκρατες, ut articulus τὸ referatur ad totam orationem, et vertit, *Quod autem ad id attinet, quod aiunt, nefas esse sibi ipsi mortem consciscere*. male, et reclamante orationis vicinia. Unde Stephanus in marg. versionem Serrani ita correxit, *Quam igitur ob caussam nefas esse aiunt, sibi mortem consciscere? Ego enim jam pridem illud non solum a Philolao*. Fisch.

δὴ νῦν] Venet. A, et Vind. F, νῦν δὴ, melius sane et convenientius Atticæ consuetudini, significans *modo:* Timæus Νῦν δή· πρὸ ὀλίγου χρόνου· ubi videatur Ruhnkenius. Aliud est δὴ νῦν, *jam nunc, age:* vide Hoogeveen. Doctrin. Particul. p. 279. Wytt.

§. 15. τάχα γὰρ ἂν καὶ ἀκούσαις] Quod editiones hucusque insedit, retentum atque adeo probatum a Fischero ἀκούσαιο e Par. correxi. Heind.

τάχα μὲν ἂν] Ita sine γὰρ Olymp. Forst.

ἴσως μέντοι κ. τ. λ.] Apud Simplicium in Epictet. x. p. 63. Salmas. legitur μὲν pro μέντοι· deinde τὰ ἄλλα πάντα pro τἄλλα ἐστίν· denique verba ἁπάντων, et οἷς, omissa sunt. Steph. distinguere vult. ὥσπερ καὶ τἄλλα, ἔστιν ὅτε καὶ οἷς β. Et Abresch. ad Æsch. t. ii. p. 185. pro οἷς δὲ βέλτιον τεθνάναι jubebat legi οἷς δὲ βέλτιον ζῆν, ἢ τεθνάναι. Kœhlerus in notis ad vers. hujus dialogi vernaculam p. 13. conj. ὥσπερ καὶ τἄλλα, καὶ οὐκ ἔστιν ὅτε οἷς μὲν βέλτιον τεθνάναι, οἷς δὲ ζῆν. Zeunius p. 116. notam incisi poni jubebat post τἄλλα, et ante ἔστιν inseri ἐὰν, vel κἂν, aut rescribi ὅτε ἔστιν. At has conjecturas et correctiones omnes repugnare, vel linguæ ingenio, vel ipsi menti Socratis, et lectionem loci vulgatam recte se habere, modo incisi nota ponatur post verba καὶ οἷς, sicut nunc edidimus, per se patet. Certe nec Tub. nec Aug. scriptura discrepat a lectione librorum editorum, ἔστιν, ὅτε καὶ οἷς βέλτιον· nisi quod in Tub. legitur ἢ τοῦτο μόνον, et in Aug. τῶν ἀνθρώπων. Fisch.

ἴσως μέντοι θαυμαστόν σοι φανεῖται—περιμένειν εὐεργέτην] Sententia vulgo impedita, sic accipienda est : 'Fortasse tamen mirum tibi videbitur, hoc (mortem) solum aliorum omnium (negotiorum) simplex esse, neque umquam accidere homini, prouti alia *negotia* nonnumquam et quibusdam *hominibus bene vel male accidunt*, ut melius ei sit vivere quam mori : hominibus autem, quibus melius est mori, non fas esse sibi ipsis hoc beneficium conferre, sed alium exspectandum esse beneficii hujus effectorem, mirabile fortasse.' Animadvertenda est primum repetitio partis regentis, θαυμαστὸν ἴσως σοὶ φαίνεται, quæ usitata est in longioribus periodis : in hujus autem principio simplicius Olympiodorus

ἁπάντων ἁπλοῦν ἐστὶ καὶ οὐδέποτε τυγχάνει τῷ[d] ἀνθρώπῳ, ὥς περ καὶ τἆλλα, ἔστιν ὅτε[e] καὶ οἷς βέλτιον τεθνάναι ἢ[f]

supra scripta hæc : ἢ τυγχάνει ὂν τῷ ἀνθρώπῳ.—[e] ἔστιν ὅτε ΞΠΦ : ἐστὶν, ὅτε 5.—

φαίνεται et versio Sicula* *apparet*, dant. ἢ ζῆν, Olympiodorus præbet βέλτιον Deinde pro vulgato βέλτιον τεθνάναι ζῆν ἢ τεθνάναι· quod nexus argumenta-

---

* Interpretationis hujus veteris Latinæ negotium hujusmodi est. Hæc verbum verbo reddit; ut appareat, quid in codice suo interpres legerit, et ipsa propemodum codicis Græci instar censenda sit. Facta est ab homine, qui suum ipse nomen non prodidit; ut quidem suspicor, in Sicilia, Sæculo duodecimo. Nam codex, in quo illa interpretatio primo loco exstat, qui est inter libros Bibl. Lugd. Nr. C4. deinceps habet eadem manu scriptam, et ab eodem, ut videtur, interprete factam, similem interpretationem Latinam Dialogi Menonis, cum præfatione interpretis ad hominem item non nominatum, sed cum quodam indicio temporis et loci. Quod indicium in fine præfationis positum, referre juvat. Sic autem habet: 'Quanta virtute igitur hic disputet Plato ne virtus scientie non ignorabit nisi lectum et relectum presens opusculum firmaveris memorie. In quo te quantis retulerim precibus te latere nolim. Jussu namque domini mei gloriosissimi siclorum regis guillelmi gregorii nacanceni opuscula translaturus eram. qui eodem nuo (forte *animo*) quo et atheniensis plato dicavit sermones. Rogatus item a majone magno sicilie ammirabili atque ab hugone epanormitane sedis archiponce librum diogenes de vita et conversatione dogmateque philosophorum in italicas transmittere sillabas me parabam. Quibus ad tempus postpositis tuo potius acquievi consilio. in quo manifestius ostenditur quam diligenter amicorum votis obeditur: propter quos non numquam dominorum jussum preteritur. promtius enim agitur quicquid ex animo venit.' Exemplum Bibliothecæ Lugd. non ab ipso interprete, sed a librario minus perito scriptum esse, apparet ex multis locis imperite et vitiose scriptis. Et interpretationem diversam esse ab ea, quæ sub Aristippi nomine servata Oxonii, adhibita est Forstero, multæ lectiones ab hoc memoratæ, et a nostra diversæ, ostendunt. Eamdem autem esse atque illam cujus Excerpta extant in codice Marciano Veneto, manifesto declarant specimina hujus mecum communicata ab ejus Bibliothecæ Præfecto, Jacobo Morellio, viro eruditissimo, Literarum nostrarum singulari ornamento, et Historiæ Bibliographicæ principe. Cui viro quum jam ante hos viginti quatuor annos me conciliaverit studiorum communio, multaque in me collata Literarum et humanitatis officia; facere nequeo, quin ex ejus ad me datis epistolis ea referam, quæ ad rem præsentem pertinent. Hæc igitur ille: "Subiit statim animum cogitatio de versione *Eurico Aristippo Atheniensi*, in Codice Oxoniensi adscripta, a Forstero adhibita, itidemque de Excerptis bene multis in codice Marciano Sæculi xiv. servatis, quorum indicium ex initio et fine tibi facere, haud inutile fortasse fuerit. Initium est: 'Ipse, o Fedron, affuisti Socrati illa die, qua bibit pharmacum in carcere, sive ab aliquo alio audivisti? Fedron: Ipse, o Echecrate. Echecrates: Quæ igitur sunt quæ dixit vir ante mortem, et quomodo obiit? libenter enim ego audirem. Fedron: Fors quidam ipsi, o Echecrate, contigit. Accidit enim pridie causam puppis inaurata navigii, quod in Delum Athenæi mittunt quotannis—.' Finis est: 'Sed vide si quid aliud dicis. Hæc sciscitante, nihil amplius respondit: immo modicum intermittens, movit se quidem et bene revelavit eum et lumina statuit. Intuitusque Crito comprehendit os et oculos. Hic vero finis, o Echecrates, amici nobis fuit, viri ut nos asserimus eorum quorum experientiam habuimus, optimi et aliter prudentissimi atque justissimi fuit.' Vide, vir eruditissime, an Excerpta hæc usui tibi esse possint: eorumque exemplum si cupis, fac ut sciam. Loca eorumdem nonnulla syllabatim allata fuisse video a Jeremia de Montagnone, Jurisconsulto Patavino, qui Sæculo xiv. ineunte floruit, in Epitome Sapientiæ, Venetiis anno 1505. impressa: cujus operis notitiam Fabricius in Bibliotheca Lat. Mediæ Ætatis dedit. Fragmenta duo Apuleii, a Prisciano in grammaticis Putschii p. 887. 891. allata, frustra in iis quæsivi. Cæterum, de Platone vel temporibus illis Latine a nostratibus habito, luculentum Petrarchæ testimonium adest

ζῆν. οἷς δὲ βέλτιον τεθνάναι, θαυμαστὸν ἴσως σοι φαίνεται εἰ τούτοις τοῖς ἀνθρώποις μὴ ὅσιόν ἐστιν[g] *αὐτοὺς ἑαυτοὺς*

[f] *ἢ...τεθνάναι* om pr Δ.—[g] *ἐστιν* add ΔΠΦGs, supra versum ponit 𝔄.—[h] *δὴ* ΓG.—

tionis postulat. Nam cæteræ omnes res possunt esse vel bonæ vel malæ, prouti bene aut male aguntur et ad usum convertuntur: quod et alibi ab aliis, et a Platone docetur in Symp. p. 318. D. **πᾶσα γὰρ πρᾶξις ὧδ' ἔχει· αὐτὴ ἐφ' ἑαυτῆς πραττομένη, οὔτε καλὴ, οὔτε αἰσχρά· οἷον ὃ νῦν ἡμεῖς ποιοῦμεν, ἢ πίνειν, ἢ ᾄδειν, ἢ διαλέγεσθαι, οὐκ ἔστι τούτων αὐτὸ καθ' αὐτὸ καλὸν οὐδέν· ἀλλ' ἐν τῇ πράξει, ὡς ἂν πραχθῇ, τοιοῦτον ἀπέβη· καλῶς μὲν γὰρ πραττόμενον καὶ ὀρθῶς, καλὸν γίγνεται· μὴ ὀρθῶς δὲ, αἰσχρόν.** quæ vertit Gellius xvii. 20. At vero mors homini semper bonum est, numquam malum, ut in toto Phædone, et ubique a Platone docetur. Aliam scripturam præbet Simplic. in Epictet. p. 63. et contrariam eam suæ ipse sententiæ; ut non ab ipso ita posita, sed a librario mutata, videatur: **Ὁ δέ γε Πλάτων καὶ ὁ Πλάτωνος Σωκράτης, καὶ ἀγαθὸν αὐτὸν (τὸν θάνατον) εἶναι καὶ κρείττονα τῆς μετὰ τοῦ σώματος ζωῆς ἀποφαίνεται· οὐ τοῖς μὲν, τοῖς δ' οὔ· ἀλλ' ἁπλῶς πᾶσι. λέγει οὖν ἐν τῷ Φαίδωνι Σωκράτης 'ἴσως μὲν θαυμαστόν σοι φαίνεται, εἰ τοῦτο μόνον τῶν ἄλλων ἁπλοῦν ἐστὶ, καὶ οὐδέποτε τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ, ὥσπερ καὶ τὰ ἄλλα πάντα, ὅτε βέλτιον τεθνάναι ἢ ζῆν·'** nexus ipse disputationis flagitat in fine *β.* ***ζῆν ἢ τεθνάναι, numquam homini melius est vivere, quam mori:*** ***ὅτε*** autem nihili est solum, ut appareat conjuncta excidisse. Nam profecto ***ἐστὶν ὅτε καὶ οἷς, nonnumquam quibusdam,*** requiritur hoc loco, quod et Fischerus vidit, verbaque et recte interpunxit, et ab aliorum ***παραδιορθώσεσι*** vindicavit. Et sunt omnino hæ formæ in conjungendo verbo ***εἶναι*** cum pronomine ***ὃς*** et adverbio ***ὅτε***, ut ***ἐστὶν ὅτε***, et ***ἐστὶν οἷς, ἐστὶν ὧν, ἐστὶν οὓς***, frequentiores, quam ut exemplis confirmari debeant. Cæterum ita plane extat in Vind. A et B, ***ἐστὶν ὅτε καὶ οἷς·*** et item in versione Sicula expressum legitur ***est quando et quibus.*** Wytt.

ἁπλοῦν] I. e. ***quod simpliciter, per se, ejusmodi quid est,*** (vulgo dicunt ***absolute***) ***ut non aliter esse aut cogitari pos-***

---

in libro de Sui Ipsius et Aliorum Ignorantia, his verbis;—Est quoque in Bibliotheca Marciana Phædonis versio Latina Leonardi Arretini: quam et ipsam ineditam puto: neque tamen a Forstero aut Fischero ullam in partem vocatam fuisse video. Ex codicibus Græcis Platonis et Olympiodori quinam Parisios translati fuerint, quinam adhuc exstent, præsertim ex tomo primo Bibliothecæ meæ Manuscriptæ anno 1802. impresso, intelligis; memoria namque teneo, ut edidi, me illum ad te misisse: quod idem de Fragmentis Dionis Cassii, anno 1798. a me vulgatis feceram.—Superest adhuc in Bibliotheca Marciana codex Græcus Sæculi xii. qui Platonis quædam, et in his Phædonem cum Scholiis habet: quem si conferri velis, ut id fiat curabo.—Vale, vir præstantissime:—Venetiis vi. Kalend. Aprilis a. MDCCCVI.' Ex illis Excerptorum Venetorum speciminibus apparet interpretationem eamdem esse atque nostri exemplaris: exceptis locis omissis Excerptorum, qui in nostro exemplari, ut integro, adsunt: et paucis, quorum diversitas a librario venit: [illegible] in nostro est *Fedon: puppis laureata in navigii:* in fine, *modicum tempus intermittens: et homo revelarit eum:* postremo, *vicissim* et super scriptum *justissimi.* Neque minus ad rem pertinet, alius ex altera optimi viri epistola locus: 'Quod ad Phædonem attinet, quidquid bonarum lectionum ex Codd. Marcianis haurire operæ pretium fuerit, ne tibi opportune desit curabo. De duplici versione Latina Sæc. xii. in Sicilia facta, nisi tu affirmares, vix ego crederem. Altera Henrici Aristippi Archidiaconi Catanensis, cujus Hugo Falcandus meminit in Hist. Sicula, inter Scriptores Rerum Italicarum Muratorii t. vii. p. 281. innotuerat: altera se nunc primum offert. Prodiit ea forte ab ipso Menonis interprete, qui in Epistola scripsisse mihi videtur: *Rogatus item a Majone Magno Siciliæ Admirato, atque ab Hugone Panormitanæ sedis Archiepiscopo.* Idem tibi visurum puto, si Historiam Siculam Falcandi inspicias.' In nostro quidem Lugd. exemplo ita legitur, ut exhibuimus; illud autem *archiponce* compendium esse vocabuli *archipontifice* videtur. Wytt.

εὖ ποιεῖν, ἀλλ' ἄλλον δεῖ[h] περιμένειν εὐεργέτην. [§. 16.] Καὶ ὁ Κέβης ἠρέμα ἐπιγελάσας Ἴττω[i] Ζεύς,[j] ἔφη, τῇ αὐ-

ἰττίω
[i] ἰττιῶ 𝔄, εἰττίω ΠΦG, ἰττίω ΓΛΞΥΕLs, ἴττι ὦ C, ἰττὶ ὦ H, ἐν τῷ ὦ Δ.—[j] ζεῦ ΔΞ

sit, opponiturque ἀδιαφόρῳ, σχετικῷ, vel τῷ κατά τι. v. Olymp. ad §. 18. Cicero quidem has duas notiones eloquitur verbis *simpliciter* et *comparate*. (Top. xxii.) Gottl.

καὶ οὐδέποτε τυγχάνει τῷ ἀνθρώπῳ] Loci mirum in modum ab intpp. vexati sensum unus perspexerat Stephanus, sic interpungens τἆλλα, ἐστὶν ὅτε καὶ οἷς β. Qua distinctione recepta, sententia hinc exit hujusmodi: *Fortasse tamen mirum tibi videbitur, si hoc unum de ceteris omnibus simpliciter verum sit et sine ulla exceptione* (sc. mori melius esse quam vivere), *neque unquam accidat, ut, quemadmodum in ceteris omnibus rebus, interdum et aliquibus hominum* (non semper neque omnibus) *satius sit mori, quam vivere: quibus autem satius est mori, mirabere fortasse, si iisdem nefas sit sibimet ipsis bene facere etc.* Pro τῷ ἀνθρώπῳ Aug. τῶν ἀνθρώπων, quod junctum sequenti ἐστὶν οἷς præferrem, ni intercederet ἐστὶν ὅτε. Heind.

ὥσπερ καὶ τἆλλα ἐστὶν, ὅτε] Mihi hic aliquid deesse videbatur. Reposui itaque ὥσπερ καὶ τἆλλα· Ἀλλ' ἔστιν ὅτε etc. Et certe nequaquam id vult Socrates, *homini*, uti vertit Serranus, *nunquam evenire posse, ut ei sit melius mori quam vivere*, (aliter enim de philosopho modo statuebat, idemque sæpius infra dicit) sed hoc quidem nonnunquam accidere posse concedit, at hoc tamen concesso, hominibus nihilominus sibi ipsis vim inferre nefas esse contendit. Alioqui nullus εὐεργέτῃ daretur locus, neque cur nosmet interficere non liceat, cuivis θαυμαστὸν aut ἄλογον videri posset. Et hunc quidem sensum lectio forsan vulgata quodammodo ferre queat; at melius, opinor, procedet oratio, si particulam ἀλλὰ (quæ propter vocem antecedentem facile excidisse poterat) mecum addideris. Forst.

καὶ τἆλλα] I. e. καὶ κατὰ τἆλλα. Schol. οἷον πλοῦτος, δόξας ξίφος· ἐπαμφοτερίζει γὰρ καὶ τἆλλα πάντα· θάνατος δὲ μόνως ἀγαθόν ἐστι. Simplic. in Epictet. x. p. 63. τὰ ἄλλα πάντα pro τἆλλα, ἐστὶν, unde fecerim ὥσπερ καὶ τἆλλα πάντα, ἔστιν ὅτε. Post βέλτιον forsan excidit ὄν. Conf. tamen not. ad Gorg. §. 124. Heind.

βέλτιον τεθνάναι] Tub. βέλτιον οὐ τεθνάναι. male. Ficinus, *Itaque mirum tibi forte videbitur*, ita, ut etiam hoc loco φανεῖται legisse videatur. Fisch.

μὴ ὅσιόν ἐστιν αὐτοὺς] E Par. ἐστὶ restitui. Heind.

§. 16. ἐπιγελάσας] Tub. ὑπογελάσας. At ἐπιγελᾷν est verbum hoc in genere proprium: et ἠρέμα ἐπιγελᾷν est *leniter arridere* (Cic. Somn. Scip. 2.) quod c. 37. uno verbo μειδιᾷν dicitur: ut c. 35. est ἐγέλασεν ἠρέμα· et c. 64. γελάσας ἡσυχῇ. Fisch.

Ἰττίω Ζεὺς] Patria vocabula malui retinere ad venustatem. Serran. At Steph. '*Noverit ipse Jupiter, inquit, sua lingua loquutus:* Leg. ἴττω, quod sit pro ἴστω.'

Ἴττω] Ald. Bas. 1. 2. etiam Aristippus: ἰττίω· Meibomius in marg. Bas. 2. ἰττὶ ὦ e Cod. vet. ut in Aug. scriptum est ἴττι ὦ ζεῦ. Unde Ficinus vertit simpliciter, *Proh Jupiter:* ut legitur in exemplo versionis ejus Ascensiano. nam Henninius inde laudat *Ittio Jupiter*. perperam. Stephanus recte edidit ἴττω, Cornarii auctoritate, ut diserte scriptum in Tub. Olympiodor. τὸ δὲ ἴττω ἐπιχωριάζοντός ἐστιν, ἀντὶ τοῦ ἴστω, τῇ Βοιωτείᾳ διαλέκτῳ· καὶ εἰκότως ἐγχωρίᾳ γλώττῃ ἐχρήσατο, ἐνδεικνύμενος τὸ φυσικὸν καὶ ἐγχώριον θαῦμα, ὃ εἶχε πρὸς τὸν Σωκράτην. Etymol. M. Ἴττω· ἀντὶ τοῦ ἴστω, Βοιωτικῶς. Phavorinus, nesciebam unde: Ἴττω Ἡρακλῆς· παρὰ τῷ Ἀριστοφάνει, ἀντὶ τοῦ ἴστω. Locus Aristophanis est Acharn. 860. sed ibid. 911. legitur etiam ἴττω Ζεὺς, ubi v. Kust. et Bergl. itemque Henninius epist. ad Blancardum t. ii. p. 664. Syl. Burm. Fisch.

Ἴττω Ζεὺς] Scholiastes rursus Olympiodori vestigia legit. Ad illius Scholion Ruhnkenius in Adversariis scriptis hæc notavit: 'Valckenar ad Eurip. Phœn. 1671. P. Petiti Miscell. Obs. iii. 31. Hemsterhus. ad Hesych. t. ii. p. 15. Forster. ad Phædon. p. 366.' Wytt.

Ἴττω Ζεὺς] Schol. τὸ ἴττω ἐπιχωριάζοντός ἐστιν ἄντι τοῦ ἴστω, τῇ Βοιωτίᾳ διαλέκτῳ. Plat. Epist. vii. p. 345. A. γέγονε δ' οὖν ὅπως, Ἴττω Ζεὺς, φησὶν ὁ Θηβαῖος. Aristoph. Ach. 910. Τὼ δ'

του[k] φωνῇ εἰπών.[l] Καὶ γὰρ ἂν δόξειεν, ἔφη[m] ὁ Σωκράτης, οὕτω[n] γ'[o] εἶναι ἄλογον· οὐ[p] μέντοι ἀλλ' ἴσως[q] ἔχει[r] τινὰ λόγον. ὁ μὲν οὖν ἐν ἀπορρήτοις λεγόμενος περὶ αὐτῶν λό- II. iii. 13.

ΠΦCGs cum corr Υ et mg Λ.—[k] ἑαυτοῦ Δs.—[l] φωνῇ αὐτοῦ εἰπὼν Λ.—[m] δόξοι ἐνέφη I.—[n] οὕτω ΧΓΔΛCEGIL.—[o] τε G: om HI.—[p] οὐ...λόγον om G.—[q] post ἴσως

ἐμὰ Θείβαθεν, Ἴττω Ζεύς. Qua formula quamvis liquidum sit Cebetem asseverare, miram sibi videri Socratici sermonis repugnantiam, tamen exortus est nuper qui loci planissimi et in quo egregie omnia cohærent, nescio quam obscuritatem deprehendens miserum in modum lacerari orationem voluerit, primum corrigendo καὶ γὰρ ἂν δόξειεν, ἔφη, ὦ Σώκρατες, οὕτως γ' εἶναι ἄλογον, ut hæc quoque Cebetis essent; tum Socrati hæc dando οὐ μέντοι—λόγον: deinde Cebeti illa ὁ μὲν οὖν ἐν ἀποῤῥήτοις—οὐ ῥάδιος διϊδεῖν: Socrati rursus hæc οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε—. Apposuimus hæc, ne viri docti in hunc librum conjecturas neglexisse putemur; reliqua silentio prætermittemus. Heind.

οὕτω γ' εἶναι] οὕτω γε [quod pro οὕτως γε Fischer restituit e Tub. et Aug.] est quod alias dicitur ὡς οὑτωσὶ ἀκοῦσαι, *sic primo adspectu, re nondum satis expensa*. Heind.

ἔχει] Ald. Bas. 1. 2. ἔχειν. male. Nam οὐ μέντοι ἀλλὰ ἴσως est *sed fortassis: verum fortassis tamen*. Fisch.

ἀποῤῥήτοις] Cf. Eurip. Rheso 943. μυστηρίων τῶν ἀποῤῥήτων φάνας ἔδειξε. Adi Bruck. Hist. Phil. Crit. t. i. p. 377. Gottl.

ἐν ἀποῤῥήτοις] Significatur doctrina interior, esoterica, sive Pythagoricorum, sive Socratis: non mysteria religiosa, sive Eleusinia, sive Bacchica, sive Orphica, quod nonnulli voluerunt; in his Forsterus: cujus notam primum apponamus, deinde dijudicemus: 'ἐν ἀποῤῥήτοις: *in mysteriorum arcanis*. Ita suadente Proclo Comment. in Rempubl. Plat. p. 372. et Olympiodoro, qui hoc μυθικὸν et Ὀρφικὸν ἐπιχείρημα vocat, ac suffragante demum Dacierio, vertendum censui. Barbeyracium, qui locum hunc ad secretam Pythagoricorum doctrinam respicere contendit, optime refellit Warburton Div. Leg. i. 2. §. 4. p. 205.' At in Olympiodoro nil est ad hanc sententiam auctoritatis, qui omnia fere ab humana ratione ad divinam religionem refert: neque tamen hoc loco aliud quam fabulas Bacchicas, in Orphica doctrina celebratas, vult: veluti p. 1. ἡ δὲ λέξις, ὡς εἴρηται, διὰ δύο ἐπιχειρημάτων κατασκευάζει ὅτι οὐ δεῖ ἐξάγειν ἑαυτούς (μυθικοῦ καὶ διαλεκτικοῦ)· καὶ ἔστι τὸ μυθικὸν ἐπιχείρημα τοιοῦτον. παρὰ τῷ Ὀρφεῖ τέσσαρες βασιλεῖαι παραδίδονται· αἱ (legendum α. i. e. ἡ πρώτη) μὲν ἡ τοῦ Οὐρανοῦ, ἣν Κρόνος διεδέξατο ἐκτεμὼν τὰ αἰδοῖα τοῦ πατρός· μετὰ δὲ τὸν Κρόνον ὁ Ζεὺς ἐβασίλευσε ταρταρώσας τὸν πατέρα· εἶτα τὸν Δία διεδέξατο ὁ Διόνυσος, ὅν φασι κατ' ἐπιβουλὴν τῆς Ἥρας τοὺς περὶ αὐτὸν Τιτᾶνας σπαράττειν, καὶ τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἀπογεύεσθαι. Καὶ τούτους ὀργισθεὶς ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσε, καὶ ἐκ τῆς αἰθάλης τῶν ἀτμῶν τῶν ἀναδοθέντων ἐξ αὐτῶν ὕλης γενομένης, γενέσθαι τοὺς ἀνθρώπους. Οὐ δεῖ οὖν ἐξάγειν ἡμᾶς ἑαυτούς, ὡς τοῦ σώματος ἡμῶν Διονυσιακοῦ ὄντος· μέρος γὰρ αὐτοῦ ἐσμέν, εἴγε ἐκ τῆς αἰθάλης τῶν Τιτάνων συγκείμεθα γευσαμένων τῶν σαρκῶν τούτου. Ὁ μὲν οὖν Σωκράτης τὸ ἀπόῤῥητον δεικνὺς τοῦ μύθου οὐδὲν πλέον προστίθησι τοῦ ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμέν. οἱ δὲ ἐξηγηταὶ τὸν μῦθον προστιθέασι ἔξωθεν, καὶ ἔστιν ἡ τοῦ μύθου ἀλληγορία τοιαύτη, ὥσπερ ὁ Ἐμπεδοκλῆς ἔλεγε τὸν νοητὸν καὶ τὸν αἰσθητὸν (adde κόσμον) παρὰ μέρος γίνεσθαι—κ. τ. λ. Deinde ad hæc Phædonis verba nil annotatur in nostro Olympiodori exemplo: et in principio ejus legitur id quod in edito Scholiaste est p. 8. Tum p. 24. rursus memorata Bacchi et Titanum fabula, hæc subjungit: καὶ εὖγε τοῦ λόγου, διότι καὶ ἀπὸ θεοῦ ἤρξατο, ἡνίκα ἔλεγεν· 'ὁ μὲν ἐν ἀποῤῥήτῳ περὶ αὐτῶν λεγόμενος λόγος, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμέν·' καὶ εἰς θεὸν κατέληξεν, ἐξ οὗ καὶ ἤρξατο· λέγω δὴ τὸν Διόνυσον. In quibus omnibus nihil est, quod mysteria religiosa significet. Nec magis ex Procl. l. c. tale quid cogere licet, καὶ ἡ μὲν δι' εἰκόνων μέθοδος τοῖς γνησίως φιλοσοφοῦσι προσήκει· ἡ δὲ δι' ἀποῤῥήτων συνθημάτων καὶ θείας οὐσίας ἔνδειξις τοῖς μυστικωτέρας ἡγεμόσι τελεσιουργίας· ἀφ' ἧς δὴ καὶ αὐτὸς ὁ Πλάτων πολλὰ τῶν οἰκείων δογμάτων ἀξιοπιστότερα καὶ ἐνεργέστερα δεικνῦναι (f. addendum φιλεῖ, vel εἴωθε)· δηλοῖ δὲ ἐν Φαίδωνι 'τόν τε ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενον ὡς

γος,[s] ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ[t] ἄνθρωποι καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν οὐδ' ἀποδιδράσκειν, μέγας τέ[u] τίς μοι

omisi γ' cum ΔΠΦs.—[r] ἔχειν ΔΥL.—[s] λόγος περὶ αὐτῶν s.—[t] ἐσμεν πάντες οἱ mg

ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν' σιγῇ τῇ πρεπούσῃ σέβων, καὶ τὰς τελετὰς μαρτυρόμενος τῶν διαφόρων λήξεων τῆς ψυχῆς κεκαθαρμένης τε καὶ ἀκαθάρτου· καὶ τάς τε σχίσεις αὖ καὶ τὰς τριόδους ἀπὸ τῶν οὐσιῶν (ex Phædone p. 82. forte θυσιῶν) καὶ τῶν πατρικῶν θεσμῶν τεκμαιρόμενος. ἃ δὴ τῆς συμβολικῆς ἅπαντα θεωρίας ἐστὶ μεστὰ, καὶ τῶν παρὰ τοῖς ποιηταῖς θρυλλουμένων ἀνόδων τε καὶ καθόδων, τῶν τε Διονυσιακῶν συνθημάτων (f. παθημάτων) καὶ τῶν Τιτανικῶν ἁμαρτημάτων λεγομένων, καὶ τῶν ἐν ᾅδου τριόδων, καὶ τῆς πλάνης, καὶ τῶν τυιούτων ἁπάντων κ. τ. λ. quibus profecto, quæ μυστικὰ et τελεσιουργικὰ dicuntur, non magis ad religiosa et antiquitus tradita mysteria, quam ad sanctiorem et arcanam philosophi doctrinam pertinent. Quamquam Pythagoræ doctrina ex Orphica manasse ferebatur, ut a Proclo Tim. Plat. p. 291. ἃ γὰρ 'Ορφεὺς δι' ἀποῤῥήτων λόγων μυστικῶς παραδέδωκε, πάντα Πυθαγόρας ἐξέμαθεν ὀργιασθεὶς ἐν Λειβήθροις τοῖς Θρακικοῖς. Neque [magis tale quid liquet] ex eo, quem uterque secutus est, Plotino, auctore mysticæ rationis Platonicæ, Ennead. iv. l. viii. c. 1. p. 469. B. ὁ θεῖος Πλάτων—τὴν πρὸς τὸ σῶμα κοινωνίαν τῆς ψυχῆς μεμψάμενος, ἐν δεσμῷ τε εἶναι καὶ τεθάφθαι ἐν αὐτῷ τὴν ψυχὴν λέγει, καὶ τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενον μέγαν εἶναι ὃς ἐν φρουρᾷ τὴν ψυχὴν φησὶν εἶναι· καὶ τὸ σπήλαιον αὐτῷ, ὥσπερ 'Εμπεδοκλεῖ τὸ ἄντρον κ. τ. λ. Quæ secutus est Æneas Gazæus in Theophrasto p. 10. 'Αλλὰ νῦν μὲν ἐν Φαίδωνι Σωκράτης αὐτῷ τὸ αἰσθητὸν ἅπαν ἀτιμάσας καὶ τὴν πρὸς τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς κοινωνίαν μεμψάμενος δεσμῷ τινι καὶ οἷον σήματι θαπτομένην τῷ σώματι τὴν ψυχὴν ὀλοφύρεται· καὶ τὸν ἐν ἀποῤῥήτοις ἀποθαυματίζει λέγοντα ὡς ἔν τινι φρουρᾷ, ἐπειδὴ ἀφικόμεθα, γεγόναμεν. Καὶ τόδε τὸ πᾶν 'Εμπεδοκλῆς ἄντρον πεποίηκεν· ἐν Πολιτείᾳ δὲ Πλάτων σπήλαιον ὀνομάζει· ἀμέλει καὶ τῶν δεσμῶν λύσιν, καὶ τοῦ σπηλαίου φυγὴν, τὴν ἐνταῦτα (l. ἐντεῦθεν) τῆς ψυχῆς ἔφη πορείαν. Ergo hinc etiam liquet ἀπόῤῥητον λόγον nil aliud esse intelligendum, quam interiorem et arcanam doctrinam vel Pythagoricorum, de quibus hoc nomine utitur Aristot. apud Iamblich. Vit. Pythag. §. 31. ἱστορεῖ δὲ καὶ 'Αριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας, διαίρεσίν τινα τοιάνδε ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς πάνυ ἀποῤῥήτοις διαφυλάττεσθαι· τοῦ λογικοῦ ζώου τὸ μέν ἐστι θεὸς, τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας. Origenes contra Celsum i. p. 526. A. καὶ τῶν φιλοσόφων· παρ' οἷς τινες μὲν ἦσαν ἐξωτερικοὶ λόγοι, ἕτεροι δὲ ἐσωτερικοί· καί τινες μὲν ἀκούοντες Πυθαγόρᾳ ὡς αὐτὸς ἔφα, ἄλλοι δ' ἐν ἀποῤῥήτῳ διδασκόμενοι τὰ μὴ ἄξια φθάνειν εἰς ἀκοὰς βεβήλους καὶ μηδέπω κεκαθαρμένας· deinceps de mysteriis dicit, ut hæc ab interiore philosophorum doctrina distinguens: illic videndus Spencerus. Idem p. 342. de Judæorum ratione nomen Dei permutantium κατά τινα ἀπόῤῥητον λόγον· et p. 343. B. ὅταν δὲ περὶ ὀνομάτων τις δύνηται τὰ ἐν ἀποῤῥήτοις φιλοσυφεῖν. Plato Theæteto p. 118. E. de Protagora—: σοφός τις ἦν ὁ Πρωταγόρας καὶ τοῦτο ἡμῖν μὲν ᾐνίξατο τῷ πολλῷ συρφετῷ, τοῖς δὲ μαθηταῖς ἐν ἀποῤῥήτῳ τὴν ἀλήθειαν ἔλεγε. De ipso Socrate ita loquitur, eumque ita loquentem facit, quasi quædam secreto tradiderit discentibus: ibidem p. 120. A. citata Theodoreto Serm. i. p. 477. C. Ἄθρει δὴ περισκοπῶν, μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ· εἰσὶ δὲ οὗτοι οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἀπρὶξ ταῖν χεροῖν λαβέσθαι, πράξεις δὲ καὶ γενέσεις καὶ πᾶν τὸ ἀόρατον οὐκ ἀποδεχόμενοι ὡς ἐν οὐσίας μέρει. Lachete 255. A. οὐδεὶς γὰρ ἔκφορος λόγου. Nec nisi de sermonibus ad mores pertinentibus accipiendus Themist. Or. xxvi. p. 318. B. Σωκράτης τοὺς λόγους τούτους οὐκ ἐν ἀποῤῥήτῳ ἐποιεῖτο, οὐδὲ πρὸς μόνους τοὺς μαθητὰς, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀνθρώπους—. Sed et plerasque philosophorum sectas sua habuisse ἀπόῤῥητα, tradit Clemens Alexandr. Strom. v. p. 575. A. οὐ μόνον ἄρα οἱ Πυθαγόρειοι καὶ Πλάτων τὰ πολλὰ ἐπεκρύπτοντο, ἀλλὰ καὶ οἱ 'Επικούρειοί φασί τινα καὶ παρ' αὐτοῖς ἀπόῤῥητα εἶναι καὶ μὴ πᾶσιν ἐπιτρέπειν ἐντυγχάνειν τούτοις τοῖς γράμμασιν· ἀλλὰ καὶ οἱ Στωϊκοὶ λέγουσι Ζήνωνι τῷ πρώτῳ γεγράφθαί τινα, ἃ μὴ ῥᾳδίως ἐπιτρέπουσι τοῖς μαθηταῖς ἀναγινώσκειν μὴ οὐχὶ πεῖραν δεδωκόσι πρότερον, εἰ γνησίως φιλοσοφοῖεν· λέγουσι δὲ καὶ οἱ 'Αριστοτέλους τὰ μὲν ἐσωτερικὰ εἶναι τῶν συγγραμμάτων αὐτῶν, τὰ δὲ ἐξωτε-

φαίνεται καὶ οὐ ῥᾴδιος διιδεῖν· οὐ μέντοι ἀλλὰ τόδε γέ μοι δοκεῖ, ὦ Κέβης, εὖ λέγεσθαι, τὸ θεοὺς[v] εἶναι ἡμῶν τοὺς

𝔄.—[u] γέ HL.—[v] τὸ καὶ θεοὺς pr Δ.—[w] ἐπιμελομένους ΔTL : ἐπιμελουμένους *ϛ.

ρικά. deinde et ipse de mysteriis tamquam alia re disserens. Pythagoreorum fuerunt θεῖοι, καὶ ἀπόῤῥητοι λόγοι, ut vocantur a Proclo in Tim. Plat. p. 92. Pythagoricum placitum hoc nomine afficit Plutarch. Sympos. viii. 8. p. 728. F. ὁ μὲν ἀληθὴς ἴσως λόγος καὶ νῦν ἀπόθετος καὶ ἀπόῤῥητος εἴη: Anaxagoræ, Nicia p. 538. E. οὔτε ὁ λόγος ἔνδοξος ἀλλ' ἀπόῤῥητος ἔτι, καὶ δι' ὀλίγων καὶ μετ' εὐλαβείας τινὸς ἢ πίστεως βαδίζων: Aristotelis, Alexandro p. 668. A. ἔοικεν δὲ Ἀλέξανδρος οὐ μόνον τὸν ἠθικὸν καὶ πολιτικὸν παραλαβεῖν λόγον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀποῤῥήτων καὶ βαρυτέρων διδασκαλιῶν, ἃς οἱ ἄνδρες ἰδίως ἀκροαματικὰς καὶ ἐποπτικὰς προσαγορεύοντες οὐκ ἐξέφερον εἰς πολλούς, μετασχεῖν. Aristides Orat. de Paraphthegmate t. ii. p. 391. a mysteriis distinguit: δέδοικα μὲν οὖν μὴ παρὰ κωφὸν λέγω καί τινα τρόπον ἐξορχοῦμαι, δεικνὺς ἀμυήτῳ τὰ ἱερά· ὅμως δὲ, ὥσπερ ἐν μύθῳ τις ἀπόῤῥητος λόγος, τοῖς ἀκούειν δυνατοῖς εἰρήσεται. Proclus Theol. Plat. c. 1. p. 2. de magistro suo, τῆς τε ἄλλης ἁπάσης ἡμᾶς μετόχους κατέστησε τοῦ Πλάτωνος φιλοσοφίας, καὶ κοινωνοὺς τῶν ἐν ἀποῤῥήτοις (Leg. ὧν ἐν ἀπ.) παρὰ τῶν αὐτοῦ πρεσβυτέρων μετείληφε—· item iii. p. 50. Et Platonis doctrina cum mysteriis comparatur ab Augustino contra Academicos i. 37. t. i. p. 219. 'Hæc et alia hujusmodi mihi videntur inter successores ejus, quantum poterant, esse servata, et pro mysteriis custodita.' Et habuit ipse [Plato] placita, quæ nollet ad imperitos vulgari, ut scribit ad Dionysium Epist. ii. p. 707. F. indeque refert Theodoret. Serm. i. p. 482. D. Numenii fuit liber περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀποῤῥήτων· quem citat Eusebius Præp. Evang. xiii. 5. p. 650. D. Et ad idem genus pertinuerunt τὰ ἄγραφα Platonis, placita non perscripta, sed scholæ successione servata: quæ memorat Aristot. Physic. Auscult. iv. 2. Simplic. in Commentario p. 125. B. 126. A. Galen. de Nat. Hom. t. v. ed. Bas. p. 11. Procl. in Plat. Tim. iii. p. 205. med. Philopon. in Aristot. de Gener. i. p. 7. A. ii. p. 50. B. Ergo quum tot constet testimoniis ἀπόῤῥητα dici arcanam philosophorum doctrinam, cumque nil frequentius sit metaphora, qua *mysteria*, *orgia*, τελεταὶ, et similia ad artes, disciplinas, amores, eorumque perceptionem referuntur; nulla profecto ratio, immo contrarium rationi, sit, in hoc Platonis loco ἀπόῤῥητα de propriis mysteriis accipere. Neque dubium est, quin Plato, qui Socratem hæc continuo mentioni Philolai Pythagorici subjicientem inducit, scholam hanc significaverit; quippe cujus hoc placitum fuit: quod et aliunde colligitur, et diserte tradidit Clearchus apud Athen. iv. p. 157. C. Εὐξίθεος ὁ Πυθαγορικὸς—ὥς φησι Κλέαρχος ὁ Περιπατητικὸς ἐν δευτέρῳ Βίων ἔλεγεν, ἐνδεδέσθαι τῷ σώματι καὶ τῷ δεῦρο βίῳ τὰς ἁπάντων ψυχὰς, τιμωρίας χάριν, καὶ διείπασθαι τὸν θεὸν, ὡς εἰ μὴ μενοῦσιν ἐπὶ τούτοις, ἕως ἂν ἑκὼν αὐτοὺς λύσῃ, πλέοσι καὶ μείζοσι ἐμπεσοῦνται τότε λύμαις· quem Davisius apposuit ad Ciceronem eadem præcipientem Tusc. i. 30. Cui addatur Clemens Alexandr. Strom. iii. p. 434. A. Wytt.

ἐν ἀποῤῥήτοις] *In mysteriorum arcanis* recte vertit Forster secutus Proclum Comm. in lib. de Rep. p. 372. et Olympiodorum Ms. ex quo hæc protulit: καὶ τοῦτο ἡ μὲν λέξις δείκνυσι διὰ δύο ἐπιχειρημάτων, ἑνὸς μὲν μυθικοῦ καὶ Ὀρφικοῦ, ἑτέρου δὲ διαλεκτικοῦ καὶ φιλοσόφου. Eadem fere Schol. ad h. l. Pertinet huc imprimis locus Platonis e Cratylo §. 38. Δοκοῦσι μέντοι μοι μάλιστα θέσθαι οἱ ἀμφὶ Ὀρφέα τοῦτο τὸ ὄνομα (τὸ σῶμα) ὡς δίκην διδούσης τῆς ψυχῆς, ὧν δὴ ἕνεκα δίδωσι· τοῦτον δὲ περίβολον ἔχειν, ἵνα σῴζηται, δεσμωτηρίου εἰκόνα· εἶναι οὖν τῆς ψυχῆς τοῦτο, ὥσπερ αὐτὸ ὀνομάζεται, ἕως ἂν ἐκτίσῃ τὰ ὀφειλόμενα, τὸ σῶμα. Heind.

ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι, καὶ οὐ δεῖ δὴ ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν, οὐδ' ἀποδιδράσκειν] Prior sententiæ pars, *corpus esse animi carcerem*, fere proverbii celebritate fertur, ad Orphicos auctores refertur a Platone in Cratylo p. 264. C. Alteram partem attigimus supra §. 5. Universe sententiam ex hoc Platonis dicto, vel omisso vel addito ejus nomine retulerunt, Cicero Somn. Scip. iii. et Tusc. i. 30. 'Vetat enim dominans ille in nobis Deus injussu suo nos hinc demigrare: cum vero justam caussam Deus ipse dederit, ut tum Socrati, nunc Catoni, sæpe

ἐπιμελομένους[w] καὶ ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἓν τῶν κτημάτων τοῖς θεοῖς εἶναι. ἢ[x] σοὶ οὐ δοκεῖ οὕτως; Ἔμοιγ', ἔφη[y] ὁ

—[x] ἢ ΔΠΦs.—[y] φησιν 𝔄.—[z] σεαυτοῦ Δs.—[a] κτημάτων om ΓΛΕΗΙ et pr Υ.—

multis, næ ille, medius fidius, vir sapiens lætus ex his tenebris in lucem illam excesserit: nec tamen illa vincla carceris ruperit: leges enim vetant: sed tamquam a magistratu, aut ab aliqua potestate legitima, sic a Deo evocatus atque emissus exierit.' Liban. Or. de Vita sua t. ii. p. 45. D.—ἐνενόησα τὸν τοῦ Πλάτωνος νόμον, καὶ ὡς αὐτὸν οὐ λυτέον τὴν τοιαύτην δὴ λύσιν. Hierocles in Aur. Carm. p. 160.—ὁ θεῖος κελεύει νόμος, ἐξάγειν αὑτὸν πειρᾶσθαι μὴ συγχωρῶν ἀλλὰ περιμένειν ἕως ἂν ὁ θεὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. Zacharias Mitylen. p. 174. οὔτε γὰρ αὐτὸς συγχωρήσοιτο Πλάτων ἐν τῷ Φαίδωνι διδάσκων, ὡς οὐ δεῖ ἀναπίμπλασθαι τῆς τοῦ σώματος φύσεως, ἀλλὰ καθαρεύειν ἀπ' αὐτοῦ, ἕως ἂν αὐτὸς ὁ θεὸς ἀπολύσῃ ἡμᾶς. Wytt.

ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμ.] Cicero Somn. Scip. 3. 'Nisi Deus is, cujus hoc templum est omne quod conspicis, istis te corporis custodiis liberaverit, huc tibi aditus patere non potest.—Quare et tibi—et piis omnibus retinendus est animus in custodia corporis, nec injussu ejus, a quo ille est vobis datus, ex hominum vita migrandum est, ne munus humanum assignatum a Deo defugisse videamini.' Cf. Gatak. ad Antonin. iii. 1. p. 63. Heind.

ἑαυτὸν ἐκ ταύτης λύειν] Sc. τινά. Sic Codd. et Edd. atque ἑαυτὸν haud dubie Platonis est, neque quidquam tribuendum ei, quam protulit Victorius Var. Lectt. vi. 11. scripturæ, αὐτοὺς (imo αὑτοὺς) ἐκ ταύτης ἐξάγειν. Ἐξάγειν hoc sive Victorius sive alius finxit εὐλόγου illius Stoicorum ἐξαγωγῆς memor. Heind.

ἐξάγειν, quod pro λύειν in nonnullis libris est, fortassis ex aliis locis haustum est. Beck.

οὐδέ] In Theodoreti Cod. August. vet. et in codd. recentioribus August. Palat. itemque in exemplari Acciaoli, pro οὐδὲ erat ἢ καί. non male. Fisch.

ὁ μὲν—οὐδ' ἀποδιδράσκειν] Citat Clemens Alexand. Strom. iii. p. 434. et verba οὐ δεῖ—ἀποδιδράσκειν Theodoret. Θ. Π. viii. p. 118. Ab Aug. Platonis absunt verba περὶ αὐτῶν λόγος· quæ nec Proclus in Polit. p. 372. addidit, δηλοῖ δὲ ἐν Φαίδωνι, inquiens, τόν τε ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενον, ὡς ἔν τινι φρουρᾷ ἐσμὲν οἱ ἄνθρωποι. Fisch.

ἐπιμελομένους] Mœris: Ἐπιμέλου, παροξυτόνως, Ἀττικῶς· περισπωμένως, Ἑλληνικῶς. Tho. Mag. Ἐπιμέλομαι κάλλιον, ἢ ἐπιμελοῦμαι. Sic apud Xen. Cyrop. ii. 1. 14. recte legitur in omnibus libris ἐπεμέλετο, præter Cod. Alt. in quo scriptum est ἐπεμελεῖτο. Fisch.

θεοὺς εἶναι ἡμῶν τοὺς ἐπιμελουμένους—πρὶν ἀνάγκην τινὰ ὁ θεὸς ἐπιπέμψῃ] Secutus est hæc Julianus Epist. ad Athenienses p. 276. B. εἶτα σὺ μὲν ἀγανακτεῖς, εἴ τι τῶν σῶν κτημάτων ἀποστεροίη σε τῆς ἑαυτοῦ χρήσεως, ἢ καὶ ἀποδιδράσκει καλούμενον· κἂν ἵππος τύχοι, κἂν πρόβατον, κἂν βοΐδιον· ἄνθρωπος δὲ εἶναι βουλόμενος, οὐδὲ τῶν ἀγελαίων, οὐδὲ τῶν συρφετῶν, ἀλλὰ τῶν ἐπιεικῶν καὶ μετρίων, ἀποστερεῖς ἑαυτοῦ τοὺς θεοὺς, καὶ οὐκ ἐπιτρέπεις ἐφ' ὅ, τι ἂν ἐθέλωσι χρήσασθαί σοι. Platonis geminum huic est effatum Leg. x. p. 671. D. θεῶν γε μὴν κτήματα φαμὲν εἶναι πάντα ὁπόσα θνητὰ ζῶα, ὥνπερ καὶ τὸν οὐρανὸν ὅλον·—Ἤδη τοίνυν σμικρὰ ἢ μεγάλα τὶς φάτω ταῦτα εἶναι τοῖς θεοῖς· οὐδετέρως γὰρ τοῖς κεκτημένοις ἡμᾶς ἀμελεῖν ἂν εἴη προσῆκον, ἐπιμελεστάτοις γε οὖσι καὶ ἀρίστοις· ubi in promtu est pro ὥνπερ scribere ὥσπερ, ut vertit Ficinus. Sed quum Eusebius Præp. Evang. xii. p. 632. D. det θνητὰ ζῶα καὶ νοερὰ ὥνπερ—forte hoc postremum natum fuerit ex ὧν πλήρη, et sensus sit—*omnia, quæcumque sunt animalia mortalia et intelligibilia, quorum plenum esse totum cælum.*—Quod autem θεὸς dicitur, quum antea θεοὶ dicerentur, frigidam rationem adfert Olympiodorus cod. iii. cujus verba p. 6. 1. C. corrupta exstant, sed emendatius repetuntur p. 52. B. ὅτι καὶ θεὸν ἔφη καὶ θεοὺς ὁ Κέβης, μιμούμενος τὸν διττὸν τοῦ Σωκράτους λόγον, τόν τε ῥητὸν καὶ τὸν ἀπόῤῥητον. Atqui frequens est apud veteres variatio in numero hujus nominis, prouti vel universe Deorum genus, vel unus præcipue, vel summus Deus significatur. Veluti hoc loco ejusmodi ratio est: homines sunt in tutela et dominio Deorum, et quidem in sui quisque homo Dei: Dii et homines, in tutela summi Dei. Quæ opinio explicita exstat in Phædro, Timæo, Leg. x. aliisque Platonicis libris. Wytt.

ἐπιμελομένους] Sic pro ἐπιμελουμένους

Κέβης. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς, καὶ σὺ ἂν τῶν σαυτοῦ[z] κτημάτων[a] εἴ τι αὐτὸ ἑαυτὸ ἀποκτιννύοι[b] μὴ σημήναντός σου ὅτι βούλει αὐτὸ[c] τεθνάναι, χαλεπαίνοις ἂν αὐτῷ, καὶ εἴ τινα ἔχοις[d] τιμωρίαν, τιμωροῖο[e] ἄν; Πάνυ γ', ἔφη. Ἴσως τοίνυν ταύτῃ[f] οὐκ ἄλογον μὴ πρότερον αὑτὸν[g] ἀποκτιννύναι δεῖν, πρὶν ἂν[h] ἀνάγκην τινὰ ὁ[i] θεὸς ἐπιπέμψῃ,[j] ὥς περ καὶ τὴν νῦν παροῦσαν ἡμῖν.[k] [§. 17.] Ἀλλ' εἰκός, ἔφη ὁ §. 7. W.
Κέβης, τουτό γε φαίνεται. ὃ μέντοι νῦν δὴ[l] ἔλεγες, τὸ τοὺς φιλοσόφους ῥᾳδίως ἂν ἐθέλειν ἀποθνήσκειν, ἔοικε τοῦτο, ὦ Σώκρατες, ἀτόπῳ, εἴ περ[m] ὃ νῦν δὴ[n] ἐλέγομεν εὐλόγως ἔχει,[o] τὸ[p] θεόν τε εἶναι τὸν ἐπιμελούμενον[q] ἡμῶν καὶ ἡμᾶς ἐκείνου κτήματα εἶναι.[r] τὸ γὰρ μὴ ἀγανακτεῖν τοὺς φρονιμω-

[b] ἀποκτιννύει (οι superscr.) ΓΞ, ἀποκτιννύει ΔΠΦ et pr Υ.—[c] αὐτὸ ὅτι βούλει I.—[d] ἔχεις ΛL.—[e] τιμωροῖς Γ.—[f] ταύτην ς.—[g] ἑαυτὸν Δs.—[h] ἂν add Heindorfius.—[i] ὁ supra versum 𝔄.—[j] ἐπιπέμψοι G, ἐπιπέμψει ΔL.—[k] παροῦσαν ἡμῖν ΔΠΦGs: ἡμῖν παροῦσαν ς.—[l] μὲν τοίνυν δὴ ΦG et pr Γ.—[m] ηπερ (εἴ superscr.) Λ, ἤπερ I, ἧπερ Υ, εἴπερ δὴ G.—[n] δὴ νῦν Is.—[o] ἔχειν 𝔄.—[p] τὸν pr Δ.—[q] ἐπιμελόμενον Δ.—[r] εἶναι om H.—[s] οἴτε Φ, εἴπερ

secundum Atticistarum præceptum Tub. et Par. HEIND.

ἓν τῶν κτημάτων τ. θ.] Pythagoreorum dogma, opinor, ex quo et de Legg. x. p. 906. A. *ξύμμαχοι δὲ ἡμῖν θεοί τε ἅμα καὶ δαίμονες· ἡμεῖς δ' αὖ κτήματα θεῶν καὶ δαιμόνων.* Inde deos *δεσπότας*, homines *δούλους* dicit in sententia coloris simillimi Phædr. §. 131. ubi scribere debebam: *εὖ γὰρ δὴ ἄρα—φασὶν οἱ σοφώτεροι ἡμῶν, μὴ ὁμοδούλοις δεῖν χαρίζεσθαι μελετᾷν τὸν νοῦν ἔχοντα, ὅ,τι μὴ πάρεργον, ἀλλὰ δεσπόταις ἀγαθοῖς καὶ ἐξ ἀγαθῶν.* HEIND.

ἔμοιγ' ἔφη] Tub. *ἔμοιγε, φησίν.* mox ab Aug. abest *κτημάτων.* FISCH.

μὴ σημήναντός σου] Simili modo ab Epicteto causa justa a vita recedendi exprimitur, nempe *θεοῦ σημαίνοντος τὸ ἀνακλητικὸν*, *Deo receptui canente.* FORST.

ὅτι βούλει] Accuratius foret *βούλοι'* inter hæc *ἀποκτιννύοι, χαλεπαίνοις, ἔχοις, τιμωροῖο.* Non tamen sine libris corrigam. Gorg. §. 45. *ὥστ' εἰ δέοι—διαγωνίζεσθαι—πότερος ἐπαΐει περὶ τῶν χρηστῶν—λιμῷ ἂν ἀποθανεῖν τὸν ἰατρόν.* Atque ita sæpe apud Xenophontem imprimis optativum cum indicativo in hujusmodi structura permutatum memini. HEIND.

ταύτην] Nullo ferri modo potest *ταύτην*, quod tamen habent et præced. editiones: at *ταύτῃ* et ferri potest, et Fic. quoque ita legisse videtur. Quinetiam talem usum habet cum alibi, tum vero p. 72. A. *ὁμολογεῖται ἄρα ἡμῖν καὶ ταύτῃ.* item in p. 73. A. *ὥστε καὶ ταύτῃ ἀθάνατόν τι ἔοικεν ἡ ψυχὴ εἶναι.* STEPH.

ταύτῃ] Vulgo *ταύτην.* Quod reponendum jam Stephanus monuerat, dedit Aug. Ficin. *hoc modo.* HEIND.

ἀνάγκην τινὰ] Hoc nomine eum qui vel *περιωδύνῳ ἀφύκτῳ προσπεσούσῃ τύχῃ ἀναγκασθεὶς*, vel *αἰσχύνης τινὸς ἀπόρου καὶ ἀβίου μεταλαχὼν*, sibi vim intulerit, venia dignum censere videtur Noster de Leg. l. ix. p. 873. FORST.

πρὶν ἂν ἀνάγκην τ.] In his nihil cunctatus voculam *ἂν* inserui. Nam apud poetas Atticos *πρὶν* subjunctivo sæpius jungitur, ut Eurip. Orest. 1216. *πρὶν τελευτηθῇ φόνος.* 1351. *πρὶν ἐτύμως ἴδω*, eademque est ratio particularum *ὅπου, ἕως, ὄφρα, ἐπεὶ*, itemque relativi *ὃς* (v. ad Protag. §. 87.); apud prosæ scriptores corrigi hujusmodi omnia debent. Itaque et de Legg. ix. p. 872. E. scr. *πρὶν ἂν φόνον φόνῳ—ἡ δράσασα ψυχὴ τίσῃ*, et Lachet. p. 187. E. *πρὶν ἂν ἐμπέσῃ εἰς τὸ διδόναι λόγον.*—Ante proximum *θεὸς* articulum omittit Tub. HEIND.

τάτους ἐκ ταύτης τῆς θεραπείας ἀπιόντας, ἐν ᾗ ἐπιστατοῦσιν αὐτῶν οἵ περ[s] ἄριστοί εἰσι τῶν ὄντων ἐπιστάται, θεοί,
II. iii. 14. οὐκ ἔχει λόγον. οὐ γάρ που[t] αὐτός γε[u] ἑαυτοῦ[v] οἴεται ἄμεινον[w] ἐπιμελήσεσθαι[x] ἐλεύθερος γενόμενος· ἀλλ᾽ ἀνόητος μὲν ἄνθρωπος τάχ᾽ ἂν οἰηθείη ταῦτα, φευκτέον εἶναι ἀπὸ τοῦ δεσπότου, καὶ οὐκ ἂν λογίζοιτο ὅτι οὐ δεῖ ἀπό γε τοῦ ἀγαθοῦ φεύγειν ἀλλ᾽ ὅτι μάλιστα παραμένειν, διὸ ἀλογίστως ἂν φεύγοι· ὁ δὲ νοῦν ἔχων ἐπιθυμοῖ που ἂν ἀεὶ εἶναι παρὰ τῷ αὐτοῦ[y] βελτίονι. καί τοι οὕτως, ὦ Σώκρατες,[z] τοὐναντίον εἶναι εἰκὸς[a] ἢ ὃ νῦν δὴ ἐλέγετο·[b] τοὺς μὲν γὰρ φρονίμους ἀγανακτεῖν ἀποθνήσκοντας πρέπει, τοὺς δ᾽ ἄφρονας χαίρειν. [§. 18.] Ἀκούσας οὖν ὁ Σωκράτης
I. 63. ἡσθῆναί τέ μοι ἔδοξε τῇ τοῦ Κέβητος πραγματείᾳ, καὶ

I.—[t] που 𝔄ΔG: πω *ς.—[u] τ᾽ Υ, om E.—[v] αὑτοῦ 𝔄.—[w] ἄμεινον οἴεται Eς.—[x] ἐπιμελήσεσθαι 𝔄ΔΠΦCGς: ἐπιμελεῖσθαι *ς.—[y] ἑαυτοῦ Δς.—[z] ὦ σώκρατες om pr Π.—[a] εἰκὸς εἶναι Γ.—[b] νῦν δὴ ἐλέγετο 𝔄ΓΞΥΦCEGHIς, νῦν διελέγετο L, νῦν ἐλέ-

§. 17. οἵπερ ἄριστοι—ἐπιστάται, θεοὶ] Quem h. l. aliquis desiderabat articulum ante θεοὶ, nemo tamen absque Codd. intrudere voluerit mox §. 18. ἡμᾶς ἀπολείπων καὶ ἄρχοντας ἀγαθοὺς, θεούς. Ac sæpe θεὸς, θεοὶ pro ὁ θεὸς, οἱ θεοὶ dici monuit primarius Græcæ dictionis magister Schæfer in Meletem. Crit. p. 4. Heind.

οὐ γάρ πω—ἐπιμελεῖσθαι] Rectius dant οὐ γάρ που—ἐπιμελήσεσθαι, Olympiodor. Vindob. A B C: in που etiam adsentiunt, D E F G. Wytt.

που] Sic pro πω Cod. Par. Tum Tub. et Aug. αὑτοῦ οἴεται ἄμεινον. Heind.

ἐπιμελεῖσθαι] Est futurum Atticum: quæ forma sæpe mutata est, vel ab grammaticis, vel a librariis, in communem, etiam in libris divinis. Sic ποιῶ apud Aristoph. Plut. 1198. ab schol. Cod. Leid. recte explicatum est ποιήσω· sed hæc ipsa futuri forma Matth. xxvi. 18. in Cod. Cant. Bez. pro altera ποιήσω in ipso ordine extat: ut καλέσεις in Guelf. et Bodl. pro καλεῖς apud Xen. Cyrop. ii. 3. 10. apud quem Cyrop. iii. 2. 14. in Junt. et Ald. fortassis rectius legitur πειρᾶσθαι ποιῆσαι, quam in aliis libris πειράσεσθαι ποιῆσαι· ut iv. 2. 4. male scriptum est in Cod. Guelf. ἐμπεδώσωσιν pro ἐμπεδῶσιν· et Matth. xvi. 26. in Codd. nonnullis ὠφεληθήσεται pro ὠφελεῖται extat. Conf. ad Euthyph. 11. et ad Apol. 27. Fisch.

ἐπιμελήσεσθαι] E Tub. et Olymp. recepi pro ἐπιμελεῖσθαι, in quo futurum Atticum agnoscit Fischer. Futurum ἐπιμελέσομαι contrahi posset in ἐπιμελοῦμαι; ἐπιμελήσομαι non item. De subito autem in his sermonis a multitudinis numero ad singularem transitu vid. not. ad Plat. Gorg. §. 75. et Protag. §. 28. Heind.

ἢ ᾧ ὅμοιον] Sc. *ὂν τοῦτο ἐπλησίαζεν.* Prætermitti hoc *ᾧ* a librario facile potuit, non item intrudi; itaque nolui unius Cod. Aug. auctoritate cum Fischero abjicere. Atque, omisso hoc, Plato sine dubio scripsisset *ἢ ἀνόμοιον ὂν ἢ ὅμοιον*, ut §. 51. *οὐκοῦν ἢ ὁμοίου ὄντος τούτοις ἢ ἀνομοίου*, vel, quod expressit h. l. Ficinus quum vertit *sive simile id sit sive dissimile*, *εἴτε ἀνόμοιον ὂν εἴτε ὅμοιον.* Velut ibid. *ἕως ἂν—ἄλλο ἐννοήσῃς εἴτε ἀνόμοιον εἴτε ὅμοιον.*—Pro *θάτερον* Tub. *τὰ ἕτερα.*—*ἐπιστάμενοί τε.* Vulgo *γε*, quod in Tub. omissum permutavi cum *γε*. Heind.

πάντες] Aristip. *παντός.* male. Nam latet jam in formula *διὰ βίου* notio vocabuli *παντός.* Hesychius: *Διὰ βίου· διὰ παντὸς, ἀεί.* Gloss. vett. *Διὰ βίου*, *perpetuo, sempiterne.* Sic *ἀρχιερεὺς διὰ βίου* est *Pontifex M. perpetuus* apud Murator. Inscrip. t. i. p. 137. et apud Gruter. Inscrip. p. 313. 10. *δι' ἡμέρης* est *per totum diem*, *δι' ὅλης τῆς ἡμέρας*, apud Herodot. i. 173. et *δι' ἐνιαυτοῦ* apud Antiphont. valet idem, quod *δι' ὅλου τοῦ ἐνιαυτοῦ.* v. Harpocr. et Suid. et Phavor. v. *δι' ἐνιαυτοῦ.* Et Plato ipse sic *διὰ βίου* dixit innumeris in locis: ut Phileb. 10. 23. 36. 39. Sympos. 16. Plene dixit Lucian. Parasit. t. 2. p. 260. Græv. *δι' ὅλου τοῦ βίου.* Accedit, quod Plato scribere debuisset, e linguæ legibus, *διὰ παντὸς τοῦ βίου·* ut certe alibi scripsit. vid. Apol. 2. Criton. 5. Phileb. 23. Sympos. 23. Sic apud Ælian. V. H. i. 32. est *δι' αἰῶνος·* sed Xen. Cyrop. ii. 1. 7. dixit *διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος.* Conf. Casaubonus ad Athen. vii. 1. p. 474. Fisch.

Forsterum corrigere tentantem *δ. β. παντὸς*, recte refellit Fischer. Wytt.

διὰ βίου πάντες] Nihili est allatum a Forstero ex Aristippi sui versione *παντός*; non quo per se offenderet hoc *διὰ βίου πάντες* pro *διὰ παντὸς τοῦ βίου*, positum et de Legg. ii. p. 664. A. *ταυτὸν—φθέγγοιτ' ἀεὶ διὰ βίου παντὸς*, quo uno exemplo tota concidit Fischeri ad h. l. animadversio; sed quod manifestam hæc inter se oppositionem habent, *ἤτοι—πάντες*, et *ἢ—οὓς φαμεν μανθάνειν—οὗτοι—.* Et cur h. l. adjecerit *πάντες*, statim post declaratur seqq. *ἦ καὶ δοκοῦσί σοι πάντες ἔχειν δοῦναι λόγον περὶ τούτων ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν*; Ficinus: *scimusque per omnem vitam omnes.* Heind.

οὐδὲν ἄλλ' ἢ] Intell. *ποιοῦσι·* quod verbum sic fere semper omitti solet: ut apud Xenoph. Cyrop. i. 4. 24. *μόνος ἐκεῖνος οὐδὲν ἄλλο ἢ τοὺς πεπτωκότας περιελαύνων ἐθεᾶτο.* Memor. ii. 3. 17. *Τί γὰρ ἄλλο ἢ κινδυνεύσεις*; Fisch. Prorsus sic Latini *nihil aliud quam.* Vid. Duker. ad Flor. iii. 23. 3.—*οὕτως, ὦ Σώκρ. ἔχει.* Sic Tub. Vulgo, *οὕτως ἔχ., ὦ Σώκρ.* Heind.

§. 56. *οὐκ ἔχω, ὦ Σώκρατες, ἐν τῷ παρόντι ἑλέσθαι*] Formulam a Platone sumsit scriptor dialogi, qui Æschinis nomine fertur, de Virtute, in principio: *Οὐκ ἔχω εἰπεῖν ἐν τῷ παρόντι, ὦ Σώκρατες.* Wytt.

τί δὲ ἔχεις ἑλέσθαι] Rectius Vind. A B F *τί δέ; τόδε ἔχεις ἑλέσθαι·* quacum lectione Aristippi versio congruit: et ita sequens *αὐτοῦ* habet, quo referatur. Wytt.

τί δὲ ἔχεις ἑλέσθαι] Aug. in quo desunt hæc *τί δὲ ἔχ. ἑλέσθαι*, deinde habet *καὶ τί σοι δοκ.* Ficinus: *Quid vero?*

δοκεῖ περὶ αὐτοῦ; ἀνὴρ ἐπιστάμενος περὶ ὧν ἐπίσταται ἔχοι ἂν δοῦναι λόγον ἢ οὔ; Πολλὴ ἀνάγκη, ἔφη, ὦ Σώκρατες. Ἦ καὶ δοκοῦσί σοι[q] πάντες ἔχειν διδόναι λόγον περὶ τούτων ὧν νῦν[r] δὴ ἐλέγομεν; Βουλοίμην μέντ' ἄν, ἔφη ὁ Σιμμίας· ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον φοβοῦμαι μὴ αὔριον τηνικάδε οὐκέτι ᾖ ἀνθρώπων οὐδεὶς ἀξίως οἷός τε τοῦτο ποιῆσαι. Οὐκ ἄρα δοκοῦσί σοι ἐπίστασθαί γε, ἔφη, ὦ Σιμμία,[s] πάντες αὐτά; Οὐδαμῶς. Ἀναμιμνήσκονται ἄρα ἅ ποτε[t] ἔμαθον; Ἀνάγκη. Πότε λαβοῦσαι αἱ ψυχαὶ ἡμῶν τὴν[u] ἐπιστήμην αὐτῶν;[v] οὐ γὰρ δὴ ἀφ' οὗ[w] γε[x] ἄνθρωποι γεγόναμεν. Οὐ δῆτα. Πρότερον[y] ἄρα. Ναί. Ἦσαν ἄρα, ὦ Σιμμία, αἱ ψυχαὶ καὶ πρότερον, πρὶν[z] εἶναι ἐν[a] ἀνθρώπου εἴδει,[b] χωρὶς[c] σωμάτων,[d] καὶ φρόνησιν εἶχον. [§. 57.] Εἰ μὴ ἄρα ἅμα[e] γιγνόμενοι λαμβάνομεν, ὦ Σώκρατες, ταύτας τὰς ἐπιστήμας· οὗτος γὰρ λείπεται ἔτι ὁ[f] χρόνος.

ΔΦs et rc Π.—[q] σοι om ΛΙ.—[r] νῦν om Ι.—[s] ὁ σιμμίας Δ.—[t] ἅ ποτε ꝚΔΠΦs et corr G: ποτε ἃ *s.—[u] τὴν om ΛΕΙ.—[v] αὐτῶν add ꝚΔΠΦGs.—[w] ὅτε Δ.—[x] γε om G, post δὴ ponit Δ.—[y] πότερον L et pr Γ.—[z] πρὶν ἂν ΔΦs.—[a] ἐν om Δ.—[b] εἰ δ' εἶεν pr Δ.—[c] ἄνευ Δ.—[d] σώματος Λ.—[e] ἅμα add ΔΦCs et pr Π.—[f] ὁ om ΔGs.—

potesne eligere, quid de hoc videatur tibi? quasi legerit τί δέ: ἔχεις ἑλέσθαι, τί σοι δοκεῖ περὶ τούτου; Sed inauditum hoc est genus loquendi. Integra hæc ego existimarem, si pro αὐτοῦ legeremus τούτου vel τοῦδε (nam αὐτὸ pro τοῦτο non alias ponitur, nisi ubi subsequitur pronom. ὅ); nunc Platonis manum fuisse suspicor: Τί δέ; τόδε ἔχεις ἑλέσθαι καὶ πῇ σοι δοκεῖ περὶ αὐτοῦ; Idque reddidisse videtur Aristippus, e cujus versione lectionem hanc attulit Forsterus τί δέ; τοῦτο ἔχεις ἑλ. a Fischero in textum receptam. τόδε hoc apparet quam facile exciderit.—Tum Cod. Aug. ἔχει pro ἔχοι. An ἔχειν, quod pendeat a δοκεῖ? Heind.

ἢ καὶ δοκ.] Vind. A C D E F G, ἦ καὶ δοκ. Rectius: et hanc rationem constanter fere sequuntur. Wytt.

αὔριον τηνικάδε] *Cras hac hora.* Versio Sicula, *cras tunc temporis.* Cornarius, *cras hic*, minus recte. Videatur Thom. M. in Πηνίκα. Wytt.

πάντες αὐτὰ] Suspicor addendam voculam τὰ ante αὐτά: quæ voculæ adjectio aliam sententiam, et quidem aptiorem (meo judicio) affert: ut dicat Simmiæ Socrates, ‘Non igitur tibi eadem omnes scire videntur.’ Nam et sine interrogatione legendum esse puto hunc locum. Steph.

Posteriori Stephani emendationi lubens concesserim: minime vero priori. Ad ea enim quæ supra in hac ipsa pagina, ἤτοι ἐπιστάμενοί γε αὐτὰ γεγέναμεν etc. dixerat, respicit; et per αὐτὰ utrobique intelligit hæc de quibus locutus erat, nempe αὐτὸ τὸ ἴσον, τὸ μεῖζον, et similia. Forst.

πάντες αὐτὰ] Perperam Steph. volebat π. τὰ αὐτά· confutatus ideo a Forstero et Fischero; refertur enim ad antecedens περὶ τούτων. Wytt.

οὐκ ἄρα—πάντες αὐτὰ] Sc. περὶ ὧν νῦν δὴ ἐλέγομεν, αὐτὸ τὸ ἴσον, αὐτὸ τὸ καλὸν etc. Stephani commentum τὰ αὐτὰ conjectantis peperit egregii viri in recognoscendo Platonis textu festinatio. Heind.

ἅ ποτε ἔμαθον] Sic recte Tub. Vulgo ποτὲ ἃ ἔμαθον, in quo ποτὲ necessario pertinet ad ἀναμιμνήσκονται. Ex eod. libro post ἐπιστήμην inserui αὐτῶν. Heind.

§. 57. ἄρα ἅμα] Præbuit nobis hoc ἅμα lib. Par.—ἐν ποίῳ ἄλλῳ χρ. sc. ἢ ἐν τῷ τοῦ γίγνεσθαι. Ab Aug. abest ἄλλῳ. Heind.

11. iii. 43. Εἶεν, ὦ ἑταῖρε· ἀπόλλυμεν δὲ αὐτὰς ἐν ποίῳ ἄλλῳ χρόνῳ; οὐ γὰρ δὴ ἔχοντές γε αὐτὰς[g] γιγνόμεθα, ὡς ἄρτι ὡμολογήσαμεν. ἢ ἐν τούτῳ[h] ἀπόλλυμεν ἐν[i] ᾧ περ καὶ λαμβάνομεν;[j] ἢ ἔχεις ἄλλον τινὰ εἰπεῖν χρόνον; Οὐδαμῶς, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' ἔλαθον ἐμαυτὸν οὐδὲν εἰπών. Ἆρ' οὖν οὕτως, ἔφη, ἔχει ἡμῖν,[k] ὦ Σιμμία; εἰ μὲν ἔστιν ἃ θρυλοῦμεν[l] ἀεί, καλόν τε καὶ[m] ἀγαθὸν καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη[n] οὐσία, καὶ ἐπὶ ταύτην τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων πάντα[o] ἀναφέρομεν,

ἂν ω
g αυτὰ I.—h τόπῳ H.—i ἐν ante ᾧ add 𝔄ΔΠΦs.—j καὶ λαμβάνομεν 𝔄.—k ἔφη ἔχει ἡμῖν ΓΦ, ἔφη ἡμῖν ἔχει ΓΔs: ἔχει ἔφη ἡμῖν *s.—l θρυλοῦμεν 𝔄ΔΠCH: θρυλλοῦμεν s.—m τε καὶ Π et pr 𝔄: τέ τι καὶ *s.—n ταύτη L.—o αὐτῶν πάντα 𝔄.—

ἀπόλλυμεν δὲ αὐτὰς ἐν ποίῳ ἄλλῳ χρόνῳ—χρόνον] Argumenti nexus ita habet: *Non possumus istas notiones accipere nascentes; quia nascentes eas perdimus: nec potes alud tempus excogitare, quo eas perdamus.* Huc pertinent Olympiod. Excerp. Cod. i. p. 62. Ὅτι ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει ἡ σφοδροτάτη μεταβολή ἐστιν· αὕτη δὲ ἐκπλήσσει τὴν μνήμην καὶ ταράττουσα λήθην ποιεῖ· τότε ἄρα οὐκ ἂν ἐλάβομεν ἐπιστήμην· πρότερον ἄρα τοῦ σώματος· ἤτοι δὲ προσεχῶς, ὡς ἐπὶ τῶν νεοτελῶν ἢ τῶν ἐκ φιλοσοφίας, ἢ καὶ ἐκ προγενεστέρων ἔτι βίων—. quibus in verbis ἢ post νεοτελῶν, ut ex antecedente ν ortam, deleatur. Conferri potest alia ejusdem annotatio p. 178. Wytt.

οὐ γὰρ δὴ ἔχοντές γε αὐτ.] Quoniam οὐ πάντες αὐτὰ ἐπίστανται §. 56. Heind.

ᾧπερ καὶ λαμβάνομεν] Tub. ἐν ᾧπερ. Vulgatum præfero. Xenoph. Sympos. 4. 1. ἐγὼ γὰρ ἐν τῷ χρόνῳ ᾧ ὑμῶν ἀκούω ἀπορούντων, τί τὸ δίκαιον, ἐν τούτῳ δικαιοτέρους τοὺς ἀνθρώπους ποιῶ. Hellen. i. 6. 11. ὑπισχνοῦμαι δὲ ὑμῖν ἀντὶ τῶν ξυμβάντων ἡμῖν ἀγαθῶν ἐν τῷ χρόνῳ ᾧ ἂν ἐκεῖνα προσδεχώμεθα, χάριν ἀξίαν ἀποδώσειν. Notatis hac de re ad Plat. Gorg. §. 153. exemplis adde de Rep. iii. p. 402. A. de Legg. ii. p. 659. A. Ion. p. 531. C. Xenoph. Hieron. i. 11. Mem. iii. 7. 3. de Rep. Laced. 12. 2. ubi nugatur Zeun. Soph. Œd. C. 749. Lysias in Andoc. p. 255. in Poliuch. p. 611. Cic. de Nat. Deor. i. 12. extr. Pro Rosc. Amer. c. 44. init. ad Q. Fr. i. 4. Heind.

ἢ ἔχεις] Sic Vind. A B D E F G. et Bas. 2. Stephanus cum Ald. frequenti errore, ἦ. Wytt.

ἔλαθον—οὐδὲν εἰπὼν] Ut in illo λάθε βιώσας, ita ubique aoristo λαθεῖν non præsentis, sed aoristi participium adjungitur. Protag. §. 31. ἔλαθεν αὑτὸν καταναλώσας τὰς δυνάμεις. Demosth. Leptin. §. 104. ἵνα μὴ λάθητε ἐξαπατηθέντες. Aristoph. Thesm. 667. ἢν γὰρ μὴ λάθῃ δράσας ἀνόσια. Pac. 647. ἡ δ' Ἑλλὰς ἂν Ἐξερημωθεῖσ' ἂν ὑμᾶς ἔλαθε. Xenoph. Anab. iii. 1. 17. βουλοίμην δ' ἂν—λαθεῖν αὐτὸν ἀπελθών. Atque par est ratio in verbo φθάνειν. Heind.

καλόν τε καὶ ἀγαθὸν] Ita Tub. Aug. Vulgo καλόν τέ τι κ. ἀ. Sed non quæritur h. l. sitne omnino pulchrum aliquid s. pulchra quædam res, sed an sit καλὸν καὶ ἀγαθὸν i. e. αὐτὸ τὸ καλὸν, ut mox §. seq. τὸ πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι ὡς οἷόν τε μάλιστα, καλόν τε καὶ ἀγαθόν. Art. τὸ ante καλὸν καὶ ἀγαθὸν omissus h. l. perinde atque Hipp. Maj. §. 31. τὸ τοιόνδε σκόπει εἴ σοι δοκεῖ καλὸν (*pulchritudo*) εἶναι, ubi vid. adscripta. Heind.

πᾶσα ἡ τοιαύτη οὐσία] I. e. αὐτὸ ἕκαστον, ὃ ἔστι τὸ ὄν. Intelligit ideam, quam et ita definit Parmenide p. 141. Sic variat §. 25. ubi de eadem re sermo: αὐτὴ ἡ οὐσία, ἧς λόγον δίδομεν τοῦ εἶναι. §. 20. περὶ καλοῦ—ὁσίου, καὶ περὶ ἁπάντων, οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο ὃ ἐστι. Paullo post hæ notiones, de bono, pulchro, etc. quas Plato vere exsistere volebat, (§. 50.) οὐσία vocantur. Εἶναι τήν τε ψυχὴν—καὶ τὴν οὐσίαν, ἣν σὺ νῦν λέγεις. cf. §. 49. Sic οὐσία in Theæt. 12. Fisch. τὸ ἀόρατον οὐκ ἀποδεχόμενοι, ὡς ἐν οὐσίας μέρει. In Parmen. p. 152. καὶ μὴ οὐσία ἄρα, εἴπερ μὴ ἔστι. cf. Theæt. §. 39. Alcib. á. p. 225. Gottl.

ἐπὶ ταύτην τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσ.] H. e. *et ad harum essentiarum notiones ea, quæ sensibus percipiuntur, omnia referimus.* Scilicet in formulis ex articulo et

ὑπάρχουσαν[p] πρότερον ἀνευρίσκοντες[q] ἡμετέραν οὖσαν,[r] καὶ
ταῦτα ἐκείνῃ ἀπεικάζομεν, ἀναγκαῖον, οὕτως[s] ὥς περ καὶ
ταῦτα ἔστιν, οὕτω καὶ[t] τὴν ἡμετέραν ψυχὴν εἶναι καὶ πρὶν
γεγονέναι ἡμᾶς· εἰ δὲ μὴ ἔστι[u] ταῦτα, ἄλλως ἂν ὁ λόγος
οὗτος εἰρημένος εἴη; ἆρ'[v] οὕτως ἔχει,[w] καὶ ἴση ἀνάγκη §. 24. W.
ταῦτά τε[x] εἶναι καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς πρὶν καὶ ἡμᾶς
γεγονέναι, καὶ εἰ μὴ ταῦτα, οὐδὲ τάδε; [§. 58.] Ὑπερ-
φυῶς, ἔφη, ὦ Σώκρατες,[y] ὁ Σιμμίας, δοκεῖ μοι ἡ αὐτὴ
ἀνάγκη εἶναι, καὶ εἰς καλόν γε καταφεύγει ὁ λόγος, εἰς
τὸ ὁμοίως εἶναι τήν τε ψυχὴν ἡμῶν πρὶν[z] γενέσθαι ἡμᾶς, I. 77.
καὶ τὴν οὐσίαν ἣν σὺ νῦν[a] λέγεις. οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε οὐδὲν
οὕτω μοι ἐναργὲς ὂν ὡς τοῦτο, τὸ πάντα[b] τὰ τοιαῦτα εἶναι[c]
ὡς οἷόν τε μάλιστα, καλόν τε καὶ ἀγαθὸν καὶ τἆλλα II. iii. 44.
πάντα ἃ σὺ νῦν δὴ[d] ἔλεγες· καὶ ἔμοιγε[e] ἱκανῶς ἀποδέ-
δεικται.[f]

Τί δὲ δὴ[g] Κέβητι;[h] ἔφη ὁ Σωκράτης· δεῖ γὰρ καὶ

[p] οὖσαν Γ.—[q] ἀνευρίσκομεν G.—[r] ὑπάρχουσαν Γ.—[s] οὕτως om Δ.—[t] καὶ om Φ.—[u] ἔσται Π.—[v] ἆρ' οὖν ΔC.—[w] ἔχει om *s*.—[x] τε om *s*, τε...ταῦτα om H.—[y] ἔφη ὦ σώκρατες ΔΦGs: ὦ[ἁ] Σώκρατες ἔφη *ς.—[z] πρὶν om Δ.—[a] νῦν om pr ΓΞΦ, post λέγεις ponit Δ.—[b] πάντα 𝔄, ἅπαντα ΔΦGs.—[c] εἶναι om I.—[d] δὴ νῦν L.—[e] καί μοιγε ἱκανῶς ΔΦ, καὶ μοὶ ἐδόκει ἱκανῶς 𝔄Π et corr G.—[f] ἀποδεδεῖχθαι γρ Π.—[g] δὴ om

nominibus, quibus præpositio aliqua præmissa est, compositis ea ponitur præpositio, quam poni jubet ingenium et natura verborum, quæ formulis illis addita sunt, ut Apolog. p. 32. B. *τοὺς οὐκ ἀνελομένους τοὺς ἐκ τῆς ναυμαχίας.* Phædon. 58. (§. 134.) *οἱ ἐκ τῆς θαλάττης ἰχθύες ἀνακύπτοντες.* Xenoph. Cyrop. ii. 1. 2. *τοὺς δὲ ἀπὸ Φρυγίας—συμβαλεῖν φασι Γαβαῖον.* vii. 2. 2. *ἁρπασόμενοι τὰ ἐκ τῶν οἰκιῶν.* vii. 5. 9. *φεύγειν ταχὺ τοὺς ἀπὸ τῶν οἰκιῶν.* Aristoph. Plut. 858. *ἀπολωλεκὼς ἅπαντα τὰκ τῆς οἰκίας.* Conf. Dorvill. ad Chariton. p. 703. et ad c. 57. 19. Fisch. Constans et perpetua est hæc ratio in præpositionibus motum alicunde significationibus, *ἀπὸ*, *ἐκ*, *παρά*; nec tamen aliena ab aliis. Plat. Tim. init. *Οὐκοῦν σὸν τῶνδέ τε ἔργον καὶ τὸ ὑπὲρ τοῦ ἀπόντος ἀναπληροῦν μέρος.* Eodemque pertinere videtur loquendi illud genus *τὰ περί τινος πυθέσθαι*, de quo dixi supra ad §. 2.—*ἡμετέραν οὖσαν.* Bas. 2. *οὐσίαν*, quod inventus est qui verissimum judicaret. Heind.

οὕτως ὥσπερ—οὕτω] An *ὡσαύτως ὥσπερ—οὕτω*? Sed nihil dubito, quin sincera sint hæc atque ita bis positum *οὕτω* aliis quoque locis extet.—*ἄλλως*, *frustra*. Heind.

καὶ ταῦτά ἐστιν] Quandoquidem *ταῦτα* et proxime antecessit, et supra positum est demonstrative pro rebus *singularibus, individuis*, §. 21. hoc loco malim *αὕτη* pro *ταῦτα*: et sic sane orationis diligentia postulat: *οὕτως ὥσπερ καὶ αὕτη ἐστὶν, οὕτω καὶ τὴν ἡμετέραν ψυχὴν εἶναι καὶ πρὶν γεγονέναι ἡμᾶς· εἰ δὲ μή ἐστιν αὕτη, ἄλλως ἂν ὁ λόγος οὗτος εἰρημένος εἴη· ἆρ' οὕτως ἔχει, καὶ ἴση ἀνάγκη ταύτην τε εἶναι, καὶ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, πρὶν καὶ γεγονέναι· καὶ εἰ δὲ μὴ ταύτην, οὐδὲ τάσδε.* Huc refert Simmias, quæ dicit §. 44. Wytt.

§. 58. *εἰς καλόν γε*] *Opportune, recte*, ut dicitur *εἰς καλὸν εἶπας.* In his *ἣν σὺ νῦν λέγ.* vocula *νῦν* caret Aug. Neque rectius deinde sine art. Tub. *πάντα τοιαῦτα—καὶ ἔμοιγε ἱκ. ἀποδέδ.* Tub. *ἐμοὶ δοκεῖ ἱκ.* Quod fluxit ex ea, quam habet unus de Codd. Pariss. lectione *καὶ ἔμοιγε δοκεῖ ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαι.* Heind.

Κέβητα πείθειν. Ἱκανῶς, ἔφη ὁ Σιμμίας, ὥς ἔγωγε[i] οἶμαι· καί τοι[j] καρτερώτατος ἀνθρώπων ἐστὶ πρὸς τὸ ἀπιστεῖν τοῖς λόγοις. ἀλλ' οἶμαι οὐκ ἐνδεῶς τοῦτο πεπεῖσθαι αὐτόν, ὅτι πρὶν γενέσθαι ἡμᾶς[k] ἦν ἡμῶν ἡ ψυχή· εἰ μέντοι καὶ ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν ἔτι ἔσται, οὐδ' αὐτῷ[l] μοι δοκεῖ,[m] ἔφη,[n] ὦ Σώκρατες, ἀποδεδεῖχθαι,[o] ἀλλ' ἔτι ἐνέστηκεν, ὃ νῦν[p] δὴ Κέβης ἔλεγε, τὸ τῶν πολλῶν, ὅπως μὴ ἅμα[q] ἀποθνήσκοντος τοῦ ἀνθρώπου διασκεδάννυται[r] ἡ ψυχὴ καὶ αὐτῇ τοῦ εἶναι τοῦτο τέλος[s] ᾖ. [§. 59.] Τί γὰρ κωλύει γίγνεσθαι μὲν αὐτὴν καὶ ξυνίστασθαι ἁμόθεν[t] ποθὲν καὶ[u] εἶναι πρὶν καὶ εἰς ἀνθρώπειον[v] σῶμα ἀφικέσθαι, ἐπειδὰν δὲ ἀφίκηται καὶ ἀπαλλάττηται τούτου, τότε καὶ αὐτὴν τελευτᾶν καὶ διαφθείρεσθαι; Εὖ λέγεις, ἔφη, ὦ Σιμμία, ὁ Κέβης. φαίνεται γὰρ ὥς περ ἥμισυ ἀποδεδεῖχθαι οὗ δεῖ, ὅτι πρὶν γενέσθαι ἡμᾶς ἦν ἡμῶν ἡ ψυχή· δεῖ[w] δὲ προσαποδεῖξαι ὅτι[x] καὶ[y] ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, οὐδὲν ἧττον ἔσται[z]

G.—[h] κέβης τί H.—[i] ἐγὼ G.—[j] καίτοιγε Γ.—[k] ἡμᾶς om ΥΗ.—[l] αὐτό I.—[m] δοκεῖ om ΔΦLs.—[n] ἔφη om ΔΦs, ante ὦ ponunt 𝔄Π, post Σώκρατες *ς.—[o] ἀποδέδεικται Δ.—[p] νῦν om I, post δὴ ponit s.—[q] ἅμα om ΠG et pr 𝔄Ξ.—[r] διασκεδάννύται (η supra) 𝔄.—[s] τοῦτο τὸ τέλος pr Γ.—[t] libri ἄλλοθεν.—[u] καὶ om pr Γ.—[v] ἀνθρώπινον (ειον supra) Ξ, ἀνθρώπεινον L.—[w] δεῖ 𝔄ΔΠΦGs: δεῖν *ς.—[x] ὅτι 𝔄: ἔτι *ς.—[y] καὶ Π, καὶ ὡς G: εἰ καὶ

ἔτι ἐνέστηκεν] *Adhuc obstat.* Demosth. adv. Callicl. p. 1274. εἰσπίπτον (τὸ ὕδωρ) ἐνίοτε εἰς τὴν ὁδὸν, ᾗ μὲν ἂν εὐοδῇ, φέρεται κάτω κατὰ τὴν ὁδόν· ᾗ δ' ἂν ἐνστῇ τι, τηνικαῦτα τοῦτ' εἰς τὰ χωρία ὑπεραίρειν ἀναγκαῖον ἤδη. HEIND.

ὅπως μὴ—διασκεδάννυται ἡ ψυχὴ] Requiritur διασκεδαννύηται, propter sequens ᾖ: nam absque eo esset, ut vulgatum ferri posset: ὅπως tali sensu cum indicativo jungitur a Platone Leg. xii. p. 593. B. ὅπως ὅτι δικαιότατος ὢν καὶ ὁσιώτατος ἔζῃ τε ζῶν, καὶ τελευτήσας ἀτιμώρητος ἂν κακῶν ἁμαρτημάτων ἐγίγνετο. Et cum ὅπως μὴ Aristophanes Ach. 342. præsens indicativi jungit, Ἀλλ' ὅπως μὴ 'ν τοῖς τρίβωσιν ἐγκάθηνταί που λίθοι· quæ tamen compositio Hoogeveenio de Particul. p. 855. suspecta est: temere, puto. Dio Chrys. Or. xiv. p. 234. D. ὅπως ἐπίσημά ἐστι. Reiskius tamen edidit ἔσται. Hoc sane frequentius est: v. c. in Plutarchi Moral. p. 825. A. 987. A. WYTT.

ὅπως μὴ—διασκεδάννυται] Notanda hæc subjunctivi forma pro διασκεδαννύηται; notabilior etiam, quæ mox §. 60. occurret, διασκεδάννυσι pro διασκεδαννύῃ, mire quam illa a legitima ratione abhorrens. Atque ejusdem generis est, quod legitur §. 77. διάκειμαι in verbis φοβεῖσθε, μὴ δυσκολώτερόν τι νῦν διάκειμαι. et quod §. 95. vere forsan pro συγκέηται Bas. 2. habet, συγκεῖται, itemque ἀποκτίννυμεν Gorg. §. 53. si recte ibi eadem Bas. 2. Οὐκοῦν καὶ ἀποκτίννυμεν, ὅταν ἀποκτίννυμεν. Nam vulgo εἴ τινα ἀποκτ. HEIND.

§. 59. δεῖν δὲ] Tub. δεῖ. Cum reliquis tamen libris Ficinus: *oportere.* Porro idem lib. ὅτι pro ἔτι εἰ, unde conjicio προσαποδ. ἔτι, ὅτι καὶ ἐπ. Nam εἰ post ἀποδεικνύναι pro ὅτι positum alias reperire me non memini.—Tum idem Cod. ἔχειν pro ἕξειν. HEIND.

ἔτι, εἰ] Ne quem offendat εἰ, quum præcesserit ὅτι, et item εἰ in ὅτι mutandum putet; differunt enim aliquantum;

ἢ πρὶν γενέσθαι, εἰ μέλλει[a] τέλος ἡ ἀπόδειξις ἕξειν.[b] Ἀπο- §. 25. W.
δέδεικται μέν, ἔφη,[c] ὦ Σιμμία τε καὶ[d] Κέβης, ὁ Σωκράτης, II. iii. 45.
καὶ νῦν, εἰ θέλετε συνθεῖναι τοῦτόν[e] τε[f] τὸν λόγον εἰς ταὐτὸν καὶ ὃν πρὸ τούτου ὡμολογήσαμεν, τὸ γίγνεσθαι πᾶν τὸ ζῶν ἐκ τοῦ τεθνεῶτος. εἰ γάρ ἔστι μὲν[g] ἡ ψυχὴ καὶ πρότερον, ἀνάγκη δ' αὐτῇ εἰς τὸ ζῆν ἰούσῃ τε καὶ γιγνομένῃ μηδαμόθεν ἄλλοθεν[h] ἢ ἐκ[i] θανάτου καὶ[j] τοῦ[k] τεθνάναι γίγνεσθαι, πῶς οὐκ ἀνάγκη αὐτῇ[l] καὶ[m] ἐπειδὰν ἀποθάνῃ εἶναι, ἐπειδή γε[n] δεῖ[o] αὖθις αὐτὴν[p] γίγνεσθαι; [§. 60.] ἀποδέδεικται μὲν οὖν, ὅ περ λέγετε,[q] καὶ νῦν· ὅμως δέ μοι δοκεῖς σύ τε καὶ Σιμμίας ἡδέως ἂν καὶ τοῦτον[r] διαπραγματεύσασθαι[s] τὸν λόγον ἔτι μᾶλλον, καὶ δεδιέναι τὸ τῶν παίδων, μὴ ὡς ἀληθῶς ὁ ἄνεμος[t] αὐτὴν ἐκβαίνουσαν ἐκ τοῦ σώματος[u] διαφυσᾷ[v] καὶ διασκεδάννυσιν, ἄλλως[w] τε καὶ ὅταν τύχῃ τις μὴ ἐν νηνεμίᾳ ἀλλ' ἐν μεγάλῳ τινὶ πνεύ-

*ς.—[z] ἧττόν γε ἔσται Δ.—[a] μέλλοι Ξ.—[b] ἔχειν ℵΔΠΦGs.—[c] ἔφη om L, post κέβης ponit s.—[d] καὶ ante νῦν om Δ.—[e] συνθεῖναι εἰς τοῦτον Δ.—[f] τε om Φ.—[g] μὲν add ℵΠ.—[h] ἄλλοθεν om Φs.—[i] ἐκ τοῦ Φs.—[j] θανάτου καὶ ℵΔΠΦGs: θανάτου τε καὶ *ς.—[k] καὶ τοῦ Φ: καὶ ἐκ τοῦ *ς.—[l] αὐτῇ ΔΦGs: αὐτὴν *ς.—[m] καὶ om Δ.—[n] ἐπειδή γε δεῖ ℵΔΠΦGs, ἐπειδὴ δὲ δεῖ I: ἐπειδὴ δεῖ *ς, sed in Λ erasum quippiam post ἐπειδή.—[o] δεῖ om Δ.—[p] αὐτὴν αὖθις ΔΦGs.—[q] λέγετε E: λέγεται *ς.—[r] καὶ
a
διὰ τοῦτον E.—[s] διαπραγματεύσεσθαι H.—[t] ἄνομος L.—[u] στόματος Φs.—[v] διαφυσᾷ

siquidem ὅτι certum quid significat, εἰ autem dubium: *videtur enim quasi dimidium demonstratum esse propositæ quæstionis, illud scilicet, animam nostram fuisse antequam nasceremur: oportere autem præterea demonstrare an, etiam quum mortui fuerimus, nihilominus futura sit anima, quam anteaquam nascere-mur*—. Quam differentiam harum particularum diligenter distinxit Hoogeveen. de Particular. p. 329. Alia etiam exempla videantur in Plutarch. Moral. p. 1063. B. 1089. A. Vitar. p. 377. B. 380. C. 390. F. 459. C. 48. A. 587. A. Wytt.

καὶ νῦν εἰ θέλετε] Separanda sunt καὶ νῦν, εἰ θέλετε—. Nam καὶ νῦν refertur ad ἀποδέδεικται, ut ex responsione apparet. Wytt.

ἔστι μὲν ἡ] Particula μὲν sermonem auxi e Tub. Indidemque deinde rescripsi ἐκ θανάτου καὶ τοῦ τεθνάναι. Vulgo ἐκ θανάτου τε καὶ ἐκ τοῦ τεθ. In proximis malim πῶς οὐκ ἀνάγκη αὐτῇ. Heind.

τεθνάναι] *Status hominis mortui*: at θάνατος, *transitus ex vita in illum statum*: distinguuntur: de qua proprietate diximus ad §. 9. Wytt.

ἐπειδή γε δεῖ] Sic Tub. quum γε absit ab Edd. Heind.

§. 60. διαπραγματεύσασθαι τὸν λόγον] *Pertractare quæstionem.* §. 102. ὅλως γὰρ δεῖ περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τὴν αἰτίαν διαπραγματεύσασθαι.—τὸ τῶν παίδων, *id quod pueri dixerint*, ut τὸ τοῦ λόγου, τὸ τοῦ Ὁμήρου. Heind.

ὁ ἄνεμος αὐτὴν—διαφυσᾷ] Comparationis repetitio suaviter variatur. v. §. 34. et 16. ubi vid. nostra annotatio. Wytt.

ἄλλως τε καὶ ὅταν] Aug. μάλιστα καὶ ὅταν. Quod natum e glossemate (Hesych. Ἄλλως τε· μάλιστα) recte judicat Fischerus. Heind.

μὴ ἐν νηνεμίᾳ] Hoc est, *non tum, quum fuit ventorum pax, sed tum, quum venti vehementer sævierunt.* Suidas ex Alex. Aphrodis. v. Ταὐτόν·—Νηνεμία, καὶ γαλήνη, ἡ αὐτή· ὁ γὰρ γαλήνη ἐν θα-

ματι ἀποθνήσκων. Καὶ ὁ Κέβης ἐπιγελάσας Ὡς δεδιότων, ἔφη, ὦ Σώκρατες, πειρῶ ἀναπείθειν· μᾶλλον δὲ μὴ ὡς[x] ἡμῶν δεδιότων, ἀλλ' ἴσως ἔνι τις καὶ ἐν ἡμῖν παῖς ὅς τις[y] τὰ τοιαῦτα φοβεῖται. τοῦτον οὖν πειρώμεθα πείθειν[z] μὴ δεδιέναι τὸν θάνατον ὥς περ τὰ μορμολύκεια.[a] Ἀλλὰ χρή, ἔφη[b] ὁ Σωκράτης, ἐπᾴδειν αὐτῷ ἑκάστης ἡμέρας, ἕως

τε G, διαφυσσᾷ ΓΞ.—[w] μάλιστα γρ Π.—[x] οὐχ G.—[y] ὃs G.—[z] πειρῶ μεταπείθειν Δ.—[a] μορμολυκια (ει) Ξ, μορμολύκια ΛΥΕΙ et pr Γ.—[b] ἔφην Δ.—[c] ἐξεπάσητε pr Υ, ἐξε-

λάσσῃ, τοῦτο νηνεμία ἐν ἀέρι. Hesychius: Νηνεμία· γαλήνη ἀνέμων· *Windstille.* v. Casaubon. ad Strabon. i. p. 92. Almelou. Sic c. 64. ἐν τῇ ταφῇ est *tum, quum sepelior, tempore sepulturæ.* Fisch.

ἀναπείθειν] Vind. A B F μεταπείθειν· quæ est interpretatio exquisitioris formæ; siquidem ἀνὰ item ut μετὰ verbis notionem mutandi addit. Hoc autem ἀναπείθειν, *aliam cui sententiam persuadere,* docte illustravit Abresch. Dilucid. Thucyd. Auctario, p. 258. Wytt.

ἔνι τις καὶ ἐν ἡμῖν παῖς ὅστις τὰ τοιαῦτα φοβεῖται] Primum quidem et ita subito legenti videatur aliquis ex præsentibus, in primis Apollodorus, significari: at nexum et rationem disputationis attendenti mox planum fit, ad interiorem cujusque animum, ejusque partem puerilem et irrationalem hæc referri. Et sic veteres hunc locum, et τὸν ἐν ἡμῖν παῖδα, *puerum intus in animo nostro abditum,* interpretati sunt. Veluti Porphyr. de Abstin. i. 41. p. 69. πανταχοῦ γὰρ τοῦ ἐν ἡμῖν παιδὸς ἦν ταῦτα τὰ πάθη. Themist. Or. i. p. 13. D. ἔστι γάρ τις ἐν ἡμῖν, οὐ παῖς, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ἀλλ' οἷόν τις εὐγενὴς νεανίας, φιλόνεικός γε ὑπεροχῆς ἐραστής. Simplic. in Epictet. c. x. p. 70. Παιδεία μὲν γάρ ἐστι κυρίως τοῦ ἐν ἡμῖν παιδὸς ὑπὸ τοῦ ἐν ἡμῖν παιδαγωγοῦ ἐπανόρθωσις· καὶ παῖς μὲν ἡ ἐν ἡμῖν ἀλογία, τὸ μὲν ὠφέλιμον μὴ ὁρῶσα, πρὸς δὲ τὸ ἡδὺ τεταμένη μόνον, ὥσπερ οἱ παῖδες· παιδαγωγὸς δὲ, ὁ λόγος ῥυθμίζων καὶ μετρῶν τὰς ἀλόγους ἐν ἡμῖν ὀρέξεις, καὶ πρὸς τὸ ὠφέλιμον ἀπευθύνων αὐτάς. Hierocles de Provid. p. 72. παῖδα γὰρ εἶναι τὴν αἴσθησιν, καὶ τὸ ἐν αἰσθήσει καλὸν, ὡς πρεσβύτην καὶ παιδαγωγὸν τῆς αἰσθήσεως τὸν νοῦν. Æneas Gaz. in Theophrasto, p. 30. Οὐκ ἄρα τῷ (vulgo τὰ) ἐν ἡμῖν παιδὶ τὴν ἀρχὴν ἐπιτρεπτέον· ἢ μὴ θαυμάζειν εἰ πάντα ἄνω καὶ κάτω γένοιτ' ἂν τὰ ἡμέτερα —. Zacharias Mitylen. Dial. p. 234. κάτω που ὑπὸ τοῦ τῆς κάκης ἵππου καὶ τῶν ἐν ἡμῖν παιδίων φερομένας—εἰς τὸ τῆς τίσεως ἱερὸν δεσμωτήριον ἰέναι· qui totus locus ex Platonicis centonibus conflatus est. In simili argumento eadem comparatione usus est Plato in Theæt. p. 125. D. ἐνενόησάς που ἄρτι λέγοντος τοῦ Πρωταγόρου καὶ ὀνειδίζοντος ἡμῖν, ὅτι πρὸς παιδίον τοὺς λόγους ποιούμενοι, τῷ τοῦ παιδὸς φόβῳ ἀγωνιζόμεθα εἰς τὰ ἑαυτοῦ—. Wytt. qui sic in Addend. 'Ms. Commentarius in Aristotelis Categorias, nuper a nobis repertus in Bibliotheca Lugd. Bat. item hoc Platonis effatum significat, p. 12. ἀπαίδευτος οὐχ ὁ μηδὲν εἰδὼς, ἀλλ' ὁ τὸν ἐν αὐτῷ παῖδα μὴ καταστείλας. ἔστι γὰρ παῖς ἐν ἡμῖν καὶ γέρουσιν οὖσιν· τουτέστιν ἡ ἄλογος ψυχὴ, ἣν δεῖται (f. δεῖ) παιδεύειν· ὅθεν καὶ παιδεία εἴρηται ἡ ἀναγωγή· ὡς τοῦ ἐν ἡμῖν παιδὸς οὖσα καταστολή.'

πειρώμεθα πείθειν] Legerim πειρῶ μεταπείθειν. Heind.

τὰ μορμολύκεια] μορμολύκεια sunt *personæ deformes: formidines, terriculæ,* puerorum: de quibus separatim scripsit Gesnerus ante hos sex et triginta annos. Ab Antonino Philos. xi. 23. dicuntur παίδων δείματα· ab Æschine Socr. iii. 8. νηπίων φόβητρα· qui idem c. 2. usus est formula μορμολύττεσθαι τὸν θάνατον, hoc est, δεδιέναι τὸν θάνατον, ὥσπερ μορμολύκεια. Hanc vero loquendi formam imitatus est Clemens Alex. Strom. vi. p. 655. A. Οἱ πολλοὶ δὲ, καθάπερ οἱ παῖδες τὰ μορμολύκεια, οὕτω δεδίασι τὴν Ἑλληνικὴν φιλοσοφίαν. Fisch.

τὰ μορμολύκεια] Huc refertur Timæi glossa: Μορμολυκεῖα· τὰ φοβερὰ τοῖς παισὶ προσωπεῖα· item proxima: Μορμορύττει καὶ μορμολύττει· ad quas Ruhnkenius, quidquid doctrinæ veteris pertinebat, contulit. Wytt.

ἂν ἐξεπᾴσητε.[c] Πόθεν οὖν, ἔφη, ὦ[d] Σώκρατες, τῶν τοιού- I. 78.
των[e] ἀγαθὸν ἐπῳδὸν[f] ληψόμεθα, ἐπειδὴ σύ, ἔφη, ἡμᾶς ἀπο- II. iii. 46.

τή
τάσητε L, ἐξεπάσηται G, ἐξεπαΐσηται Φs et γρ Π, ἐξαπάσητε corr Λ, ἐξαπασητε H,
ιασηται
ἐξευπάσηται I, ἐξευπάσηται E, ἐξιάσητε C, ἀξιάσηται Δ: ἐξιάσηται s.—[d] ὁ L.—[e] τὸν τοιοῦτον ΔΦs et pr G.—[f] ἐπωδεῖν s.—[g] verbi ἀπολείπεις extremas litteras

ἐπᾴδειν—ἕως ἂν ἐξιάσηται] Ἰστέον ὅτι ἀρχαία ἐστὶν ἡ διὰ τῆς ἐπαοιδῆς θεράπεια. Ὅμηρος, Παῦεν δ' ἐπαοιδῇ αἷμα κελαινόν· καὶ Πίνδαρος ἐπὶ τοῦ Ἀσκληπιοῦ, Τοὺς μὲν μαλακαῖς ἐπαοιδαῖς. Etym. M. in v. Ἐπαοιδή. Vide Odyss. xix. 457. et Pindar. Pyth. iii. De incantationibus autem veterum multa multi, ubi alia auctorum loca isthuc spectantia passim videre est. De Pythagora vero tradit Porphyrius quod κατεκήλει δὲ ῥυθμοῖς καὶ μέλεσι καὶ ἐπῳδαῖς τὰ ψυχικὰ πάθη καὶ τὰ σωματικά. Vit. Pythag. c. 30. Ad ἐπῳδὰς demum hasce similiter alludit Noster in Charmide sub finem, et Horat. in l. i. epist. i. 33. 34. Forst.

ἐπᾴδειν] Videtur usus hac voce, propter μορμολύκεια. Ægrotat animus, quando mortem tanquam larvas lemuresque timet: quo morbo liberandus est, rationibus eum commoventibus. Unde utitur Plato elegantissime verbo ἐπᾴδειν, quod medicorum videtur Græcorum fuisse proprium, ut ἐπῳδαῖς quandoque uterentur; ut intelligi potest ex Charmide. (p. 243.)—ἐπῳδὴ δέ τις ἐπὶ τῷ φαρμάκῳ εἴη. ἣν εἰ μέν τις ἐπᾴδοι ἅμα καὶ χρῷτο, παντάπασιν ὑγιᾶ ποιεῖ τὸ φάρμακον· ἄνευ δὲ τῆς ἐπῳδῆς, οὐδὲν ὄφελος εἴη τοῦ φύλλου.—Paullo post, (p. 244.) ratione horum hominum in curandis hominibus reprehensa, quod non cum corpore et animum sanarent, ἐπῳδὴν explicat: Θεραπεύεσθαι τὴν ψυχὴν ἐπῳδαῖς τισι· τὰς δὲ ἐπῳδὰς ταύτας, τοὺς λόγους εἶναι τοὺς καλούς· ἐκ δὲ τῶν τοιούτων λόγων ἐν ταῖς ψυχαῖς σωφροσύνην ἐγγίγνεσθαι, ἧς ἐγγινομένης—ῥᾴδιον ἤδη εἶναι τὴν ὑγίειαν—. Lectu dignus est totus locus, et finis dialogi p. 251. Ejusmodi ἐπῳδαῖς præcipue utebatur μαιευτικῇ sua Socrates, de qua pulchre disseerit in Theæt. §. 6. 7. 12. Fisch. ut enim obstetrices διδοῦσαι φαρμάκια καὶ ἐπᾴδουσαι, δύνανται ἐγείρειν τε τὰς ὠδῖνας, καὶ μαλθακωτέρας ὧν ἂν βούλωνται ποιεῖν; ita animo parturienti dolores quasi excitabat, obstetricem agens, iisque homines liberabat, indaganda veritate. Plato eleganti utitur verbo βασανίζειν; (§. 7. ejusdem dial. p. 111.) jucunde torquebat ingenia Socrates, ad inveniendum verum. cf. Lachet. p. 255. Bas. 2. quam elegantiam imitatus Horatius, (iii. 21. 13.) de vino 'Tu lene tormentum ingenio admoves Plerumque duro.' Conferendus ad hunc in Charmide locum Max. Tyr. Diss. xviii. p. 190. Dav. Socrates Xenophonteus eadem pulchritudine verbi ἐπᾴδειν et ἐπῳδοῦ utitur, (l. ii. Mem. 6.) de conciliandis amicis, et omnino sequaces Socraticæ elocutionis. v. c. Max. Tyr. Diss. vii. p. 76. εἴ τις ἄλλη παλαιὰ μοῦσα ποιητική, κατεπᾴδειν ἱκανὴ τὰς τῶν νέων ψυχὰς καὶ δημαγωγεῖν. Intelligitur, ἐπᾴδειν nos res, quæ nos suaviter demulceant et ad suas partes trahant. Vult itaque Plato, animum, pueriliter fluctuantem et ægrotantem, rationibus idoneis, tanquam carminibus et incantationibus deliniendum et sanandum esse. Quæ remedia et commendat Horatius ex disciplina Platonis: (l. i. ep. i. 34.) 'Sunt verba et voces, quibus hunc lenire dolorem Possi, et magnam morbis deponere partem.' Gottl.

ἐξιάσηται] Postremum hoc verbum a Platone scriptum videtur ἐξᾴσεται, excantabitur, ut reddidit Augustinus huc spectans Soliloq. ii. 26. t. i. p. 283. C. 'Quem credo jam otio Transalpino perfecisse carmen, quo mortis metus excantatus effugiat —.' Rarius hoc sensu verbum, tamen habet Lucian. in Philopseud. §. 16. t. iii. p. 43. ἐγὼ γοῦν ἡδέως ἂν ἐροίμην σε, τί περὶ τούτων φῄς, ὅσοι τοὺς δαιμονῶντας ἀπαλλάττουσι τῶν δειμάτων, οὕτω σαφῶς ἐξᾴδοντες καὶ τὰ φάσματα. Audaciore tralatione posuit pro, *aliquem cantandi facultate privare*, Synes. Dione, p. 55. D. βούλοιντο μὲν ἂν αὐτὸν ἐξᾷσαι· γελῷεν γὰρ ἄν· quamquam aliter reddidit interpres, et codex Augustanus dat ἐξῶσαι. Et in hoc Platonis loco veteres libri variant. Scholiastes Ruhnkenii habet ἐξεπᾴσεται, ἐξιάσεται pro varia lectione annotat. Codd. Vind. A B ἐξεπιάσηται, et in margine γρ. καὶ ἐξιάσηται: D. ἐξιάσηται eraso

λείπεις;[g] [§. 61.] Πολλὴ μὲν ἡ Ἑλλάς, ἔφη,[h] ὦ Κέβης, ἐν ᾗ ἔνεισί[i] που ἀγαθοὶ ἄνδρες, πολλὰ δὲ καὶ τὰ τῶν βαρβάρων γένη, οὓς πάντας χρὴ διερευνᾶσθαι ζητοῦντας τοιοῦτον ἐπῳδόν, μήτε χρημάτων φειδομένους μήτε πόνων, ὡς οὐκ ἔστιν εἰς ὅ τι ἂν εὐκαιρότερον[j] ἀναλίσκοιτε[k] χρήματα. ζητεῖν δὲ χρὴ[l] καὶ αὐτοὺς μετ' ἀλλήλων· ἴσως γὰρ ἂν οὐδὲ ῥᾳδίως εὕροιτε μᾶλλον ὑμῶν[m] δυναμένους τοῦτο ποιεῖν.

octo rc ante lacunam totidem litterarum capacem Δ.—[h] ἔφη om Φ.—[i] εἰσί Φs, πολ-
οι
λοί εἰσί Δ.—[j] ἀναγκαιότερον (omisso ἂν) ℑΔΠΦGs.—[k] ἀναλίσκητε Λ, ἀναλίσκητε I.—[l] χρὴ δὲ ζητεῖν Γ.—[m] ἡμῶν G: om ΛΕ.—[n] ἔφη ὑπάρξει ℑΠ: ὑπάρξει ἔφη *s.

vetere ἐξεπιᾴσηται: Venet. A ἐξαπαίσητε, et eadem manu in margine ἐξιάτητε. Alterum ἐπᾴδειν, *incantare*, consolandi, monendi, docendi, notione frequens Platoni: v. c. infra §. 92. Theæt. p. 117. C. Leg. ii. p. 580. H. viii. p. 646. D. Iamblich. Vit. Pythag. §. 114. Propria significatione Lucian. loco corrupto de Morte Peregrini t. iii. p. 361. Ἐννόει τὸ λοιπὸν οἷα εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ γενήσεσθαι, ποίας μὲν οὐ μελίττας ἐπιστήσεσθαι ἐπὶ τὸν τόπον, τίνας δὲ τέττιγας οὐκ ἐπαγαγέσθαι (leg. ἐπᾴσεσθαι), τίνας δὲ κορώνας οὐκ ἐπιπτήσεσθαι. Olympiodorus, cujus commentarii in Phædonem pars ad hunc et multos alios locos in nostro exemplo desideratur, huc spectavit in commentario Ms. ad Gorgiam p. 165. λέγει ἐν Φαίδωνι, ὅτι δεῖ πολλάκις τὰ αὐτὰ λέγειν· ἡ γὰρ συνεχὴς χρῆσις τῶν ἀγαθῶν λόγων κατεπᾴδει τὰ πάθη· et iterum p. 174. ἐν τῷ Φαίδωνι τελευτῶν ὁ Σωκράτης εἶπε τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ· ὅτι τούτοις τοῖς λόγοις συνεχῶς κατεπᾴδετε ἑαυτοὺς, ἵνα μὴ κρατήσωσιν ὑμῶν τὰ πάθη· τῶν δὲ εἰπόντων ὅτι καὶ τίς ὁ κατεπᾴδων σοῦ ἀπιόντος, ἔφη ὁ Σωκράτης, ὅτι μεστὴ μὲν ἡ Ἑλλὰς, μεστὴ δὲ τῶν βαρβάρων ἡ χώρα· μὴ κατοκνήσητε οὖν καὶ χρήματα ἀναλῶσαι πρὸς τὸ ὠφεληθῆναι· καλὸν γὰρ τὸ ἐν καιρῷ ἀναλίσκειν. Wytt.

ἐξιάσηται] Aoristum hunc mediæ formæ vim aor. passivi habere, non temere quisquam credet Fischero, nec aliter defendi verbum hoc potest nisi ut subaudiatur τις, quæ non rara est pronominis ellipsis. Exempla simillima dedi ad Gorg. §. 26. Corruptelæ tamen vestigia exhibet scripturæ varietas. Nam Aug. ἐξαπατήτε, cui superscriptum γρ. ἐξιάσητε; in scholiis profertur ἐξεπᾴσηται. Hinc sponte suum Platoni redit, ἕως ἂν ἐξεπᾴσητε. Soph. Œd. Col. 1193. εἰσὶ χατέροις γοναὶ κακαὶ Καὶ θυμὸς ὀξὺς, ἀλλὰ νουθετούμενοι Φίλων ἐπῳδαῖς ἐξεπᾴδονται φύσιν. Heind.

ἔφη—ἐπειδὴ σὺ, ἔφη] Repetiti hoc modo ἔφη obvia passim sunt exempla. Xenoph. Œcon. viii. 15. Ὁ δ' εἶπεν, ἐπισκοπῶ, ἔφη, ὦ ξένε, εἴ τι συμβαίνει γίγνεσθαι, πῶς κεῖται, ἔφη, τὰ ἐν τῇ νηΐ, εἴ τι ἀποστατεῖ etc. Sueton. Cæsar. 32. 'Tunc Cæsar, Eatur, inquit, quo deorum ostenta et inimicorum iniquitas vocat. Jacta alea esto, inquit.' Ubi hæc e Platone attulit Wolfius. Heind.

§. 61. πολλὴ—γένη] Hæc verba citantur a Clemente Alexandr. Strom. i. p. 302. D. ubi legitur ἦ δ' ὃς, ἐν ᾗ εἰσι πάμπαν. Fisch.

πολλὴ μὲν ἡ Ἑλλὰς] Theocrit. Id. xxii. 154. Οὐχ οὕτω, φίλοι ἄνδρες, ἀριστήεσσιν ἔοικε Μναστεύειν ἀλόχους, αἷς νυμφίοι ἤδη ἑτοῖμοι. Πολλά τοι Σπάρτα, πολλὰ δ' ἱππήλατος Ἆλις—Ἔνθα κόραι τοκέεσσιν ὑπὸ σφετέροισι τρέφονται Μυρίαι etc. Heind.

εἰς ὅ, τι] εἰς ὃ Aug. Fisch.

εὐκαιρότερον] Tub. cum Bas. 2. ἀναγκαιότερον. Quod a glossatore profectum cum Fischero arbitror. Alterum præter Aug. et Edd. vett. firmat Ficinus vertens *commodius*. Heind.

ζητεῖν δὲ χρὴ καὶ αὐτοὺς] Post illa ζητοῦντας τοιοῦτον ἐπῳδὸν quis non h. l. ad ζητεῖν apud animum statim repetat τοιοῦτον ἐπῳδόν? Quo tamen intellecto, verba hunc habent sensum, *quærere autem et ipsos una vobiscum* (junctis studiis) *oportet*; non eum, quem et ratio flagitat et interpretes reddidere, *quærere* (talem) *et inter vosmet ipsos oportet*. Nam μετ' ἀλλήλων non sane est idem

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν δή, ἔφη, ὑπάρξει,[n] ὁ Κέβης· ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν,[o] ἐπανέλθωμεν, εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστίν. Ἀλλὰ μὴν ἡδομένῳ γε· πῶς γὰρ οὐ μέλλει; Καλῶς, ἔφη, λέγεις. Οὐκοῦν τοιόνδε[p] τι, ἦ δ' ὅς[q] ὁ Σωκράτης, δεῖ ἡμᾶς ἀνερέσθαι[r] ἑαυτούς, τῷ ποίῳ τινὶ ἄρα προσήκει τοῦτο τὸ πά- §. 26. W.

—[o] ἀπελείπομεν ΓΔΦ.—[p] τοιόνδ' ἔτι I.—[q] ἔφη Δ, ἔφη ἦ δ' ὃς s.—[r] ἀνέρεσθαι G,

quod ἐν ἀλλήλοις, ἐν ἑαυτοῖς. Sed quamvis hoc ita accipi posset, incommodum tamen foret hoc καὶ αὐτοὺς, *et ipsos* (non alios tantum), omninoque ne hic quidem sensus diligenti satisfaceret lectori. Quid enim? Num uni alicui de discipulis suis munus hoc ἐπῳδοῦ proprium esse vult Socrates? Omnibus hanc ille facultatem statim promittit: ἴσως γὰρ ἂν οὐδὲ ῥᾳδίως εὕροιτε μᾶλλον ὑμῶν δυναμένους τοῦτο ποιεῖν. Ergo, quod miror in scriptore omnium tersissimo, denuo positum hoc ζητεῖν non ad proxime prægressum ζητοῦντας spectat nec supplendum est τοιοῦτον ἐπῳδὸν, sed τὸ πρᾶγμα, τὴν τοιαύτην ἐπῳδὴν, vel potius ζητεῖν h. l. in universum significat *operam dare rei indagandæ*, τὴν ζήτησιν τοῦ πράγματος ποιεῖσθαι. Heind.

ἔφη, ὑπάρξει, ὁ Κέβ.] Elegantiore hoc ordine Tub. Vulgo ὑπάρξει, ἔφ. ὁ Κέβ. §. 59. Εὖ λέγεις, ἔφη, ὦ Σιμμία, ὁ Κέβης. §. 62. δοκεῖ μοι, ἔφη, οὕτως ἔχειν, ὁ Κέβης. Protag. §. 109. ἀλήθη, ἔφη, λέγεις, ὁ Πρωταγόρας. Euthyd. §. 31. Τί δὲ, ἔφη, ὦ Κτήσιππε, ὁ Εὐθύδημος. Xenoph. Œcon. i. 16. Καὶ τίνες δὴ, ἔφη, εἰσὶν οὗτοι, ὁ Κριτόβουλος, ubi nullem mutatam nuper e libris aliquot verborum seriem. Verba ταῦτα μὲν δὴ ὑπάρξει Fischero idem valere videbantur quod alibi formula καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα et vox εἶεν (*aber das mag seyn*). Mira sane interpretatio, quum in promptu sit sensus hic: *sed hæc non deerunt* (quærere conabimur). Quo sensu in familiari sermone et simplex ταῦτα usurpari solebat. Aristoph. Acharn. 816. Δ. Ὠνήσομαί σοι· περίμεν' αὐτοῦ. Μ. Ταῦτα δή. Pac. 374. Π. Οὐκοῦν ἕτερόν γ' ἔτ' ἐκ Λακεδαίμονος μέτει Ἀνύσας τι; Κ. Ταῦτ', ὦ δέσποθ'. Π. Ἧκε νῦν ταχύ. Vesp. 142. Σὺ δὲ τῇ θύρᾳ πρόσκεισο. Σ. Ταῦτ', ὦ δέσποτα. 1008. Ἀλλ' εἰσίωμεν. Φ. Ταῦτα νῦν γ', εἴπερ δοκεῖ. Heind.

ὅθεν δὲ ἀπελίπομεν, ἐπανέλθωμεν] *Unde digressi sumus, redeamus.* Leg. iv. p. 603. G. ἐπὶ δὲ τὸν λόγον ἐπανέλθωμεν. ix. p. 637. E. πάλιν ἐπανελθόντες λέγωμεν. 661. E. ἐπανελθόντας ἤδη πάλιν ἐπὶ τοὺς νόμους· 656. D. ἴωμεν δὴ τὰ μετὰ ταῦτα ἐκεῖσε ὅθεν ἐξέβημεν. Epinom. 699. C. Demosth. pro Corona p. 341. B. ἐπανελθεῖν οὖν, ὅθεν εἰς ταῦτα ἐξέβην, βούλομαι. Aristid. t. ii. p. 168. Julianus Or. ii. p. 64. D. Liban. t. i. p. 212. A. ἐπάνειμι δὲ ὅθεν ἐξέβην. t. ii. p. 9. C. Cicero Nat. Deor. iii. 23. 'Sed eo jam, unde huc digressi sumus, revertamur.' Wytt.

σοι ἡδομένῳ ἐστὶν] Eleganter dictum est pro ἥδῃ· ut Cratyl. 1. εἴ σοι βουλομένῳ ἐστὶν, h. e. εἰ βούλει. Sophist. 39. ἂν ἔτι βουλομένοις ἡμῖν ᾖ, h. e. ἂν βουλώμεθα. Xen. Cyrop. iv. 5. 10. ὅτῳ ὑμῶν μὴ ἀχθομένῳ εἴη. Ælian. V. H. xii. 1. εἴ σοι βουλομένῳ ἐστίν. Est forma loquendi Homerica. Il. ξ'. 108. ἐμοὶ δέ κεν ἀσμένῳ εἴη, h. e. ἀσμένως ἔχω, interprete Eustathio: cujus verba digna visa sunt, quæ a nobis apponerentur (p. 970. Rom.) Τὸ δὲ, ἐμοὶ δὲ ἀσμένῳ εἴη περιφραστικῶς εἴρηται, ἀντὶ τοῦ χαίρω καὶ ἀσμένως ἔχω. Ἐξ Ὁμήρου μὲν ἀρξάμενον ἐλλειπτικῶς σχηματισθῆναι, διαβὰν δὲ καὶ εἰς τοὺς ὕστερον· τοιοῦτον καὶ τὸ, ἐμοὶ δὲ βουλομένῳ εἴη, καὶ τὸ, ἐμοὶ δὲ χαίροντί ἐστι τόδε τι, καὶ ὅσα τοιαῦτα. Ab Græcis acceperunt Latini: ut Macrob. Saturn. vi. 1. vi. 6. vii. 13. *si volentibus vobis erit:* vii. 7. *si tibi volenti erit.* Conf. Leopard. Emendat. iv. 24. Dorvill. ad Charit. p. 440. Valquenar. ad Herodot. p. 666. Fisch.

εἴ σοι ἡδομένῳ ἐστιν] *Si hoc tibi lubenti accidit, si tibi placet.* De hoc genere diximus in Epistola Critica ad D. R. p. 27. Wytt.

πῶς γὰρ οὐ μέλλει] *Quidni? Quare enim non gratium sit?* dictionem et Fischer. annotavit et laudatus ab eo Hemsterh. ad Lucian. t. i. p. 449. et nos ad Plutarchi Moralia p. 98. A. Wytt.

ἦ δ' ὃς ὁ Σωκράτης] Nomen sic sæpe pronomini adjunctum extat apud Platonem: ut supra c. 18. [40.] ἦ δ' ὃς ὁ Σιμμίας. add. c. 14. [48.] Fisch.

καὶ τῷ ποίῳ τινὶ] Olymp. Φαίνεται ὁ

θος πάσχειν, τὸ διασκεδάννυσθαι,[s] καὶ ὑπὲρ τοῦ ποίου τινὸς δεδιέναι μὴ πάθῃ[t] αὐτό, καὶ τῷ[u] ποίῳ τινὶ * οὔ;[v] καὶ μετὰ τοῦτο αὖ ἐπισκέψασθαι πότερον ψυχή[w] ἐστι, καὶ ἐκ τούτων[x] θαῤῥεῖν ἢ δεδιέναι ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας ψυχῆς; Ἀληθῆ, ἔφη, λέγεις. [§. 62.] Ἆρ' οὖν τῷ[y] μὲν ξυντεθέντι[z] τε καὶ ξυνθέτῳ[a] ὄντι φύσει προσήκει τοῦτο πάσχειν,

ἐρέσθαι 𝔄Π.—[s] τοῦ διασκεδάννυσθαι 𝔄Π.—[t] πάθοι Ξ.—[u] τῶ om pr Λ.—[v] οὔ add Heindorfius.—[w] ἡ ψυχή 𝔄Π.—[x] τούτου G.—[y] οὖν οὐ τῷ rc Γ.—[z] ξ. 𝔄ΔΦGs: συν-

Σωκράτης τρίτον τὸ αὐτὸ λέγων—ἢ οὐ τὸ αὐτὸ σημαίνει ἕκαστον τούτων. τὸ μὲν γὰρ περὶ τῶν πραγμάτων αὐτῶν λέγεται. ὅτι ποίῳ μέρει προσήκει τὸ διασκεδάννυσθαι, οἷον ὅτι τῇ ἐμψυχίᾳ, οὐ μὴν τῇ ψυχῇ, καὶ ὑπὲρ ποίου τινὸς δεδιέναι, τοῦτ' ἔστι, περὶ τίνος δεῖ ἡμᾶς κρίσιν ἔχειν ὡς τοῦτο πεισομένου, καὶ τίνας δεδιέναι ὡς τοῦτο πάσχοντας. διό φησιν, Τῷ ποίῳ τινί. τὸ μὲν οὖν λέγεται περὶ τῶν πραγμάτων, τὸ δὲ περὶ τῆς κρίσεως, τὸ δὲ περὶ τῶν προσώπων. Hæc tamen verba καὶ τῷ ποίῳ τινὶ, secundum Cornarium, redundant repetita. Forst. Cornarii rationem probabat Zeunius, sed ita tamen, ut primo pro καὶ τῷ ποίῳ τινὶ etiam τοῦτο τὸ πάθος legi posse putaret, deinde ante verbum δεδιέναι insereretur particula οὐ, aut μή. Ficinus vertit, *Cuinam, et quali, conveniat ea passio, per quam dissolvi possit, et cui qualique sit metuendum, ne id patiatur, et secundum quam qualemque ejus partem.* Verba τῷ ποίῳ τινὶ, et ὑπὲρ τοῦ ποίου τινὸς, et τῷ ποίῳ τινὶ, pertinent ad duplex illud rerum genus, quod deinceps a Socrate constituitur et proponitur. Fisch.

καὶ τῷ ποίῳ τινὶ] Hæc, ut perperam a librariis repetita, cum Cornario et Forstero delendum censeam. Wytt.

καὶ τῷ ποίῳ τινὶ] Hæc tanquam e prægressis huc intrusa deleri voluit Cornarius, neque sane, ut sunt scripta, teneri sine insulsissima ταυτολογίᾳ possunt. Sed præstant tamen ea tum Edd. vett. tum Tub. Aug. legitque Olympiodorus, in explicando additamento misere laborans. His igitur testimoniis stabilitam scripturam quis absque melioribus libris ejicere tentet, præsertim quum ne ejectis quidem verbis salva sit res? Nimirum proxime sequens πότερον quum nusquam non ad duo referatur, de uno dictum nusquam occurrat, non hoc poni, sed scribi a Platone oportebat εἰ τοιοῦτον ψυχή ἐστι. Hoc igitur ut habeat quo spectet, repone καὶ τῷ ποίῳ τινὶ οὒ, neque ulla jam supererit βαττολογία.—In his πότερον ψυχή ἐστι articulum ἡ ex uno Tub. inseruit Fisch. Eum nec leges linguæ nec usum Platonis requirere, centenis facile locis monstrare possemus. Heind.

§. 62. ἆρ' οὖν τῷ μὲν συντεθέντι τε καὶ συνθέτῳ] Hæc et deinceps omnia usque ad §. 47.—ἐξευρήσειν, habet Stobæus Eclog. Phys. p. 96—98. omissa tamen, per veteris librarii negligentiam, magna parte, quæ est inter verba §. 26. Ἐμοί γε δοκεῖ οὕτως· et mox Θῶμεν οὖν βούλει—. porro §. 28. τῷ νοητῷ καὶ μονοειδεῖ· et §. 45. πέφυκεν εἶναι ἑκάστη ἁρμονία, ὡς ἂν ἁρμοσθῇ, quæ in cod. August. exstant, indeque transscripta sunt in apographum Leidense locorum Stobæi in editione Canteriana desideratorum. Heerenii autem editio, ut solet Platonis locos nonnisi primis et postremis verbis notare, ita in hoc quoque paucis verbis defuncta est, t. i. p. 812. Nos ipsius hujus de animi simplicitate argumenti initium animadvertere debemus; eatenus quidem, quatenus hæc animadversio ad auctorem intelligendum pertinet. Protenus enim se offert dubitatio, quid συντεθὲν et σύνθετον ὂν differant? quid sit διαιρεθῆναι ταύτῃ ᾗπερ συνετέθη, *ita dividi prouti compositum erat?* Quod ad priorem attinet dubitationem, eam sic solvere se putat Olympiodorus, ut dicat p. 41. συντεθέντι δὲ, ἵνα εἴπῃ περὶ τῶν μερῶν· ταῦτα γὰρ συντίθεται· συνθέτῳ δὲ, ἵνα εἴπῃ τὸ ὅλον· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ σύνθετον. Ergo sint synonyma, sed ita ut συντεθὲν magis ad partes, σύνθετον magis ad totum, referatur. Quæ ratio, ut fatear, subtilior quam verior, in usu non observatur: quo fere non nisi σύνθετον, vel συνθετὸν, usurpatur, ita ut universe notet *compositum.* Nam hæ formæ nominum verbalium pro-

διαιρεθῆναι ταύτῃ ᾗ περ ξυνετέθη·[b] εἰ δέ τι τυγχάνει ὂν
ἀξύνθετον, τούτῳ μόνῳ προσήκει μὴ πάσχειν ταῦτα,[c] εἴ II. iii. 47.
πέρ[d] τῳ ἄλλῳ; Δοκεῖ μοι, ἔφη, οὕτως ἔχειν,[e] ὁ Κέβης.

τιθέντι L.—[a] ξ. 𝔄ΔGs.—[b] ξ. 𝔄ΔΦGs.—[c] ταῦτα 𝔄ΔΦs et rc G: τὰ αὐτὰ *ς.—

prie quidem notant id *quod potest fieri:* veluti ὁρατὸν, id *quod potest videri, visibile:* ἀκουστὸν, *quod audiri potest:* αἰσθητὸν, *sensibile:* et sic alia: sed porro transferuntur ad id, *quod est:* quod grammatici in quibusdam accentu distinxerunt, v. c. ut συνθετὸν sit id *quod componi potest*, σύνθετον autem *compositum:* διαλυτὸν *dissolubile:* διάλυτον, *dissolutum.* Et quandoquidem huic loco non congruit τὸ συνθετὸν, sed τὸ σύνθετον *compositum:* idque omnes libri habeant: at idem insignem non modo ambiguitatem, sed fere tautologiam adferat; equidem ejus diluendæ idoneam rationem nactus mihi hanc videor, interpungendo τῷ μὲν συντεθέντι καὶ συνθέτῳ ὄντι φύσει, προσήκει κ. τ. λ. i. e. *ei quod componendo factum est, et quod sua natura compositum est;* ut duo genera compositorum significentur; alterum συντεθὲν, *arte factum, nec ab initio sic ortum:* alterum *sic natum, et natura sua existens*, σύνθετον ὂν φύσει. Et huc referre videtur Plotinus quod dicit Ennead. v. ix. 3. p. 557. A. ὁρῶμεν δὴ τὰ λεγόμενα εἶναι πάντα σύνθετα, καὶ ἁπλοῦν οὐδὲ ἓν, ἅτε τέχνη ἐργάζεται ἕκαστα, ἅτε φύσει. Unus ex interpretibus, cæterum non acutissimus, Dacierius eamdem rationem ingressus est, ut φύσει cum συνθέτῳ ὄντι jungeret; neque tamen tautologiam vitavit, in hanc sententiam Gallice reddens, *rebus compositis, aut eam naturam habentibus ut compositæ esse possint.* Jam illud alterum, διαιρεθῆναι ταύτῃ ᾗπερ συνετέθη, hanc habet vim, ut totum dividatur in eas partes, ex quibus compositum est, et ea ratione, qua compositum est: veluti corpus in quatuor illa elementa, quibus constat, et dissolutis vinculis has partes continentibus. Spectat huc Plotinus Enn. iv. 7. 12. p. 466 B. πᾶν τε τὸ λυόμενον σύνθεσιν εἰληφὸς, ταύτῃ διαλύεσθαι πέφυκεν, ᾗ συνετέθη· ψυχὴ δὲ μία καὶ ἁπλῆ ἐνέργεια οὖσα ἐν τῷ ζῆν φύσις (f. φύσει ἐστί)· οὐ τοίνυν ταύτῃ φθαρήσεται· tum diversa compositionis ac dissolutionis genera recenset. Æneas Gaz. p. 66. διαλυόμενον δὲ τὸ σύνθετον, οὐκ εἰς ταῦτα πάλιν ἀναχωρεῖ ἐξ ὧν συνετέθη; Sunt enim cohæsionis corporum varia genera, postea a Stoicis celebrata: ut est apud Plutarchum Præcept. Conjug. p. 142. E. τῶν σωμάτων τὰ μὲν ἐκ διεστώτων λέγουσιν εἶναι, καθάπερ στόλον καὶ στρατόπεδον· τὰ δὲ ἐκ συναπτομένων, ὥσπερ οἰκίαν καὶ ναῦν· τὰ δὲ ἡνωμένα, καὶ συμφυῆ, καθάπέρ ἐστι τῶν ζώων ἕκαστον· ubi plura in hanc rem dedimus. Ab hoc Platonis argumento profectus Plotinus immortalitatis rationes latius et subtilius persecutus est: ut ad hunc locum docuit Olympiodorus Cod. i. p. 63. et 185. Cod. iii. p. 38. et 40. quæ referre longum est. Sedes præcipua argumentationis Plotinianæ est Ennead. iv. lib. vii. sed partes ejus sparsim per alios libros occurrunt. Quod autem velint Platonici σύνθετον, compositum *ex partibus extra partes positis*, ut vulgo dicuntur, spatium implentes, extensas, intelligitur ex frequentia exemplorum. v. c. Plutarchi de An. Procreat. p. 1022. E. Adv. Stoic. p. 1085. C. Plotini p. 160. D. E. G. 161. C. D. 162. D. 163. E. 165. A. 166. E. 310. C. 313. E. 457. A. D. 466. A. C. 557. A. Albini Doctrin. Plat. p. 372. D. Æneæ Gaz. p. 59. 66. Zachar. Mityl. p. 175. Olympiodori in Phædon. Cod. iii. p. 40. et alibi sæpe: Cod. i. p. 63. 185. Alia est ratio, quum animam ex tribus partibus σύνθετον, *compositam*, dicunt, λόγῳ, θυμῷ, ἐπιθυμίᾳ, ut Hermias Ms. in Phædrum p. 437. aut totum hominem σώματι, ψυχῇ, νῷ, ut Plutarchus de Vultu Lunæ p. 943. A. Wytt.

ταῦτα] Sic Vindob. A B. Vulgo τὰ αὐτὰ. Stob. et Aristipp. ταῦτα et τοῦτο: versio Sic. *hoc:* quod malim; quia item modo erat. Jam Forster. et Fischer. ταῦτα suaserunt. Wytt.

τούτῳ μόνῳ προσήκ. μ. π. ταῦτα] ταῦτα pro τὰ αὐτὰ dedi cum Stob. et Tub. Heind.

πάσχειν τὰ αὐτὰ, εἴπερ τῳ ἄλλῳ] Ficinus vertit, *eadem pati, quæ alii cuipiam*— ac si legisset ἅπερ. Faehse.

εἴπερ τῳ ἄλλῳ] Forstero Ficinus legisse videbatur τὰ αὐτὰ, ἅπέρ τῳ ἄλλῳ, non εἴπερ. certe Latina versio, quæ est in Francof. hoc nos cogit credere, in qua

Οὐκοῦν ἅ περ[f] ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχει, ταῦτα μάλιστα εἰκὸς εἶναι τὰ ἀξύνθετα, τὰ[g] δὲ[h] ἄλλοτ' ἄλλως καὶ μηδέποτε κατὰ ταὐτά, ταῦτα δὲ[i] εἶναι[j] τὰ[k] ξύνθετα; Ἔμοιγε δοκεῖ οὕτως. Ἴωμεν δή, ἔφη, ἐπὶ ταὐτὰ ἐφ' ἅ περ ἐν τῷ ἔμπροσθεν λόγῳ. αὐτὴ[l] ἡ οὐσία ἧς λόγον δίδομεν τοῦ εἶναι καὶ ἐρωτῶντες καὶ[m] ἀποκρινόμενοι, πότερον ὡσαύτως ἀεὶ ἔχει[n] καὶ[o] κατὰ ταὐτὰ ἢ ἄλλοτ' ἄλλως; αὐτὸ τὸ ἴσον, αὐτὸ τὸ καλόν, αὐτὸ ἕκαστον ὃ ἔστι, τὸ ὄν, μή[p]

[d] ἥπερ G.—[e] ἔχειν οὕτως G.—[f] ὅσαπερ G.—[g] τὰ...ξύνθετα om L.—[h] δ' Δ.—[i] δὲ om Ξ.—[j] εἰδέναι s, om pr 𝔄Π.—[k] τὰ om ΓΛCΕΗΙ et pr 𝔄Π.—[l] αὕτη ΦGs.—[m] καὶ ante ἀποκρινόμενοι om I.—[n] ἔχει om I, ante ἀεὶ ponit Δ.—[o] καὶ add cod. Aug.—

est, *huic soli convenit, non eadem pati, quæ alii cuipiam:* sed in Ascensiano exemplo leguntur ista, *huic soli potissimum nulla accidit dissolutio.* Fisch.

Post τούτῳ μόνῳ quum expectetur εἴπερ τῳ, non sane εἴπερ τῳ ἄλλῳ, (neque enim, si soli huic convenit, alii cuiquam convenire potest), ex vulgari dicendi consuetudine, qua plerumque formulæ εἴπερ τις adjicitur ἄλλος, h. l. ἄλλῳ additum, quo plenior fieret clausulæ sonus. Heind.

ἅπερ ἀεὶ κατὰ ταυτὰ—ἔχει κ. τ. λ.] Ita in Parmenide p. 152. οἷόν τε, τὸ ἔχον πως, μὴ ἔχειν οὕτω, μὴ μεταβάλλον ἐκ ταύτης τῆς ἕξεως; οὐχ οἷόν τε. πᾶν ἄρα τὸ τοιοῦτον, μεταβολὴν σημαίνει, ὃ ἂν οὕτω τε καὶ μὴ οὕτως ἔχῃ. cf. Apul. de dogm. Plat. p. 252. τὰς οὐσίας, 'quas essentias dicimus, duas esse ait: per quas cuncta gignantur. Sed illa, quæ mentis oculis comprehenditur, semper et eodem modo et sui par, et sui similis invenitur, ut quæ vere sit.' (ὅ ἐστι τὸ ὄν.) Notandum, hunc locum non Socraticam, sed Pythagoricam prodere potius disciplinam. Bruck. Hist. Phil. t. i. p. 696. Gottl.

κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως] Ausus sum, meo judicio, pro vulgato ταυτὰ dare τὰ αὐτὰ, quod in hac philosophis trita formula solemne, aliquoties a librariis in ταυτὰ mutatum est. Dicitur de ideis aliisque constanter iisdem manentibus et immutabilibus naturis et essentiis: frequens in Phædone, sed et alibi v. c. Politic. p. 174. H. Tim. p. 526. D. 538. F. 531. B. Epinom. 701. C. Plutarcho Opp. Moral. p. 428. B. 443. F. 1001. D. 1007. F. 1013. A. 1015. F. 1022. E. 1122. E. 1116. C D. Vit. 169. A. Plotino p. 601. D. 661. B. 705. A. et passim. Sic et Atticus apud Euseb. P. E. xv. p. 815. D. Porphyrius Vit. Pyth. §. 47. Iamblichus ibid. 160. Simplicius Comm. in Aristot. Phys. viii. p. 311. item de Cœlo ii. p. 90 a. fin. Hermias Schol. in Phædr. p. 277. Olympiodorus in Phædon. Cod. i. p. 64. 65. 67. Conferatur Gatakerus ad M. Antonin. p. 339. Insigniter amplificavit Plato Leg. vii. p. 631. A. ταχθὲν μὲν γὰρ αὐτὸ καὶ μετασχὸν τοῦ τὰ αὐτὰ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἀεὶ τοὺς αὐτοὺς παίζειν κ. τ. λ. x. p. 669. G. τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ δήπου, καὶ ὡσαύτως, καὶ ἐν τῷ αὐτῷ, καὶ περὶ τὰ αὐτὰ, καὶ ἕνα λόγον καὶ τάξιν μίαν—λέγοντες νοῦν—. Timæo p. 530. D. ἐν ταυτῷ κατὰ ταυτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἀεὶ τὰ αὐτὰ ἑαυτῷ διανοουμένῳ. Wytt.

τὰ δὲ ἄλλοτ' ἄλλως] Sc. ἔχοντα, quod petendum e præced. ἔχει. Hæc tamen adeo dura est ellipsis, ut scribendum arbitrer ἃ δὲ ἄλλ.—ταῦτα δέ. v. not. ad Protag. §. 11.—ἐπὶ ταυτὰ, ἐφ' ἅπερ. Correxi vulgatum ἐπὶ ταῦτα. Heind.

ἡ οὐσία ἧς λόγον δίδομεν τοῦ εἶναι] *Essentia, quam definimus per esse: seu, essentia, cujus hanc definitionem damus, ut dicamus illam esse id quod sit.* Λόγος, *definitio* appellatur a Platone etiam Leg. x. p. 668. E. F. xii. p. 695. C. Aristotele Topic. i. 4. v. 2. Plutarcho subinde, et Defect. Orac. p. 422. B. ubi plura annotavimus. Wytt.

τοῦ εἶναι] Librorum nullus habet, quem ante hæc τοῦ εἶναι inseri voluit Mudgius articulum τόν. Huic locus esset, opinor, si præcederet τὸν λόγον, ut §. 94. ἡ οὐσία ἔχουσα τὴν ἐπωνυμίαν τὴν τοῦ ὃ ἔστιν. λόγος h. l. est, ut sæpe, ὁρισμὸς, *definitio.* Heind.

ἐρωτῶντες καὶ ἀποκρινόμενοι] Gemina vidimus supra ad §. 22. Wytt.

ποτε μεταβολὴν καὶ[q] ἡντινοῦν ἐνδέχεται; ἢ ἀεὶ αὐτῶν ἕκαστον ὃ[r] ἔστι, μονοειδὲς ὂν αὐτὸ καθ' αὑτό, ὡσαύτως καὶ[s] κατὰ ταὐτὰ ἔχει[t] καὶ οὐδέποτε οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀλλοίωσιν

[p] ει η mg 𝔄.—[q] καὶ om Δ.—[r] ὃ om pr Γ.—[s] καὶ add L.—[t] ἔχει ante κατὰ ponit Γ.

αὐτὸ ἕκαστον ὃ ἔστι, τὸ ὂν] Sic interpunxi, ut addito τὸ ὂν explicetur præcedens ὃ ἔστι. Parmen. §. 16. ubi de his εἴδεσιν agitur, αὐτὴ ὃ ἔστιν ἐπιστήμη, ac deinde ἑκάστη τῶν ἐπιστημῶν ἣ ἔστιν, ἑκάστου τῶν ὄντων, ὃ ἔστιν, εἴη ἂν ἐπιστήμη. Atque sic supra §. 54. περὶ ἁπάντων οἷς ἐπισφραγιζόμεθα τοῦτο ὃ ἔστι (i. e. τὸ ὄντως ὄν). Heind.

μονοειδὲς ὂν] Latini vocant *simplex*, ὁμογενές. Cave putes Platoni esse *simplex*, quod nostris hominibus, qui huic verbo notionem immaterialitatis subjiciunt; significat enim, quod nil habet in se admistum, vel dispar sui atque dissimile, ut locus Ciceronis Acad. i. 8. docet. 'Earum qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ: principes sunt uniusmodi et simplices. Itaque aer et ignis et aqua et terra, prima sunt.' v. Cat. m. 21. Alio loco Cicero τὸ simplex ita describit: 'quod nil copulatum, nil coagmentatum, nihil duplex habet.' (Tusc. i. 29.) Ibidem c. 10. 'nec sit quidquam nisi corpus unum et simplex.' *Simplex* itaque opponunt *mixto*, et ex diversis elementorum generibus concreto, non ei, quod habet partes. v. Ernest. Clav. Cic. v. *simplex*. Hoc sensu Virgilius (vi. 747.) animum vocat: 'Ætherium sensum atque aurai simplicis ignem.' h. e. concreta exemta labe, ἀξύνθετον. v. Servium, qui vera falsis immixta habet. Hanc veram vim vocis esse, inde quoque apparet, quod rebus inanimatis tribuitur, veluti auro, quod vocat μονοειδὲς γένος, *uniforme*, in Timæo p. 59. Steph. saxo vel petræ: τὰ ἄντρα ὑπὸ πέτρας περιεχόμενα μονοειδοῦς, Porphyr. Ant. Nymph. p. 310. In Sympos. (p. 190. Bas. 2.) dicitur τὸ καλὸν, μονοειδὲς, i. e. εἰλικρινὲς, καθαρὸν, ἄμικτον, ut antea vocat. cf. et Phædon. §. 33. l. x. Reip. p. 469. Bas. 2. Quæ loca docent, τὸ μονοειδὲς esse ἄμικτον, sincerum, nihil alieni s. admixti habens, sed unius generis. Quibus ex notionibus immaterialitas, quam vocant, non evinci potest. Materia enim ὁμογενὴς, sensu veterum est μονοειδής. Potest res quædam μονοειδὴς esse ἀμερὴς, inde tamen non immaterialis reperitur. Et quis certe definire potest, an veteres animum habuerint subtilissimam materiam? (cf. Bruck. Hist. Phil. t. i. p. 714.) Sensu veterum ἀμερῆ sunt μονὰς, στιγμὴ, φθόγγος— v. Laert. iii. 73. quis ea dicat immortalia? Cæterum hunc locum ante oculos habuit Tertull. de Anim. §. 14. 41. Gottl.

ψυχὴ τοῦ σώματος, ἀλλὰ σχετικῶς ἔτι σύνηπται αὐτῷ κατὰ τὴν ἡμίσχετον σχέσιν, ἐξ ὧν καὶ τὰ σκιώδη (l. σκιοειδῆ) φαντάσματα περὶ τοὺς τάφους ἐνειλεῖται· ὡς καὶ ὁ ποιητὴς λέγει περὶ τῆς Πατρόκλου ψυχῆς. Ὃν πότμον γοόωσα, λιποῦσ' ἀνδροτῆτα καὶ ἥβην (Il. Π. 857.). Ὡς καὶ Πλάτων ἐν τῷ περὶ τῆς ψυχῆς λέγει, σκιοειδῆ φαντάσματα περὶ μνημεῖα τισὶ γεγονέναι τῶν ἤδη τεθνεώτων· et vii. p. 334. ἡ δὲ φαύλη—καλινδεῖται, ἡ μέν τις ἐπὶ τὰ μνήματα, ἔνθα καὶ ὤφθη σκιοειδῶν ψυχῶν φαντάσματα. Forst.

σκιοειδῆ φαντάσματα] Appulei Apol. p. 315. Elm. 'At tibi duat deus iste semper obvias species mortuorum; quicquid umbrarum est usquam, quicquid Lemurum, quicquid Manium, quicquid Larvarum, oculis tuis oggerat: omnia noctium occursacula, omnia bustorum formidamina, omnia sepulcrorum terriculamenta.' Pro φαντάσματα Stob. φάσματα. Heind.

εἴδωλα] Hæc apud inferos εἴδωλα ponit Homerus, Ὢ πόποι, ἦ ῥά τίς ἐστι καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισι Ψυχὴ καὶ εἴδωλον, ἀτὰρ φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν, Il. Ψ. 103. et similiter in Od. Λ. 600. Τὸν δὲ μετ' εἰσενόησα βίην Ἡρακληείην, Εἴδωλον. quod ab ipso Hercule, quem inter superos collocat, distinguit; quibus addas eundem ibid. Ω. 15. Hinc apud Lucret. i. 121. 'esse Acherusia templa Ennius æternis exponit versibus edens; Quo neque permanent animæ, neque corpora nostra; Sed quædam simulacra modis pallentia miris.' et in Æn. iv. 654. Dido moritura, 'Et nunc magna mei sub terras ibit imago.' ubi vide Servium ad locum. Conf. item Nostrum de Leg. xii. p. 959. Plutarch. t. ii. p. 944. et Porphyr. de Styge apud Stob. Ecl. p. 129. Forst.

§. 70. οὔτέ γε τὰς] Vera lectio est οὔτί γε τὰς, quam dant Vind. A C D E F G. Venet. A B. Wytt.

καὶ οὔτι γε] Quod est in Edd. οὔτε, e Cod. Aug. et Stob. in οὔτι recte mutavit Fischer. In Phædr. §. 44. Φ. λέγεταί γε δή. Σ. Οὔτι ὑπό γε Λυσίου. male conjeci οὔτοι. Protag. §. 21. ἡγοῦμαι αὐτοὺς οὔτι διαπράξασθαι ὃ ἐβουλήθησαν. Alcib. i. extr. ὀῤῥωδῶ, οὔτι τῇ σῇ φύσει ἀπιστῶν, ἀλλὰ τὴν τῆς πόλεως ὁρῶν ῥώμην. Aristoph. Pac. 316. Οὔτι καὶ νῦν ἔστιν αὐτὴν ὅστις ἐξαιρήσεται. Xenoph. Anab. vii. 6. 11. ἀπετραπόμην—οὔτι πυνθανόμενος ὑμᾶς εὖ πράττειν. Heind.

τὰς τῶν φαύλων—πλανᾶσθαι—ἐνδεθῶσιν κ. τ. λ.] V. Cic. Somn. Scip. ix. 'eorum animi, qui se corporis voluptatibus dediderunt—corporibus elapsi, circum terram ipsam volutantur.' Generatio altera χιλιοστῷ ἔτει fieri dicitur, ut est in Tim. p. 42. quamquam, notante Stephano, hæc non exstant in veteribus codd. nec a Cicerone, nec a Ficino versa sunt. cf. Phædr. p. 203. ubi vitæ gradus varii recensentur, ad quos animus, ex Adrasteæ lege, in corpora migrare existimatur. item Pomp. Mel. ii. 5. Phil. de mundo p. 1153. item de Somn. 586. de Gigant. 285. Suet. in Caio 59. 'satis constat, hortorum custodes umbris (εἰδώλοις) inquietatos.' Hanc sententiam de his erroribus animorum, quibus peractis iterum corporibus includantur, esse Orphicam et Pythagoricam, monet Olympiodorus ad h. l. (in Orpheo Gesneriano p. 410.) Græcos Ægyptiis in acceptis referre eam, constat ex Herod. ii. 123. et Laert. Prœm. §. 7. Plato in Tim. p. 42. Steph. hujus opinionis portentosæ facit mentionem. cf. l. x. Reip. 472. Plutarchus de S. N. V. in Fabula Thespesii p. 565. Diog. Laert. viii. n. 4. Max. Tyr. Diss. 28. p. 288. Tertull. de Anim. §. 28. Hor. Carm. i. 28. 10. Epod. xv. 21. Epp. ii. 1. 52. et Gesn. Ovid. xv. Met. 158. Phot. Bibl. p. 750. Timæus Locrus (p. 104.) hanc μετεμψύχωσιν fabulosam ideoque inventam putat, quo animi ad religionem informentur. Quam bene, ipse viderit. Plato quidem ipse nil tribuisse videtur huic figmento. Aliis enim locis, v. c. in Gorg. 332. 33. de Rep. x. 471. honestis bene, pravis vero male fore docet. In iis locis, quibus Pythagoricorum figmentorum immemor, ex Socratica ratione disputat, Plato plane egregius est. Cur puriori doctrinæ Socraticæ aliena et poeticis fabulis similiora, adsuerit, bene ex-

αἱ περὶ τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι δίκην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς,[a] κακῆς οὔσης. καὶ μέχρι γε[b] τούτου πλανῶνται ἕως ἂν τῇ[c] τοῦ ξυνεπακολουθοῦντος τοῦ σωματοειδοῦς ἐπιθυμίᾳ πάλιν ἐνδεθῶσιν[d] εἰς σῶμα. ἐνδοῦν-
II. iii. 54. ται δέ,[e] ὥς περ εἰκός, εἰς τοιαῦτα[f] ἤθη ὁποῖ' ἄττ' ἂν καὶ

ϋ

τοι Φ : τε *ς.—[z] γε τὰ ς et fortasse Π.—[a] τροφῆς 𝔄, τρυφῆς ΓΥCEHIL.—[b] γε om Φ.—[c] τὴν Π.—[d] ἐνδυθῶσιν L.—[e] οὖν L.—[f] εἰς τοιαῦτα ΓΥCL et corr Λ : εἰς τὰ τοι-

plicat Brucker. in Hist. Philosoph. t. i. 632. 641. Gottl.

τῆς προτέρας τροφῆς] Scholiastes Synesii: *τοῦ προτέρου βίου κακοῦ ὄντος*· quæ lectio haud dubie extitit e glossemate. nam notio vocabuli *τροφὴ*, quum de *vita, ratione vitæ*, qua animus versatur in corpore, sequitur enim *κακῆς οὔσης*, et præcedit *δίκην τίνουσαι*, dicitur, paulo rarior est, neque adeo observata ab Stephano in Thesauro L. G. Sed *τροφὴ κακὴ* eo pertinet, quod animus sequitur corpus, ejusque sensus, libidines et voluptates, quod animo maxima cum corpore contagio est. Legitur hoc nomen eodem sensu, etiam de iis, quorum animus fugit corpus, ejusque sensus, libidines et voluptates, quorum animo minima cum corpore contagio est, infra c. 34. et 57. quo loco conjungitur cum nomine *παιδεία*, sed ita, ut ab eo etiam distinguatur. vid. ad c. 33. 31. Nam ponitur etiam de ipsa *educatione* et *disciplina*, quæ parit et conformat *rationem vitæ*. Etymol. M. *Τροφὴ—λαμβάνεται καὶ ἐπὶ τῆς ἀγωγῆς καὶ παιδείας*— : a quo sua mutuatus est Suidas v. *τροφή*· id quod fugit Kusteri diligentiam. Anonymus Atticista apud Villoisonum Anecd. Gr. t. ii. p. 83. *Ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν, ἐπαιδεύθη καλῶς, ἀγωγῆς ἔτυχε καλῶς, ἢ τροφῆς, λέγουσιν· ἐπεὶ καὶ τροφὴ ἡ παιδαγωγία.* Fisch.

καὶ μέχρι γε] Particula hæc, usque ad verba *τὸ ἀνθρώπινον γένος* citatur ab Euseb. Præp. Evang. xiii. 16. p. 696. Mox Schol. Synesii: *μέχρις ἂν—*. dein Euseb. *τοῦ σώματ. τοῦ ξυνεπακολ.* Stobæus: *τοῦ σώματος εἴδους*. male. Cod. Aug. *τοῦ ξυνεπακολουθοῦντος σωματοειδοῦς*. Fisch.

ἐνδοῦνται δὲ κ. τ. λ.] Similia de animæ humanæ in aliorum animalium corpora migratione fingit Noster in Timæo p. 42. 91. De Rep. l. x. sub finem, itemque in Phædro p. 249. Pythagoricorum, unde sua Plato, hac de re commenta vide apud Timæum Locrum de Anim. Mundi in fine. Quid autem senserunt recentiores disciplinarum harum sectatores, docebit Plotinus, Enn. 3. l. iv. p. 284. Hierocles, Comm. in Aur. Carm. ad v. 53. idemque apud Photium, Codd. 214. et 251. et Proclus ad Timæum l. v. p. 329. Forst.

ἐνδοῦνται] Pertinere ad h. l. videtur particula commentariorum Olympiodori, edita a Gesnero Fragm. Orph. p. 410. *Ὅτι παλαιὸς λόγος, Ὀρφικός τε γὰρ καὶ Πυθαγόρειος, ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων, καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις.* Atque huic particulæ addi debet illa, quam vulgavit Wyttenbachius ad Plut. S. N. V. p. 98. Sed legi etiam de hoc ipso Pythagoræ dogmate potest, præter Lucian. Auct. Vit. t. i. p. 373. Græv. Lactant. iii. 19. vii. 12. 30. vii. 23. 2. Epit. Institut. xxxvi. 7. in primisque Plotinus *περὶ τῆς εἰς τὰ σώματα καθόδου τῆς ψυχῆς*. Fisch.

ἐνδοῦνται] Adscriptum a Meibomio in marg. Bas. 2. *ἐνδύονται*, vix dignum memoratu, tamen post proximum *ἐνδεθῶσι* nuper aliquis præferre potuit, scilicet quod in seqq. infertur *ἐνδύεσθαι*. Heind.

εἰς τοιαῦτα ἤθη ὁποῖ' ἄττ' ἂν καὶ] Vulgo *εἰς τὰ τοιαῦτα*, in quibus articulum cum Cod. Paris. et Stob. ejeci. Indidemque recepi voculam *καί*. Pro *ὁποῖ' ἄττα* vulgo male *ὀπ. ἄττα*. Theodoret. *οἷα ἄττα*. Schol. Synesii *ὁποῖά ποτ' ἄν*.— De *sedibus* et *domiciliis*, quo significatu *ἤθη* h. l. accipi voluit Fischer. vocabulum usurpari constat a scriptoribus Ionicis (v. Gregor. ad Dial. ibiq. Koen. p. 236.), unde usum hunc mutuati sunt poetæ et posteriores interdum prosaici [e. g. Ælian. N. A. v. 13. *τόποις συνηθέσι καὶ διατριβαῖς* citatus a Fischero]; apud Atticos vix usquam sic ponitur, minime certe in his, ubi vel sequens *μεμελετηκυῖαι morum* significationem requirit. Igitur *ἤθη τοιαῦτα* sunt h. l. *ζῶα τοιούτοις ἤθεσι χρώμενα*. Heind.

μεμελετηκυῖαι τύχωσιν[g] ἐν τῷ βίῳ. Τὰ ποῖα δὴ ταῦτα §. 31. W.
λέγεις, ὦ Σώκρατες; Οἷον τοὺς μὲν γαστριμαργίας[h] τε

αὗτα *ς.—[g] τυγχάνωσιν G.—[h] γαστριμάργους L.—[i] φιλοποσίας 𝔄ΓΔΛΞΠΦGs:

τύχωσιν] Schol. Synesii et Theodoret. τυγχάνωσιν. male. mox Theodoret. ἐν τῷδε τῷ βίῳ. Fisch.

τὰ ποῖα δὴ ταῦτα λέγεις;] *Metempsychosin*, quæ dicitur migratio animæ in alia corpora, potius μετενσωμάτωσιν dicendam fuisse; μετεμψύχωσιν enim, secundum grammaticam rationem, significare ejusmodi animarum migrationem, qua aliæ deinceps animæ in idem corpus migrent: recte monet Olympiodorus Cod. iii. p. 27. quod vero ibidem disputat contra hanc opinionem Platonis, animas non in brutorum corpora migrare statuens, sequitur sectam Porphyrii et Iamblichi; quum antiquiores Platonici, et ipse Plotinus, opinionem Platonis retinuissent: eoque pertinent, quæ in Excerptis Cod. i. p. 77. traduntur: Ὅτι τὴν εἰς τὰ ἄλλα εἴδη μετεμψύχωσιν οἱ μὲν παλαιότεροι Πλατωνικοὶ κατὰ συμπλήρωσιν ἐξηγοῦνται· οἷς πολλὰ μὲν οἱ ἀκριβέστεροι ἀντιλέγουσιν, ἐκεῖνο δὲ μέγιστον τεκμήριον ὅτι μὴ οὕτως εἴρηται τὸ εἰς θεῶν γένος ἀφικνεῖσθαί τινας· ὡς οὖν οὗτοι (οὐ addendum) συμπληροῦσι θεοὺς, οὐδὲ ἐκεῖναι τὰ ἄλλα ζῶα· οἱ δὲ τοῖς ἤθεσι κατὰ μεταφορὰν εἰδοποιεῖσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ὄνους μὲν λεγομένους τοὺς ὀνώδεις, θεοὺς δὲ τοὺς θείους, καὶ τὰ ἄλλα γένη ὡσαύτως· οὓς διελέγχει εἰπὼν κατὰ συνήθειαν καὶ μελέτην τῆς ἐν ἀνθρωπείῳ ζωῆς μετεμψυχοῦσθαι εἰς τὰ ἄλλα γένη, τοὺς μὲν ὀνώδεις φέρε εἰς τοὺς ὄνους, ἀνάπαλιν ἢ ὡς οὗτοι λέγουσιν. Τρίτοι δὲ οἱ κατὰ ἐπακολούθησιν τὴν σὺν τοῖς ἄλλοις ζῴοις ἔξωθεν γιγνομένην· ὧν τὴν δόξαν βεβαιοῖ τό τε ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ συνεῖναι βουλόμενον, καὶ τὸ οὕτω σαφῶς εἰς θεοὺς ἀπιέναι καὶ συνδιατρίβειν τοῖς θεοῖς οὕτως εἰρημένον πρότερον· καὶ εἰ περὶ τὰ μνήματα ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι ὑπὸ τῆς δίκης, διὰ τί οὐχὶ καὶ περὶ τὰ ἄλογα ζῶα, εἰ καὶ ἀλλότρια, ὅμως καλλίω τῶν νεκρῶν σωμάτων. Luculentum est Nemesii testimonium de Nat. Hom. c. 2. p. 82. Oxon. Matthæi p. 115. Κοινῇ μὲν οὖν πάντες Ἕλληνες, οἱ τὴν ψυχὴν ἀθάνατον ἀποφηνάμενοι, τὴν μετενσωμάτωσιν δογματίζουσι· διαφέρονται δὲ περὶ τὰ εἴδη τῶν ψυχῶν· οἱ μὲν γὰρ ἓν εἶδος τὸ λογικὸν εἶναι λέγουσι, τοῦτο δὲ καὶ εἰς φυτὰ καὶ εἰς τὰ τῶν ἀλόγων σώματα μεταβαίνειν, οἱ μὲν κατά τινας ῥητὰς χρόνων περιόδους, οἱ δὲ, ὡς ἔτυχεν· ἄλλοι δὲ οὐχ ἓν εἶδος ψυχῶν, ἀλλὰ δύο, λογικόν τε καὶ ἄλογον· τινὲς δὲ πολλὰ, τοσαῦτα ὅσα τῶν ζῴων τὰ εἴδη. Μάλιστα δὲ οἱ ἀπὸ Πλάτωνος περὶ τὸ δόγμα τοῦτο διηνέχθησαν· εἰπόντος γὰρ Πλάτωνος τὰς μὲν θυμικὰς καὶ ὀργίλους καὶ ἁρπακτικὰς ψυχὰς λύκων καὶ λεόντων σώματα μεταμφιέννυσθαι, τὰς δὲ περὶ τὴν ἀκολασίαν ἠσχολημένας, ὄνων καὶ τῶν τοιούτων ἀναλαμβάνειν σώματα· οἱ μὲν κυρίως ἤκουσαν τοὺς λύκους καὶ τοὺς λέοντας καὶ τοὺς ὄνους· οἱ δὲ τροπικῶς αὐτὸν εἰρηκέναι διέγνωσαν, τὰ ἤθη διὰ τῶν ζῴων παρεμφαίνοντα. Κρόνιος μὲν γὰρ ἐν τῷ περὶ παλιγγενεσίας, οὕτω δὲ καλεῖ τὴν μετενσωμάτωσιν, λογικὰς πάσας εἶναι βούλεται· ὁμοίως δὲ καὶ Θεόδωρος ὁ Πλατωνικὸς ἐν τῷ ὅτι ἡ ψυχὴ πάντα τὰ εἴδη ἐστί· καὶ Πορφύριος ὁμοίως. Ἰάμβλιχος δὲ τὴν ἐναντίαν τούτοις δραμὼν, κατ' εἶδος ζῴων ψυχῆς εἶδος εἶναι λέγει, ἤγουν, εἴδη διάφορα· γέγραπται γοῦν αὐτῷ μονόβιβλον ἐπίγραφον, ὅτι οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων εἰς ζῶα ἄλογα, οὐδὲ ἀπὸ ζῴων ἀλόγων εἰς ἀνθρώπους αἱ μετενσωματώσεις γίνονται, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ ζῴων εἰς ζῶα, καὶ ἀπὸ ἀνθρώπων εἰς ἀνθρώπους· καί μοι δοκεῖ μᾶλλον οὗτος, ἕνεκα τούτου, καλῶς κατεστοχάσθαι μὴ μόνον τῆς Πλάτωνος γνώμης, ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθείας αὐτῆς· κ. τ. λ. Eadem propemodum, et quæ cum his componere juvet, tradit Æneas Gaz. in Theophr. p. 16. Οἱ μὲν παλαιοὶ μυσταγωγοὶ τῶν λεγομένων μετεκίνησαν οὐδὲν, εὖ εἰδότες ὅτι τῶν Αἰγυπτίων ὁ Πλάτων μαθητὴς γενόμενος, καὶ παρ' ἐκείνων διατεθρυλλημένος τὰ ὦτα ὡς ἡ τῶν ἀνθρώπων ψυχὴ πάντα ζῶα μεταβαίνει, πανταχοῦ τῶν λόγων διασπείρει τὸ δόγμα. Πλωτῖνος γοῦν καὶ Ἁρποκρατίων ἀμέλει καὶ Βοηθὸς καὶ Νουμήνιος τὸν τοῦ Πλάτωνος ἰκτῖνον παραλαβόντες, ἰκτῖνον ἀποδιδόασι, καὶ τὸν λύκον λύκον, καὶ τὸν ὄνον ὄνον, καὶ ὁ πίθηκος αὐτοῖς οὐκ ἄλλο ἢ τοῦτο, καὶ ὁ κύκνος οὐκ ἄλλος ἢ κύκνος νομίζεται· καὶ πρὸ τοῦ σώματος ἐμπίπλασθαι τὴν ψυχὴν, δυνατὸν εἶναι λέγουσι καὶ τοῖς ἀλόγοις ἐξεικάζεσθαι· ᾧ γοῦν ὡμοιώθη κατὰ τοῦτο φέρεται, ἄλλη ἄλλο ζῶον ὑποδῦσα. Ἐπιγενόμενοι δὲ Πορφύριος καὶ Ἰάμβλιχος, καὶ τοὺς πρὸ αὐτῶν σοφίᾳ περιφρονοῦντες, καὶ ἐρυθριῶντες τὸν Πλάτωνος ὄνον καὶ λύκον καὶ ἰκτῖνον, καὶ κατανοήσαντες ὡς ἄλλη μὲν

καὶ ὕβρεις καὶ φιλοποσίας[i] μεμελετηκότας καὶ μὴ διευλαβημένους[j] εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη καὶ τῶν τοιούτων θηρίων[k]

φιλοτησίας *ς.—[j] διευλαβουμένους ΔΛΞΠΥΦCHLs et pr 𝔄.—[k] θηρίων om TCEHIL

λογικῆς ψυχῆς ἡ οὐσία, ἄλλη δὲ ἀλόγου, καὶ ὅτι οὐ μετανίστανται, ἀλλ' ὡσαύτως ἔχουσιν αἱ οὐσίαι οἷαι τὸ πρῶτον προῆλθον· οὐ γὰρ τῇ ψυχῇ τὸ λογικὸν συμβεβηκὸς ὡς μεταχωρεῖν, ἀλλ' οὐσίας διαφορὰ βεβαίως ἱδρυμένη· καὶ ὅλως ἀδύνατον τὸν λόγον εἰς ἀλογίαν μετατίθεσθαι, εἰ μὴ καὶ τὸ ἄλογον φήσουσιν ὑφαρπάζειν τοῦ λόγου τὴν φύσιν. Ταῦτα ὀψέ ποτε διαλογισάμενοι, ὑπερπηδήσαντες τὰ ἄλογα τῶν ζώων μεταβαλόντες, οὐκ εἰς ὄνον φασὶν ἀλλ' ὀνώδη ἄνθρωπον. (f. leg.—ζώων, μετέβαλον αὐτὰς οὐκ εἰς ὄνου φύσιν, ἀλλ' εἰς ὀνώδη ἄνθρωπον.) Οὐ γὰρ τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν τῶν σωμάτων μορφὴν, μεταμπίσχεσθαι· ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῆς σκηνῆς οἱ τῆς τραγῳδίας ὑποκριταὶ, οἳ νῦν μὲν τὸν Ἀλκμαίωνα, νῦν δὲ τὸν Ὀρέστην ὑποκρίνονται. Cætera probabiliter vertit Barthius: non item ἐμπίπλασθαι, *posse vivere:* quod reddendum erat *contaminari:* quæ notio in compositis hujus verbi frequens est, ut vel ex Ruhnkenii annotatione ad Tim. p. 31. intelligitur. Plotinus quidem Platonis auctoritatem sequens, ex Timæo p. 552. hanc opinionem usurpat Ennead. iii. 4. p. 284. A. et suis ipse rationibus confirmat Ennead. iv. 3. p. 381—389. Et Porphyrium in eadem sententia mansisse, potius Nemesio credam, quam Æneæ Gazæo eum novatoribus annumeranti; licet item prodat Augustin. de Civitate Dei, x. 30. 'Platonem animas hominum post mortem revolvi usque ad corpora bestiarum scripsisse, certissimum est. Hanc sententiam Porphyrii doctor tenuit Plotinus: Porphyrio tamen jure displicuit.' Similia tradit xii. 20. xxii. 27. Quod, docti cæterum scriptoris, sed in Græcis non satis versati, παράκουσμα videtur. In Porphyrii quidem, quæ exstant, scriptis, et aliorum de eo proditis mentionibus, quod saltem sciam, nil hujusmodi diserte reperitur; quin de animarum migratione loquitur, quasi Platonis sententiam sequatur. Itaque in ejus fragmento apud Stob. Eclog. Phys. p. 140. quæ cum alio indidem retuli ad Plutarch. de S. N. V. p. 113. in his verbis de migratione animarum, ὧν μὲν γὰρ ἐν τῇ μεταβολῇ καὶ γενέσει τὸ ἐπιθυμητικὸν ἐξανθοῦν ἐπικρατεῖ καὶ δυναστεύει, τούτοις ἴσον ὠθῇ καὶ σώματα καὶ βίους θολεροὺς καὶ ἀκαθάρτους ὑπὸ φιληδονίας καὶ γαστριμαργίας φησὶ γενέσθαι τὴν μεταβολήν· ubi Canteri correctio, pro vitioso ἴσον ὠθῇ legentis εἰς ὀνώδη, verisimilis plane esset, si constaret Porphyrium ex eorum numero fuisse qui, ut supra vidimus, statuerunt migrationem non fieri in *asinos*, sed in *asininos* homines; et nisi manifesto constaret, eum hoc loco Platonis sententiam interpretari et de veris animalibus accipere, cum ex ipso argumento disputationis, tum ex illis verbis p. 141. μὴ λάθῃ θηρίον γενομένη; et nisi tres veteres codices εἰς νωθῆ, i. e. *in tarda et inertia corpora*, præberent in ed. Heerenii vol. i. p. 1052. Iamblichus, ut aliis multis in placitis a Porphyrio dissensit, Proclo in Comment. ad Platon. Tim. passim hunc dissensum notante, sic hoc in argumento de Animarum migratione, ibidem i. p. 45. qui duas diversas illas priorum sententias, universe, nec sub auctorum nominibus, memorat v. p. 329. tum suam inter illas quasi mediam explicat, eamque cum Platonis doctrina, in Phædro, Timæo, Rep. x. et hoc Phædonis loco prodita, conciliare studet. Hæc autem Procli disputatio, longior quam quæ ipsius verbis referatur, Latine reddita cognoscatur apud Holsten. ad Porphyr. Vit. Pythag. §. 19. p. 24. 25. edit. Kusteri. Hierocles in opere de Providentia et Fato statuens migrationem non nisi ex humanis in humana corpora fieri p. 242. edit. Needhami, eamdem germanam Platonis sententiam esse affirmat, p. 250. Itemque statuit Hermes, qui dicitur, apud Stobæum Eclog. Phys. p. 129. Wytt.

φιλοτησίας] Kœhlero corrigendum videbatur φιλοτήσια· ut Hom. Od. Λ. 245. dixit φιλοτήσια ἔργα, h. e. Hesychio interprete, Ἀφροδίσια, τὰ συνουσιαστικά. At primo hoc nomen non est simile reliquis nominibus: deinde ὕβρεις sunt *stupra, flagitia*, atque adeo οἱ ὕβρεις μεμελετηκότες jam sunt *lascivi, libidinosi, flagitiosi*, Ἀφροδισίων ἥττονες Xenoph. Memor. i. 5. 1. ut Trojani ab Homero Il. ν'. 633. dicuntur ἄνδρες ὑβρισταὶ etiam propter libidinem et flagitia, Eustathio auctore: denique Socrates etiam supra c. 30. conjunxit verba, καὶ πίοι, καὶ φάγοι, καὶ πρὸς τὰ Ἀροδίσια χρή-

εἰκὸς ἐνδύεσθαι. ἢ οὐκ οἴει; Πάνυ μὲν οὖν εἰκὸς λέγεις. I. 82.
Τοὺς δέ γε[l] ἀδικίας τε[m] καὶ τυραννίδας καὶ ἁρπαγὰς[n] προτετιμηκότας εἰς τὰ τῶν λύκων τε[o] καὶ ἱεράκων καὶ ἰκτίνων γένη. ἢ ποῖ ἂν ἄλλοσε φαῖμεν[p] τὰς τοιαύτας ἰέναι;[q] Ἀμέλει, ἔφη ὁ Κέβης, εἰς τὰ τοιαῦτα. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὅς,

et pr Λ.—[l] γε om ΔΦGs.—[m] τε om H.—[n] καὶ ἁρπαγὰς καὶ τυραννίδας Δ.—[o] τε om Φs.—[p] φαῖμεν G : φαμὲν *s.—[q] εἶναι ΠΦG et pr 𝔄.—[r] ἡῖ [οἶ] 𝔄 : ᾗ *s.—[s] ἕκαστα

σαιτο, ita, ut nomen *γαστριμαργίαι* tantum de inexplebili et immani edendi aviditate accipi debeat. Fisch.

φιλοτησίας] *Propinationes benevolas, invitationes ad bibendum,* leniorem habet notionem quam pro hoc loco et pro reprehensis vitiis adjunctis *γαστριμαργίας* et *ὕβρεις*; igitur puto, alicui correctori deberi, elegantiam consectanti; et Platonem scripsisse *φιλοποσίας*, quod magno consensu præbent, et qui hunc locum citant veteres, Theodoret. Serm. xi. p. 651. C. Athen. xv. p. 659. A. Stob. Eclog. Phys. p. 135. Nicephor. Schol. ad Synes. p. 385. C. et codices Vind. A B C F G. Venet. A B. Tub. Nomen *φιλοτησία* diligenter exposuit H. Steph. T. L. Gr. t. iv. p. 156. A—D. cui adhibeatur Gataker ad M. Antonin. xi. 14. p. 326. Ipsum cicutæ poculum jam sumturos, id hoc nomine per urbanitatem appellasse Socratem et Phocionem, narrat Ælian. V. H. i. 16. xii. 49. Usitata notione dixit etiam Aristid. Or. in Bacchum in fine, t. i. p. 31. Himer. p. 222. et 496. Wytt.

φιλοποσίας] Edd. *φιλοτησίας*, *propinationes*, quibus non est hic locus. Illud ex Aug. Tub. Athen. Euseb. Theodoret. Stob. et Schol. Synes. substituimus. *ὕβρεις* hic, ut sæpe, de *stupris* et *flagitiis* intelligendum. Heind.

μεμελετηκότας] *μελετᾷν* verti *cogitare*. Ego aliquando verto *exercere*. Cicero, 'Cogitare proscriptiones, saxa, malas artes,' etc. Virgil. 'Meditari,' servatis vestigiis hujus verbi *μελετᾷν*. Serran.

καὶ μὴ διευλαβημένους] Aug. et Tub. cum Athen. et Stob. *διευλαβουμένους*, quod vel in omnibus libris repertum mutare ipsa cogeret ratio. Sed hoc ipsum *καὶ μὴ διευλαβημένους* dubito nonnihil an satis sincerum sit. Nam si accusativi *γαστριμαργίας τε καὶ ὕβρεις καὶ φιλοποσίας*, uti pendent a verbo *μεμελετηκότας*, ita ad *διευλαβημένους* quoque trahantur, ut, quod censebat Fischerus, *οἱ μὴ διευλαβημένοι* nihil fere differant ab iis quos dixit *μεμελετηκότας*: additamentum hoc dici non potest quam frigidum sit et jejunum. Rectius haud dubie intellexit Ficinus, quum verba sic reddidit: *qui ventri dediti per inertiam atque lasciviam vitam egerunt, neque quidquam pensi pudorisque habuerunt.* Hunc autem sensum planius certe præbet, quod apud Theodoretum legitur, *καὶ μηδὲν εὐλαβουμένους*, quod sic mutatum, *καὶ μηδὲν διευλαβημένους*, si ullus præstaret liber, vulgato ego anteponerem, *διευλαβεῖσθαι* legitur et Phileb. p. 23. C. *τὴν —ἀρχὴν—διευλαβεῖσθαι πειρώμεθα τιθέμενοι*, ac de Rep. vii. p. 536. A. *ἡμῖν—πάντα τὰ τοιοῦτα διευλαβητέον.* Heind.

εἰς τὰ τῶν ὄνων] Quam levia et misera supplicia, quæ ne pessimi quidem metuant. Tertull. de Anim. 33. 'Qui laboribus atque servitiis puniendi, in asinos utique et mulos recorporabuntur, quantum sibi de pistrinis et aquilegis rotis gratulabuntur, si metallorum ergastulorum—ipsorumque carcerum, licet otiosorum, recordentur.' Gottl.

καὶ τῶν τοιούτων] Theodoret. *καὶ τὰ τῶν.* Schol. Synesii: *καὶ τῶν ὁμοίων.* Fisch.

τοὺς τυραννίδας—εἰς τὰ τῶν λύκων κ. τ. λ.] Præclarius disserit in Gorgia (p. 332. 33.) ejusmodi tyrannos, ob gravissima delicta insanabiles, quod nunquam a labe flagitiorum purgari pœnisque liberari possint, exemplum esse apud inferos, quo prosint aliis, injustis vero, ad ea loca descendentibus, præbeant spectaculum. v. Stob. Eclog. Phys. p. 142. Gottl.

ἢ ποῖ—φαμὲν] *φαμὲν* Tub. Aug. cum libris editis, quod, quum *ἂν* h. l. commode trahi queat ad *ἰέναι*, ego non muto in *φαῖμεν*, quamvis id præbeat Euseb. et Theodoret. Heind.

δῆλα δὴ καὶ τἆλλα, οἷ[r] ἂν ἑκάστη[s] ἴοι κατὰ τὰς[t] αὐτῶν ὁμοιότητας τῆς μελέτης;[u] [§. 71.] Δῆλον δή, ἔφη· πῶς δ' οὔ; Οὐκοῦν εὐδαιμονέστατοι, ἔφη, καὶ τούτων εἰσὶ[v] καὶ εἰς βέλτιστον τόπον ἰόντες οἱ τὴν δημοτικήν[w] τε[x] καὶ πολιτικὴν ἀρετὴν ἐπιτετηδευκότες, ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην, ἐξ ἔθους τε[y] καὶ μελέτης γεγονυῖαν ἄνευ φιλοσοφίας τε καὶ νοῦ; Πῆ[z] δὴ[a] οὗτοι εὐδαιμονέστατοι; Ὅτι[b] τούτους εἰκός ἐστιν εἰς τοιοῦτον πάλιν ἀφικνεῖσθαι πολιτικόν τε[c] καὶ ἥμερον γένος, ἤ που[d] μελιττῶν ἢ σφηκῶν

𝔄ΠΦG cum corr E et rc Γ, ἕκαστον Δ.—[t] αυτὰς I.—[u] μελλο ῆ ης Δ.—[v] εἰς om ΥΗ IL et pr E.—[w] δηλωτικήν Δ.—[x] τε om Π et pr 𝔄.—[y] τε om L.—[z] πῶς Ξ.—[a] δὲ Δ.—[b] ὅτι οὐ 𝔄Π.—[c] τε add 𝔄ΔΠΦGs.—[d] ἤ που...γένος om I.—[e] ἢ ante καὶ om

ᾗ ἂν ἑκάστη ἴοι κατὰ τὰς αὐτῶν ὁμοιότητας τῆς μελέτης] *Quocumque quæque iverit, iverit secundum similitudinem consuetudinis.* Est genus breviloquentiæ, ut in simili usu nominis ἕκαστος apud alios et Herodotum i. 114. ὡς ἑκάστῳ ἔργον προστάσσων, *opus cuique, ut conveniret, mandans:* de quo diximus ad Selecta Hist. Gr. p. 346. Vind. A B. ἕκαστα. Stobæus mendose, ᾗ ἂν ἕκαστα, ἐοικάτατας α. δ. τ. μ. Hoc loco sensui consulendum, ᾗ ἂν ἑκάστη inter duo commata ponendo. Wytt.

οἷ ἂν ἑκάστη] οἷ pro ᾗ ex Aug. dedit Fischer. Heind.

§. 71. καὶ τούτων] *Vel horum*, per se non felicium. Tum post δημοτικὴν particulam τε cum Tub. omittit Euseb. Heind.

πολιτικὴν ἀρετὴν—ἣν καλοῦσι σωφροσύνην κ. τ. λ.] Has virtutes absque philosophia, sed meditando et consuetudine comparari dicit, utramque, cum justitiam tum temperantiam, vocat πολιτικήν. In Symposio (p. 189.) prudentiam maximam virtutum habet. l. x. Reip. 473. fuisse, ait, unum de cœlestibus advenis, qui ante in republica bene constituta vixerit, ἔθει, ἄνευ φιλοσοφίας, ἀρετῆς μετειληφότα. Gottl.

εὐδαιμονέστατοι] Mirum accidit, hos popularis et civilis virtutis studiosos adjungi istis vitiosis et flagitiosis, et in commune genus τῶν φαύλων poni: qui omnes, sive meliores, sive pejores, distinguuntur a philosophis mox §. 32. initio. Hæc postea distinctio a Stoicis maxime celebrata est; omnes non σοφοὺς uno nomine φαύλους appellantibus. Sed et ab aliis ita factitatum: v. c. Plutarcho Sap. Conviv. p. 157. A. τοῖς μὲν σοφοῖς μέτρον ὁ νόμος δέδωκε, πρὸς δὲ τοὺς φαύλους ἐρῶ λόγον τῆς ἐμῆς θυγατρός—. Est autem *civilis virtus* infimo gradu; cum quatuor omnino sint virtutum gradus; ut quidem posteriores Platonici eos descripserunt, principe Plotino; Enn. i. lib. ii. unde profecti sequentes eas passim memorarunt: v. c. Porphyr. de Gradibus p. 34. Marinus Procli vitam ad eas exigens: Macrobius illum Plotini locum Latine vertens, de Somnio Scip. i. 8. 'Plotinus inter philosophiæ professores cum Platone princeps, libro de Virtutibus, gradus earum vera et naturali divisionis ratione compositos per ordinem digerit. Quatuor sunt, inquit, quaternarum genera virtutum: ex his primæ politicæ vocantur, secundæ purgatoriæ, tertiæ animi jam purgati, quartæ exemplares.'—cætera apud ipsum legantur, digna cognitu, longiora quam ut hic apponantur. Wytt.

τούτους] Stob. et Euseb. τούτοις. vitiose. Neque melius Scholiastes Synesii mox, ταυτό γε. Fisch.

εἰς τοιοῦτον] Declaratur τοιοῦτον hoc verbis seqq. πολιτικόν τε (Sic Tub. Vulgo deest τε) καὶ ἥμερον. Sic infra §. 90. παραγίγνεσθαι τοιουτοισὶ λόγοις τοῖς αὐτοῖς τοτὲ μὲν δοκοῦσιν ἀληθέσιν εἶναι, τοτὲ δὲ μή. de Legg. i. p. 625. A. ἐπειδὴ δὲ ἐν τοιούτοις ἤθεσι τέθραφθε νομικοῖς. Demosth. in Leptin. §. 12. τὸ μὲν τοίνυν τῆς πόλεως ἦθος—ἴδοι τις ἂν τοιοῦτον ἀψευδὲς καὶ χρηστόν. Et conf. not. ad Gorg. §. 105. Heind.

πολιτικὸν γένος—ἤ που μελιττῶν]

ἢ μυρμήκων, ἢ[e] καὶ εἰς ταὐτόν[f] γε πάλιν τὸ ἀνθρώπινον γέ- II. iii. 55.
νος, καὶ γίγνεσθαι ἐξ αὐτῶν ἄνδρας μετρίους. Εἰκός. Εἰς §. 32. W.
δέ γε θεῶν γένος μὴ[g] φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ
ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἀλλ'[h] ἢ τῷ φιλομαθεῖ. ἀλλὰ

ΓΛΥCEHL.—[f] ταυτό L.—[g] γένος καὶ μὴ Δ.—[h] ἀλλ' G et pr 𝔄Π, οὐδ' ἄλλω Δ:

Apes vocantur πολιτικὸν γένος, quod rempublicam habent, consilia atque duces, cessantium inertiam notant, mox et morte puniunt. Et ita quoque Aristoteles apes vocat, Hist. Anim. i. 1. p. 471. Hinc Virgilius: (iv. Gorg. i.) 'Admiranda tibi levium spectacula rerum, Magnanimosque duces, totiusque ordine gentis Mores et studia et populos et prœlia dicam.' Quanta præmia Pythagorica disciplina temperantibus proposuerit hac migratione in ejusmodi animalcula, facile intelligitur. v. Tertull. de Anim. 33. Gottl.

μυρμήκων ἢ καί] Cod. Aug. *μυρμήκων, καί*. Theodoretus l. c. sententiam hujus loci verbis complexus est his: Ἔστιν εὑρεῖν αὐτὸν (Platonem) λέγοντα, τῶν τὴν πολιτικὴν ἀρετὴν ἠσκηκότων τὰς ψυχὰς εἰς μελίττας μετενσωματουμένας, καὶ σφῆκας, καὶ μύρμηκας, καὶ εἴς γε τὸ ἀνθρώπειον γένος. Fisch.

εἰς δέ γε θεῶν γένος κ. τ. λ.] Sic omnes libri, et Stob. Eclog. Phys. p. 135. Iamblich. Protrept. p. 78. Nicephor. Schol. Synes. p. 382. et quamquam trajectiones non abhorrent a Platonis consuetudine, tamen hoc loco potius librarii perturbatio, quam scriptoris compositio, exstare videtur. Quid enim audimus? *In deorum autem genus non philosophato nec plane puro abeunti, non fas est pervenire alii quam studioso doctrinæ.* Ergo potest aliquis, quamvis non plane purus nec philosophatus, in deorum genus pervenire, modo sit doctrinæ studiosus? Hæc ita cum a Platonis ratione, tum a sano sensu, aliena sunt, ut nil magis. Equidem Platonem scripsisse puto: Εἰς δέ γε θεῶν γένος μὴ οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῶς ἀπιόντι· i. e. *In deorum autem genus nefas est alii pervenire, quam doctrinæ studioso philosophato et plane puro abeunti.* Hierocles interpretatus est obiter, et mutatis verbis difficultatem vitans, in Aur. Carm. p. 310. τοῦτο φιλοσοφίας ὁ τελεώτατος καρπὸς, τοῦτο τῆς ἱερατικῆς καὶ τελεστικῆς ἔργον τέχνης τὸ μέγιστον—ἐπειδὴ εἰς γένος θεῶν οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἄλλῳ ἢ τῷ κτησαμένῳ ἀλήθειαν μὲν καὶ ἀρετὴν ἐν ψυχῇ, καθαρότητα δὲ ἐν τῷ πνευματικῷ αὐτῆς ὀχήματι. Est autem animadvertenda vis et consuetudo nominum φιλομαθὴς et φιλόσοφος, quæ subinde idem significant, cum φιλομαθὴς sit genus, φιλόσοφος species; omnis φιλόσοφος sit φιλομαθὴς, at non contra, omnis φιλομαθὴς idem sit φιλόσοφος. Quam consuetudinem secutus Cicero frequens *doctos* et *doctissimos* pro *philosophis* dixit. Platoni Phædone §. 13. prope finem οἱ ὀρθῶς φιλομαθεῖς sunt *philosophi*, item §. 33. et §. 34. Rep. v. p. 466. G. quo pertinet Procli Quæstio p. 422. τίς ἡ τῶν φιλοσόφων φιλομαθία καὶ ἡ τῶν πολλῶν· Rep. ix. p. 506. C. de optimo genere hominum, quod φιλοκερδεῖ et φιλοτίμῳ opponitur, φιλομαθὲς δὲ καὶ φιλόσοφον καλοῦντες αὐτὸ, κατὰ τρόπον ἂν καλοῖμεν· vi. p. 467. D. τοῦτο μὲν δὴ τῶν φιλοσόφων φύσεων πέρι ὡμολογήσθω ἡμῖν, ὅτι μαθήματός γε ἀεὶ ἐρῶσιν, ὅσα ἂν αὐτοῖς δηλοῖ ἐκείνης τῆς οὐσίας τῆς ἀεὶ οὔσης καὶ μὴ πλανωμένης ὑπὸ γενέσεως καὶ φθορᾶς·—καὶ μὲν καὶ ὅτι πάσης αὐτῆς· quod citat Plutarch. in Cicerone p. 861. E. γενόμενος δὲ ὥσπερ ὁ Πλάτων ἀξιοῖ τὴν φιλομαθῆ καὶ φιλόσοφον φύσιν, οἷος ἀσπάζεσθαι πᾶν μάθημα κ. τ. λ. Rep. vi. 471. E. ὅγε ὄντως φιλομαθής· ii. p. 429. B. Ἀλλὰ μέντοι—τό γε φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον ταυτόν. Aristides Or. Plat. ii. t. ii. p. 311. Πλάτων—φιλοσοφίαν τοῦτο εἰπὼν τό γ' ἑαυτοῦ καὶ Σωκράτους καὶ πρᾶγμα καὶ γράμμα, ὅμως κατ' ἀμφοτέρους πεποίηται τοὺς τρόπους αὐτῶν· τούς τε γὰρ φιλοκάλους καὶ φιλομαθεῖς ἐπιεικῶς εὕροι τις ἂν αὐτὸν φιλοσόφους ὀνομάζοντα, ἐγγύς τι τῆς τῶν πολλῶν κλήσεως· καὶ πάλιν που διαιρούμενος, τούτους ἰδίᾳ προσείρηκε φιλοσόφους, τοὺς περὶ τὰς ἰδέας πραγματευομένους, καὶ τῶν σωμάτων ὑπερορῶντας. Himerius Or. xiv. 19. p. 612. ἦν γὰρ δὴ καὶ πρὸς φιλοσοφίαν φιλομαθής· ubi nil mutandum; philosophiæ enim tirocinium in fabulis ponendum esse, vetus est sententia Platonis et aliorum. Cæterum

τούτων ἕνεκα, ὦ ἑταῖρε[i] Σιμμία τε καὶ Κέβης, οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες[j] ἀπέχονται[k] τῶν κατὰ τὸ[l] σῶμα ἐπιθυμιῶν ἁπασῶν[m] καὶ καρτεροῦσι καὶ οὐ παραδιδόασιν αὐταῖς αὐτούς,[n] οὔ τι[o] οἰκοφθορίαν τε καὶ πενίαν φοβούμενοι ὥς περ

ἄλλῳ *ς.—[i] ἑταῖρε om ΔΦGs, post σιμμία ponit I.—[j] φιλοσοφοῦντες 𝔄ΔΠΦGs : φιλόσοφοι *ς.—[k] ἔχονται pr Π.—[l] τὸ om I.—[m] πασῶν ΔΦGs.—[n] ἑαυτοὺς 𝔄.—

eamdem sententiam ad amorem accommodavit Plato in Phædro p. 345. F. *εἰς μὲν γὰρ τὸ αὐτὸ ὅθεν ἥκει ἡ ψυχὴ ἑκάστη οὐκ καθικνεῖται ἐτῶν μυρίων—πλὴν ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως, ἢ παιδεραστήσαντος μετὰ φιλοσοφίας.* Wytt.

ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ] Quidnam, quæso, hæc sibi volunt? In quibus *ἄλλῳ* tam arte cohæret cum prægresso dativo *μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ—ἀπιόντι*, ut non possint hæc nisi sic intelligi: *non alii, qui non sit philosophatus nec purus prorsus discedat, fas esse abire ad deos, nisi discendi cupido.* Quasi álius sit *ὁ φιλοσοφήσας*, alius *ὁ φιλομαθής*. *Ἀλλὰ μέντοι*, ut dicit de Rep. ii. p. 376. B. *τόγε φιλομαθὲς καὶ φιλόσοφον ταυτὸν*, atque mox §. 73. ubi hæc leguntur, *γιγνώσκουσιν οἱ φιλομαθεῖς, ὅτι οὕτω παραλαβοῦσα ἡ φιλοσοφία ἔχουσαν αὐτῶν τὴν ψυχὴν ἠρέμα παραμυθεῖται καὶ λύειν ἐπιχειρεῖ—. Ταύτῃ οὖν τῇ λύσει οὐκ οἰομένη δεῖν ἐναντιοῦσθαι ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ κ. τ. λ.* ibi luce clarius est, quos dixit *φιλομαθεῖς*, eosdem deinde dici *ὀρθῶς φιλοσόφους*. Recte igitur, qui hunc locum excerpsit, Schol. Synesii ad lib. *περὶ ἐνυπν.* p. 107. ed. Turneb. *φιλομαθῆ δὲ τὸν φιλόσοφον λέγει ὡς φιλοπράγμονα καὶ ἐρευνητικὸν περὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων.* Ac vitii manifestam lectionem librorum quoque labefactat diversitas. Nam Cod. Aug. et Ms. Iambl. *ἀλλὰ ἢ τῷ φιλομαθεῖ*. Tub. *ἀλλ' ἢ τῷ φιλομ.* Unde nihil proficias. Melius paullo Par. *οὐδ' ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομ.* quod tamen recipere dubitavi, ne ulcus emplastro obtegerem potius quam sanarem. Nam quum non unius tantum generis sint *ὁ φιλοσοφήσας* atque *ὁ φιλομαθής*, sed idem prorsus uterque, cur totum hoc addiderit scriptor tersissimus? An quod minus sit *φιλομαθῆ εἶναι* quam *φιλοσοφῆσαι καὶ παντελῶς καθαρὸν ἀπιέναι*? Hoc et per se improbabile est et accuratius Plato significasset haud dubie. Ergo quum nihil opis libri suppeditent, ipsius sententiæ ratio eo ducit, ut germanam scripturam fuisse hanc suspicemur: *ἀλλὰ μόνῳ τῷ φιλομαθεῖ. Τούτων ἕνεκα* etc. Nam Ficinus quidem, si quid hinc momenti conjecturæ accedit, posterius *ἀλλὰ* non expressit, hunc in modum verba transferens: *In deorum vero genus nulli fas est pervenire, præter eos qui discendi cupiditate flagrantes et philosophati sunt et puri penitus discesserunt. Horum quidem gratia* etc. Heind.

Mihi verba *ἄλλῳ ἢ τῷ φιλομαθεῖ* ex notatione antiqua duplicis scripturæ exstitisse videntur. Beck.

οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι κ. τ. λ.] Videtur expressisse hunc locum Horatius (Sat. l. ii. 7. 83.) 'Sapiens, sibi qui imperiosus, Quem neque pauperies, neque mors neque vincula terrent, Responsare cupidinibus, contemnere honores Fortis.' cf. Cic. Epp. v. 13. qui locus expressus est ex Plat. Epitaph. p. 369. Bas. 2. Gottl.

οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι] Notavimus §. 13. ad finem. Vind. A B F. *οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντες.* Wytt.

οἱ ὀρθῶς φιλόσοφοι] Tub. *οἱ ὀρθ. φιλοσοφοῦντες.* Ut in Phædro §. 61. *ἡ τοῦ φιλοσοφήσαντος ἀδόλως ψυχή*, in Sophist. §. 83. *τῷ καθαρῶς τε καὶ δικαίως φιλοσοφοῦντι.* Nec tamen dubito quin *ὀρθῶς φιλοσόφους* h. l. itidem dixerit, ut infra §. 75. *οἱ δικαίως φιλομαθεῖς.* Heind.

οἰκοφθορίαν] *Rei familiaris jacturam.* Explicuimus vocabulum ad Plutarchi Opp. Moral. p. 12. B. Wytt.

οὔτι οἰκοφθορ.] Vulgo *οὔτε*. Iambl. *οὐχὶ*, Aug. *ὅτι*. In quibus quod delituerat, *οὔτι* dedit Par. (conf. ad §. 70.) ut, quum in vulgata scriptura parum vincta esset oratio, nunc optime præcedentibus annectantur hæc *οὔτι οἰκοφθορίαν—φιλοχρήματοι*, sequentia autem *οὐδὲ αὖ ἀτιμ.* per se integram sententiam efficiant. Deinde post participium *δεδιότες* illatum *ἔπειτα* hic non, ut alias plerumque, *tamen* significat, sed redundat propemodum in hac sententia: *neque rursus ignominiam et inertiæ ignobilitatem metuentes, velut qui magistratuum honorumque cupidi sunt, ab iis abstinent.* Scilicet in hac structura verbum non per se usquam ponitur pro *ὅμως*, sed ibi concessivam sententiam participium continet;

οἱ πολλοὶ καὶ φιλοχρήματοι· οὐδὲ αὖ[p] ἀτιμίαν τε καὶ ἀδοξίαν[q] μοχθηρίας δεδιότες[r] ὥσπερ οἱ[s] φίλαρχοί τε καὶ φιλότιμοι, ἔπειτα[t] ἀπέχονται αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἂν[u] πρέποι, ἔφη, ὦ Σώκρατες,[v] ὁ Κέβης. [§. 72.] Οὐ μέντοι μὰ Δί', ἦ δ' ὅς. τοιγάρτοι τούτοις μὲν ἅπασιν, ἔφη,[w] ὦ[x] Κέβης, ἐκεῖνοι οἷς τι μέλει τῆς αὑτῶν[y] ψυχῆς ἀλλὰ μὴ σώματα[z] πλάττοντες ζῶσι, χαίρειν εἰπόντες οὐ κατὰ ταὐτὰ πορεύονται αὐτοῖς, ὡς οὐκ εἰδόσιν ὅπῃ ἔρχονται, αὐτοὶ δὲ

[o] οὔτι (οι superscr.) 𝔄ΛΠCHI et pr ΓG, οὔτι Φ, οὗτοι E: οὔτε *ς.—[p] ἂν Δ.—[q] ἀδοξίαν τε καὶ ἀτιμίαν Δ.—[r] δεδοικότες G.—[s] ὥσπερ καὶ οἱ I.—[t] ἔπειτ' Δς.—[u] ἂν om pr Ξ.—[v] ὦ (α superscr.) σώκρατες ἔφη L.—[w] ἔφη om ΔΠ, in mg habet 𝔄.—[x] ὁ I.—[y] ἑαυτῶν 𝔄.—[z] σώματι

qui etsi frequentissimus particulæ usus est, tamen et ita, ut h. l. non raro usurpatam eam reperias. Lachet. p. 192. B. Πειρῶ δὴ καὶ σὺ, ὦ Λάχης, τὴν ἀνδρίαν οὕτως εἰπεῖν, τίς οὖσα δύναμις ἡ αὐτὴ ἐν ἡδονῇ καὶ ἐν λύπῃ καὶ ἐν ἅπασιν οἷς νῦν ἐλέγομεν αὐτὴν εἶναι, ἔπειτα ἀνδρία κέκληται. Xenoph. Cyrop. i. 3. 11. στὰς ἂν, ὥσπερ οὗτος, ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ, ἔπειτα ὁπότε βούλοιτο εἰσιέναι ἐπ' ἄριστον λέγοιμ' ἂν etc. Hieron. vii. 9. Ὅταν οἱ ἄνθρωποι ἄνδρα ἡγησάμενοι εὐεργετεῖν ἱκανὸν εἶναι καὶ ἀπολαύειν αὐτοῦ ἀγαθὰ νομίσαντες ἔπειτα τοῦτον ἀνὰ στόμα ἔχωσιν ἐπαινοῦντες—οἱ αὐτοὶ ἔμοιγε δοκοῦσι τιμᾷν τοῦτον ἀληθῶς. In his autem ἔπειτα non est *postea*, sed *tum*. V. not. ad Cratyl. §. 60. Heind.

φιλοχρήματοι—φιλότιμοι] Quare duo deteriora genera οἱ πολλοὶ καὶ φιλοχρήματοι, et alterum φίλαρχοι καὶ φιλότιμοι, meliori opponantur φιλομαθεῖ καὶ φιλοσόφῳ, diximus supra ad §. 15. Wytt.

ἔπειτα ἀπέχονται αὐτῶν] Particula ἔπειτα fere ex abundanti participiis subjungi solet: ut εἶτα frequentissime apud Ælianum: item hæc apud Plutarchum Opp. Mor. p. 550. A. Vit. p. 615. F. Vide et Hoogeven. Doctr. Partic. p. 391. Wytt.

§. 72. ἔφη, ὦ Κεβ.] ἔφη non habet Tub. Fisch.

σώματα πλάττοντες ζῶσι] *Sua quique corpora fingentes, vivunt quasi animam formare negligentes.* De anima corpus formante, dicitur in deteriorem partem a Plotino Enn. v. 3. p. 505. A. ἀφέλοις πρῶτον τὸ σῶμα—καὶ τὴν πλάττουσαν τοῦτο ψυχήν. Quod autem pluralis numerus σώματα singulari ψυχὴν subjungitur, videtur eo pertinere, quod una anima plura deinceps migrando corpora occupat. Dicitur πλάττειν σῶμα et ψυχὴν, *formare, fingere, ingenium et corpus:* ut ostendimus ad Plutarchi Opp. Mor. p. 3. E. Wytt.

σώματα πλάττοντες] Tub. et Par. σώματι. Me quidem quum pluralis σώματα, tum magis etiam offendit verbum πλάττειν, *artificiose fingere et formare,* quum h. l. vocabulum potius requiratur *colendi et fovendi* vi præditum. Tim. p. 42. D. τὸ δὲ μετὰ τὸν σπόρον τοῖς νέοις παρέδωκε θεοῖς σώματα πλάττειν θνητά. de Rep. ii. p. 377. τοὺς ἐγκριθέντας (μύθους) πείσομεν τὰς τροφούς τε καὶ μητέρας λέγειν τοῖς παισὶ καὶ πλάττειν τὰς ψυχὰς αὐτῶν τοῖς μύθοις πολὺ μᾶλλον ἢ τὰ σώματα ταῖς χερσίν. Plutarch. Coriol. p. 229. D. τίς ἂν ἄλλος εἴη τρόπος ᾧ βοηθοῦσιν ἀνθρώποις καὶ συνεργοῦσιν (οἱ θεοί); οὐ τὸ σῶμα δήπου πλάττοντες ἡμῶν οὐδὲ τὰς χεῖρας ὡς δεῖ μετατιθέντες αὐτοὶ καὶ τοὺς πόδας, ἀλλὰ τῆς ψυχῆς τὸ πρακτικὸν—ἐγείροντες. Ergo quum Codd. aliquot dativum σώματι habeant, in πλάττοντες latere suspicor verbum significatu *serviendi blandiendique* præditum. An λατρεύοντες? Certe si πλάττειν h. l. alio significatu positum existimetur, τὸ σῶμα scribi pro σώματα debebit. Heind.

οὐκ εἰδόσιν ὅπῃ ἔρχονται] Hinc sua forsan Plotinus, γινομένων ἁπάντων ἀψόφῳ κελεύθῳ κατὰ δίκην, ἣν οὐκ ἔστι φυγεῖν οὐδενί· ἧς ἐπαΐει μὲν ὁ φαῦλος οὐδέν· ἄγεται δὲ οὐκ εἰδὼς οἷ δεῖ ἐν τῷ παντὶ φέρεσθαι. ὁ δ' ἀγαθὸς καὶ οἶδε, καὶ οἷ δεῖ ἄπεισι· καὶ γινώσκει πρὶν ἀπιέναι οὗ ἀνάγκη αὐτῷ ἐλθόντι οἰκεῖν· καὶ εὔελπις

ἡγούμενοι οὐ δεῖν ἐναντία τῇ φιλοσοφίᾳ πράττειν καὶ τῇ
ἐκείνης[a] λύσει τε καὶ καθαρμῷ ταύτῃ τρέπονται, ἐκείνῃ
§. 33. W. ἑπόμενοι ᾗ ἐκείνη ὑφηγεῖται. Πῶς, ὦ Σώκρατες; Ἐγὼ
ἐρῶ, ἔφη. γιγνώσκουσι γάρ, ἦ δ᾽ ὅς, οἱ φιλομαθεῖς ὅτι πα-
II. iii. 56. ραλαβοῦσα αὐτῶν τὴν[b] ψυχὴν ἡ[c] φιλοσοφία ἀτεχνῶς δια-
δεδεμένην[d] ἐν τῷ σώματι καὶ προσκεκολλημένην,[e] ἀναγκα-
ζομένην δὲ ὥς περ δι᾽ εἰργμοῦ διὰ τούτου[f] σκοπεῖσθαι τὰ
ὄντα ἀλλὰ μὴ αὐτὴν δι᾽ αὑτῆς, καὶ ἐν πάσῃ[g] ἀμαθίᾳ κυ-
λινδουμένην,[h] καὶ τοῦ εἰργμοῦ τὴν δεινότητα κατιδοῦσα ὅτι
δι᾽[i] ἐπιθυμίας ἐστίν, ὡς ἂν μάλιστα αὐτὸς ὁ δεδεμένος ξυλ-

𝔄, σώματι Π.—[a] ἐκεῖνοι L.—[b] αὐτὴν L.—[c] ἡ om Φs.—[d] δεδεμένην Δs.—[e] προσκεκωλυμένην s.—[f] τούτων C, τοῦτο H.—[g] μέση L.—[h] κυλινδουμένην 𝔄ΓΔΛΠΦEGH.

ἐστιν ὡς μετὰ θεῶν ἔσοιτο. Enn. 4. l. iv. p. 440. Forst.

λύσει] Nescio, an ad hunc locum referri debeat scholion Olympiodori, editum a Gesnero in Fragmentis Orphei p. 409. ὁ Διόνυσος λύσεώς ἐστιν αἴτιος. Διὸ καὶ Λυσεὺς ὁ θεός· καὶ Ὀρφεύς φησιν·—Ἄνθρωποι δὲ τελήεσσας ἑκατόμβας Πέμψουσιν πάσῃσιν ἐν ὥραις ἀμφιέτῃσιν (Ms. alter, ἀμφιέτεσσιν) Ὄργια ἐκτελέσουσι, λύσιν προγόνων ἀθεμίστων Μαιόμενοι· σὺ δὲ τοῖσιν ἔχων κράτος, οὕς κ᾽ ἐθέλῃσθα Λύσεις ἔκ τε πόνων χαλεπῶν καὶ ἀπείρονος οἴστρου. Qua autem in re posita sit ἡ τῆς φιλοσοφίας λύσις τε καὶ καθαρμὸς, Socrates deinceps ipse ostendit c. 33. ubi pro ἐναντία ποιεῖν legitur ἐναντιοῦσθαι. Fisch.

παραλαβοῦσα—τὴν ψυχὴν ἡ φιλοσοφία] *Philosophia, quæ animum occuparit, ut rationi obediant cupiditates, ut mens, semota a corpore, res intueatur.* Quid possit ex mente veterum philosophia, præclare complexus est Cic. Tusc. ii. 5. et v. 2. Hæc forma videtur eadem esse, quam ἀντιλαμβάνει φιλοσοφία τινὸς, *complectitur, adjuvat philosophia* aliquem; in Parmen. p. 140. ed. Fisch. ubi Parmenides ad Socratem: Nec dum te philosophia complexa est, s. nondum exerces eam. Kœhlerus vertit: *philosophia, quæ animum corpori illigatum deprehendit*; quod vero est καταλαβοῦσα. Gottl.

δι᾽ εἰργμοῦ] Sic cum Edd. Cod. Tub. Contra Cod. Aug. hic et deinde εἱργμοῦ, velut apud Hesych. Εἱργμός. κώλυσις. δεσμός. συνέχεσις. Sed bene Eustath. ad Odyss. A. p. 14. ed. Bas. τὸ εἴργω ἐπὶ μὲν τοῦ κωλύω ἐψίλουν οἱ Ἀττικοί, καὶ δῆλον ἐκ τοῦ ἀπεῖρξαν· ἐπὶ δὲ τοῦ ἐγκλείω ἐδάσυνον, ὡς δηλοῖ τὸ καθεῖρξαν, ὅθεν καὶ δασύνεται καὶ ἡ εἱρκτή. Heind.

κυλινδουμένην] Sic iterum pro vulgato καλινδουμένην libri optimi, Aug. Tub. Bas. 2. cum Iambl. Heind.

ὅτι δι᾽ ἐπιθυμίας ἐστὶν, ὡς ἂν μ.] Tritum loquendi genus est εἶναι s. γίγνεσθαι διά τινος, modo activo, modo passivo sensu. H. l. quum εἰργμὸς ipse vix dici queat ἐπιθυμεῖν, passive capiendum τὸ δι᾽ ἐπιθυμίας εἶναι, ut διὰ χαρίτων, διὰ σπουδῆς, διὰ μνήμης, δι᾽ εὐχῆς τι εἶναι dicitur et id genus alia. Igitur in hoc ipso claustri hujus vis cernitur, quod appetitur ab eo, qui his constrictus vinculis tenetur. Heind.

ὡς ἂν] Pertinet hoc ἂν non ad ὡς, sed ad εἴη, positumque ὡς pro ὥστε, velut Aristoph. Thesm. 395. Πῶς δ᾽ οὐχὶ διαβέβληχ᾽ ὅπουπερ ἔμβραχυ Εἰσὶν θεαταὶ—Ὡς εὐθὺς εἰσιόντες ἀπὸ τῶν ἰκρίων Ὑποβλέπουσ᾽ ἡμᾶς etc. multisque aliis locis; ut idem ita exprimi potuerit, ὥστε ἂν μάλιστα τὸν δεδεμένον ξυλλήπτορα εἶναι τῷ δεδέσθαι. Sed dativus hic τῷ δεδέσθαι magnopere dubito an recte habeat. Quemadmodum enim verbum ξυλλαμβάνειν cum genitivo rei construitur, Phædr. §. 29. ξύμ μοι λαβέσθε τοῦ μύθου. Aristoph. Vesp. 733. νῦν δ᾽ αὖ παρών τις—τῶν θεῶν ξυλλαμβάνει τοῦ πράγματος. Pace 437. Χὤστις προθύμως ξυλλάβῃ τῶν σχοινίων, et ubique alias: ita et ξυλλήπτωρ. Xenoph. Mem. ii. 2. 12. ἵνα—ἀγαθοῦ σοι γίγνηται συλλήπτωρ. ii. 2. 32. ἀγαθὴ συλλήπτρια τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων. Nam Demosth. de Cor. Reisk. p. 231. οὔτε χρήμασιν οὔτε σώμασιν οὔτ᾽ ἄλλῳ οὐδενὶ τῶν πάντων συνελάμβανον

λήπτωρ εἴη τῷ δεδέσθαι, [§. 73.] —ὅπερ οὖν λέγω, γι- I. 83.
γνώσκουσιν οἱ φιλομαθεῖς ὅτι οὕτω παραλαβοῦσα ἡ φιλο-
σοφία ἔχουσαν αὐτῶν[j] τὴν ψυχὴν ἠρέμα παραμυθεῖται καὶ
λύειν ἐπιχειρεῖ, ἐνδεικνυμένη ὅτι[k] ἀπάτης μὲν μεστὴ ἡ διὰ
τῶν ὀμμάτων[l] σκέψις, ἀπάτης[m] δὲ ἡ διὰ τῶν ὤτων[n] καὶ τῶν
ἄλλων αἰσθήσεων, πείθουσα δὲ[o] ἐκ τούτων μὲν ἀναχωρεῖν[p]
ὅσον μὴ ἀνάγκη αὐτοῖς χρῆσθαι, αὐτὴν δὲ εἰς αὐτὴν ξυλ-
λέγεσθαι καὶ ἀθροίζεσθαι παρακελευομένη, πιστεύειν δὲ
μηδενὶ[q] ἄλλῳ ἀλλ' ἢ αὐτὴν αὐτῇ, ὅ τι ἂν νοήσῃ αὐτὴ καθ'
αὑτὴν αὐτὸ καθ' αὑτὸ τῶν ὄντων· ὅ τι δ' ἂν δι' ἄλλων
σκοπῇ ἐν ἄλλοις ὂν ἄλλο, μηδὲν ἡγεῖσθαι ἀληθές· εἶναι δὲ
τὸ μὲν τοιοῦτον αἰσθητόν τε καὶ ὁρατόν, ὃ δὲ αὐτὴ ὁρᾷ,
νοητόν τε καὶ ἀειδές. ταύτῃ οὖν[r] τῇ λύσει οὐκ οἰομένη δεῖν
ἐναντιοῦσθαι ἡ τοῦ ὡς ἀληθῶς φιλοσόφου ψυχὴ οὕτως ἀπέ-
χεται τῶν ἡδονῶν τε καὶ ἐπιθυμιῶν[s] καὶ λυπῶν καὶ φόβων II. iii. 57.

Is: καλινδουμένην s.—[i] δι' om Δ.—[j] αὐτὴν L.—[k] ὅτι om pr Γ.—[l] ὀνομάτων L.—[m] ἁπάσης L.—[n] ἀκοῶν ΔΦGs.—[o] δὴ H.—[p] ἀποχωρεῖν ΔΦGs.—[q] δὲ καὶ μηδενὶ Δ.—[r] δ' οὖν Φs, δὲ G.—[s] λυπῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ΔΦGs.—[t] ἢ λυπηθῇ om pr 𝔄Π, post

ἡμῖν dativi sunt instrumenti. Hic igitur corrigendum τοῦ δεδέσθαι. Heind.

§ 73. τῶν ὄντων] Rei vocabulum in re philosophica plane augustum volui retinere, ut exprimat τὸ ὄν. sicuti Cic. sæpe vertit ex hoc autore. Plinio philosophiam tractanti frequens est dicendi genus, 'Quicquid est rerum.' et Horat. 'Abdita rerum,' res abditas et abstrusas dixit. Serran.

ὅ, τι δ' ἂν δι' ἄλλων σκοπῇ, ἐν ἄλλοις ὂν ἄλλο] *Quidquid vero per alia consideret,* (i. e. *corporeum per sensus corporis*), *quum in aliis sensibus aliud appareat, nihil horum verum putare*—. dicitur et ad sententiæ veritatem, et ad figuræ concinnitatem. Similis caussa est in Phædro p. 345. C. καθορᾷ δὲ ἐπιστήμην, οὐχ ᾗ γένεσις πρόσεστιν· οὐδ' ἥ ἐστί που ἑτέρα ἐν ἑτέρῳ οὖσα, ὧν ἡμεῖς νῦν ὄντων καλοῦμεν· ἀλλὰ τὴν ἐν τῷ ὅ ἐστιν ὂν ὄντως ἐπιστήμην οὖσαν—. Sympos. p. 331. C. item idea pulcri describitur,—οὐδέ που ὂν ἐν ἑτέρῳ τινὶ, οἷον ἐν ζώῳ, ἢ ἐν γῇ, ἢ ἐν οὐρανῷ, ἢ ἔν τῳ ἄλλῳ· ἀλλὰ αὐτὸ καθ' αὑτὸ μεθ' αὑτοῦ, μονοειδὲς ἀεὶ ὄν. Plotinus significat Enn. v. l. viii. p. 546. C. περὶ δὲ τῆς ἐκεῖ ἐπιστήμης, ἣν δὴ καὶ ὁ Πλάτων κατιδὼν φησὶν, οὐδ' ἥτις ἐστὶν ἄλλη ἐν ἄλλῳ. Enn. vi. lib. vii. p. 727. C. ὥστε μήτε ἐν τόπῳ εἶναι, μήτε ἔν τῳ ἄλλῳ ἐν οἷς πέφυκεν ἄλλο ἐν ἄλλῳ εἶναι. οὐδὲ γὰρ αὐτός που· ὁ δὲ νοητὸς τόπος ἐν αὐτῷ, αὐτὸς δὲ οὐκ ἐν ἄλλῳ. Synesius Dione p. 48. A. de eadem re: οὐδὲ γάρ ἐστιν—οἷον ἄλλο ἐν ἄλλῳ. Iamblich. apud Stob. Eclog. Phys. p. 872. edit. Heerenii: Πλάτων μὲν οὖν οὐχ ὡς ἑτέρας τὰς δυνάμεις, ἐν ἑτέρᾳ τῇ ψυχῇ ἐνεῖναι ἡγεῖται, συμφύτους δ' αὐτὰς καὶ κατὰ μίαν ἰδέαν συνυφεστηκέναι λέγει διὰ τὴν ἀσύνθετον (vulgo σύνθετον) οὐσίαν τῆς ψυχῆς. Hermias in Platonis Phædrum p. 313. ὁ γὰρ ὁρῶν, ὡς ἄλλος ἄλλο ὁρᾷ· δεῖ δὲ ἕνωσιν γενέσθαι. Wytt.

οἰομένη—οὕτως ἀπέχεται] Quæ ratio est particularum εἶτα et ἔπειτα cum verbo post participium positarum, ut modo vidimus: eadem est ratio in hoc loco particulæ οὕτως, cujus usus multa annotavimus exempla ad Plutarchum: et quædam dedit Taylor. ad Demosth. Or. In Mid. vol. ix. p. 628. Reisk. Apud Platonem hæc et plura vidimus v. c. Hipparch. p. 3. B. καὶ τοὺς περιαλγήσαντας ταύτῃ τῇ ἀτιμίᾳ, οὕτως ἀποκτεῖναι τὸν Ἵππαρχον: Menone p. 16. E. αὐτὸς ἀπορῶν, οὕτω καὶ τοὺς ἄλλους ποιῶ ἀπορεῖν· Alcib. i. p. 32. B. 33. D. Alcib. ii. 37.

καθ' ὅσον δύναται, λογιζομένη ὅτι ἐπειδάν τις σφόδρα ἡσθῇ ἢ φοβηθῇ ἢ λυπηθῇ[t] ἢ ἐπιθυμήσῃ, οὐδὲν τοσοῦτον κακὸν[u] ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν ὅσον[v] ἄν τις οἰηθείη, οἷον ἢ νοσήσας ἤ τι ἀναλώσας διὰ τὰς ἐπιθυμίας, ἀλλ' ὃ πάντων[w] μέγιστόν τε κακὸν[x] καὶ ἔσχατόν ἐστι,[y] τοῦτο πάσχει[z] καὶ οὐ[a] λογίζεται αὐτό. Τί τοῦτο, ὦ Σώκρατες; ἔφη ὁ Κέβης. [§. 74.] Ὅτι ψυχὴ[b] παντὸς ἀνθρώπου ἀναγκάζεται ἅμα τε ἡσθῆναι ἢ λυπηθῆναι σφόδρα[c] ἐπί τῳ[d] καὶ ἡγεῖσθαι, περὶ ὃ ἂν μάλιστα τοῦτο πάσχῃ,[e] τοῦτο ἐναργέστατόν τε εἶναι καὶ ἀληθέστατον,[f] οὐχ οὕτως ἔχον. ταῦτα δὲ μάλιστα * τὰ[g] ὁρατά. ἢ οὔ; Πάνυ γε. Οὐκοῦν ἐν τούτῳ τῷ πάθει μάλιστα καταδεῖται ψυχὴ[h] ὑπὸ σώματος;[i] Πῶς

ἡσθῇ ponit rc Π : ἡσθῇ καὶ λυπηθῇ ΔΦGs.—[u] κακὸν τοσοῦτον Γ.—[v] ὧν 𝔄ΓΔΛΠΦC EGHIs.—[w] πάντων om L.—[x] κακὸν 𝔄ΔΠΦCGIs : κακῶν *ς.—[y] ἐστι om ΔΦGs.—
ει
[z] πάσχοι 𝔄.—[a] οὐ om Δ.—[b] ὅτι ψυχὴ 𝔄ΓΔΠGs : ὅτι ἡ ψυχὴ *ς.—[c] ἢ λυπηθῆναι
ἢ
σφόδρα om Γ : καὶ σφόδρα λυπηθῆναι G.—[d] ἐπί τῳ, ΓΔΞΥΦΕΗΙs : ἐπὶ τῷ *ς.—
η
[e] πάσχει 𝔄, πάσχοι C.—[f] εἶναι καὶ ἀληθέστατον 𝔄ΓΔΛΞΠΥΦCGHIs : καὶ ἀληθέστατον εἶναι ς.—[g] τὰ add Heindorfius.—[h] καταδεῖται ψυχὴ 𝔄ΓΔΞΠCGHL, καταδεῖ-

D. Protagor. 195. B. Wytt.

καὶ φόβων] Hæ voces a Cod. Iamblichi Rigalt. aberant. Fisch.

ἢ φοβηθῇ ἢ λυπηθῇ] Iambl. ἢ λυπηθῇ ἢ φοβηθῇ. Tub. omittit hæc ἢ λυπηθῇ. Heind.

κακὸν ἔπαθεν ἀπ' αὐτῶν] Sc. τῶν ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν etc. In his etsi scribi potuit ὑπ' αὐτῶν, ut Apolog. Socr. init. ὅ,τι—πεπόνθατε ὑπὸ τῶν ἐμῶν κατηγόρων, infra in hoc dial. §. 86. ὃ πεπόνθειμεν ὑπὸ τῶν λόγων. Cyrop. vi. 1. 36. οἷα πεπόνθασιν ὑπ' ἔρωτος, et sexcenties alias: probum tamen illud puto, ad quod suppleri potest γενόμενον. Heind.

ὅσον ἄ. τ.] Ald. ὅσων ἄν. Bas. 2. ὅσον ὧν. Iambl. ὡς ἄν. Tub. Aug. ὧν ἂν, quod ex scripturæ compendio natum. ὅσον ἂν recte Bas. 1. atque inde Steph. Tum Aug. Tub. et Iambl. κακὸν pro κακῶν. Heind.

§. 74. ὅτι ψυχὴ] Vulgo ἡ ψυχή. Sed articulum scripti libri, Aug. Tub. Par. non agnoscunt. Iambl. ὅτι δὴ ψυχή. Infra §. 75. οὕτω λογίσαιτ' ἂν ψυχὴ ἀνδρὸς φιλοσόφου, ubi inculcatus a Fischero articulus ne in uno quidem libro comparet. Heind.

ἐπί τῳ, καὶ ἡγ.] Ita Tub. et Edd. vett. Vitiose Ed. Steph. ἐπὶ τῷ κ. ἡγ. Nam sensus est, *animum cogi simul et gaudere vel dolere magnopere de re quapiam et putare* etc. ἐπὶ τούτῳ Iambl. et Aristipp. Tum Tub. τοῦτο ἐναργ. τε εἶναι καὶ ἀληθ. Aug. εἶναι omittit. Heind.

ταῦτα δὲ μάλιστα τὰ ὁρατὰ] *Hæc autem potissimum ea sunt, quæ cerni possunt.* Sensu postulante art. τὰ a præcedente syllaba absorptum interjeci. Sed eundem statim post cum Tub. expunxi, ubi vulgo legitur καταδεῖται ἡ ψυχὴ ὑπὸ σώμ. Conf. not. ad §. 24. Heind.

ὑπὸ σώματος] σῶμα notat h. l. *cupiditates, quas corpus gignit et alit.* Mens ejusmodi cupiditatibus polluta, dicitur ἀναπλέα σώματος. Plutarch. Romul. (p. 36.) ejusmodi mentem πεφυρμένην σώματι et περίπλεων σώματος; quæ appellat, sunt Platonica. Conferri meretur locus in Timæo (p. 43. et 86. Steph.) ubi docet, hanc animi cum corpore contagionem, cui adjungit malam educationem, caussam morborum animi esse. v. Cic. de Invent. 13. 'ita totum animal movebatur illud quidem, sed immoderate et fortuitu—.' Gottl.

δή; Ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη ὥς περ ἧλον ἔχουσα
προσηλοῖ αὐτὴν πρὸς τὸ σῶμα καὶ προσπερονᾷ καὶ ποιεῖ
σωματοειδῆ, δοξάζουσαν ταῦτα ἀληθῆ εἶναι ἅ περ ἂν
καὶ[j] τὸ σῶμα φῇ. ἐκ γὰρ τοῦ ὁμοδοξεῖν τῷ σώματι καὶ
τοῖς αὐτοῖς χαίρειν ἀναγκάζεται,[k] οἶμαι, ὁμότροπός τε
καὶ ὁμότροφος[l] γίγνεσθαι καὶ οἵα[m] μηδέποτε καθαρῶς εἰς
Ἅιδου[n] ἀφικέσθαι, ἀλλ᾽ ἀεὶ τοῦ σώματος ἀναπλέα[o] ἐξιέ-
ναι, ὥστε ταχὺ πάλιν πίπτειν[p] εἰς ἄλλο σῶμα καὶ ὥς περ II. iii. 58.
σπειρομένη ἐμφύεσθαι, καὶ ἐκ τούτων ἄμοιρος εἶναι τῆς τοῦ[q]
θείου τε καὶ καθαροῦ καὶ μονοειδοῦς συνουσίας.[r] Ἀλη-
θέστατα, ἔφη, λέγεις, ὁ Κέβης, ὦ Σώκρατες. [§. 75.] §. 34. W.
Τούτων τοίνυν ἕνεκα, ὦ Κέβης, οἱ δικαίως φιλομαθεῖς κόσ-
μιοί τ᾽[s] εἰσὶ καὶ ἀνδρεῖοι,[t] οὐχ ὧν οἱ πολλοὶ ἕνεκά φασιν.
ἢ σὺ οἴει;[u] Οὐ δῆτα ἔγωγε. Οὐ γὰρ ἀλλ᾽ οὕτω λογί- I. 84.

ται ἡ ψυχὴ *ς.—[i] ὑπὸ τοῦ σώματος ΔΦGLs et rc 𝔄.—[j] καὶ om pr Γ.—[k] ἀναγκάζετο
β ο α
H.—[l] ὁμότροφός τε καὶ ὁμότροπος ΔΦGs, ὁμότροπός τε καὶ ὁμοίτροφος 𝔄.—[m] οἵα 𝔄ΞΥΦGI et corr Γ: οἷα *ς.—[n] καθαρῶς εἰς ᾄδου ΔΦGs: εἰς ᾄδου καθαρῶς *ς.—[o] τοῦ σώματος ἀναπλέα 𝔄Π, ἀνάπλεα τοῦ σώματος ΓΛΞΥCEHIL, ἀνάπλεω τοῦ σώματος Φ: ἀναπλέα τοῦ σώματος *ς.—[p] πίπτει pr Ξ.—[q] τοῦ om Δ.—[r] οὐσίας pr G.—[s] τε add ΔΦGs et rc 𝔄Π.—[t] ἀνδρεῖοι καὶ οὐχ ὧν καὶ οἱ Δ.—[u] οὐκ οἴει G.—[v] ψυ-

ἧλον ἔχουσα, κ. τ. λ.] Hujus sententiæ elegantiam posteris frequentatam ostendimus ad Plutarchum de S. N. V. p. 125. Quibus addatur Iamblich. Vit. Pythag. §. 228. *μήτε προσηλούντων τῷ σώματι τὴν ψυχὴν παθημάτων καὶ προσπερονώντων ἐπιστρέφεσθαι*· ubi fontem imitationis notavit Kuster. Idem Iamblich. de Myster. Ægypt. ii. 6. p. 48.— *παθῶν πληροῖ προσηλούντων τοὺς θεωροῦντας τοῖς σώμασι.* Clemens Alexandr. Strom. ii. p. 407. A. Proclus in Remp. Plat. p. 383. *αὗται γοῦν (αἱ ἡδοναὶ) καὶ ὁ Σωκράτης φησὶν, ὥσπερ ἧλον ἔχουσαι προσπερονῶσιν αὐτὰς καὶ προσηλοῦσι τοῖς σώμασι.* Attigit quoque Bentleius ad Horat. Serm. ii. 2. 79. Wytt.

ὁμότροπος] Pollux vi. 156. *καὶ Πλάτων ὁμότροπον—εἶπε.* Fisch.

ὁμότροπός τε καὶ ὁμότροφος] Simili paronomasia Lachet. p. 188. B. *ἐμοὶ μὲν οὖν οὐδὲν ἄηθες οὐδ᾽ αὖ ἀηδές. ὁμότροφος*, quatenus non *τρέφεται ὑπὸ τοῦ ἀληθοῦς καὶ τοῦ θείου καὶ τοῦ ἀδοξάστου* §. 75. Heind.

καθαρῶς ἀφικέσθαι] Imo *καθαρὸς*, ut §. 31. *οὕτω μὲν καθαροὶ ἀπαλλαττόμενοι τῆς τοῦ σώματος ἀφροσύνης.* §. 68. *ἐὰν μὲν καθαρὰ ἀπαλλάττηται.* §. 71. *μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ παντελῶς καθαρῷ ἐπιόντι.* Heind.

τοῦ σώματος ἀναπλέα] *A corpore inquinata.* Vulgo *ἀναπλέα τοῦ σώμ.* Nostro ordine Tub. et Par. Pro *ἀναπλέα* Aug. *ἀνάπλεως.* Recte haud dubie, nec tamen illud movere placuit, quum in Xenoph. Cyrop. i. 3. 5. legatur *ὅτι καταπλέα (ἡ χεὶρ) σοι ἀπ᾽ αὐτῶν ἐγένετο.* Sed et ibi Codd. Brem. et Guelf. *πλέα* habent. Scilicet simplex est *πλέως, πλέα, πλέων*; in compositis, ut solet, utriusque generis sunt *ἔκπλεως, κατάπλεως, ἀνάπλεως* etc. Nam Æliano, cujus hæc in v. *Ἔκπλεα* Suidas profert, *φιλοφροσύνης ἐκπλέας ἀπολαύσαντες*, nihil in his tribuendum. Heind.

§. 75. *οἱ δικαίως φιλομαθεῖς*] *Vere philosophantes, doctrinæ recte studentes: φιλομαθὴς* Platoni qui sit, diximus §. 32. *δικαίως*, hoc sensu intelligitur ex ejus contrario de quo diximus §. 19. cui annotationi addatur Taylor. ad Æschin. Or. Adv. Ctesiphont. p. 586. ed. Reisk. Wytt.

οὐ γάρ· ἀλλ᾽ οὕτω] *Non profecto: sed*

τῷ Ἀσκληπιῷ ὀφείλομεν ἀλεκτρυόνα] Hoc postremum Socratis mandatum, ejus obtrectatores cupide arripientes, nec ad se ipsi respicientes, exagitarunt: in quibus cæteris æquior Theodoret. Serm. vii. p. 590. B. ἐγὼ δὲ οἶμαι καὶ Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου, τὸν ἀλεκτρυόνα θῦσαι κελεῦσαι, ἵνα τὴν κατ᾽ αὐτοῦ γεγενημένην διελέγξῃ γραφήν· ἐγραψάτην γὰρ αὐτὸν Ἄνυτός τε καὶ Μέλιτος, ὡς εἶναι θεοὺς οὐ νομίζοντα· quæ an caussa exstiterit, non statuimus. Scriptor Epistolæ Socraticæ xiv. p. 36. hoc nescio unde acceptum tradidit: ὡς δὲ ἔπιε τὸ φάρμακον, ἐπέστελλεν ἡμῖν τῷ Ἀσκληπιῷ θῦσαι ἀλεκτρυόνα· ὀφείλειν γὰρ αὐτῷ κατ᾽ εὐχήν τινα, ὁπότε ἠσθένει ἀφικόμενος ἀπὸ τῆς ἐπὶ Δηλίῳ μάχης. Dacierius Socratem merito quidem probat, sed mystica interpretatione aliena illa ab hac Platonis narratione. Conferatur et Spencer ad Origen. adv. Celsum vi. p. 632. E. ubi citatus Socratis defensor Cælius Rhodiginus Antiq. Lect. xvi. 12. tacite secutus est Ficini Argumentum in Phædonem p. 800. a. D. hic autem Olympiodorum Cod. i. p. 169. sic interpretantem: Διὰ τί τῷ Ἀσκληπιῷ τὸν ἀλεκτρυόνα ἀποδίδωσιν; ἢ ἵνα τὰ νενοσηκότα τῆς ψυχῆς ἐν τῇ γενέσει ταῦτα ἐξιάσηται; μήποτε δὲ κατὰ τὸ λόγιον, καὶ αὐτὸς τὸν παιᾶνα ᾄδων βούλεται ἀναδραμεῖν εἰς τὰς οἰκείας ἀρχάς. Paulo aliter p. 261. Διὰ τί ὀφείλειν ἔφη τῷ Ἀσκληπιῷ τὴν θυσίαν, καὶ τοῦτο τελευταῖον ἐφθέγξατο· καίτοι εἰ ὤφειλεν ἐπιστρεφὴς ὢν ἀνὴρ, οὐκ ἂν ἐπελάθετο· ἢ ὅτι παιωνίου δεῖται προνοίας ἡ ψυχὴ ἀπαλλαττομένη τῶν πολλῶν πόνων. διὸ καὶ τὸ λόγιόν φησι, τὰς ψυχὰς ἀναγομένας τὸν παιᾶνα ᾄδειν. Æsculapii victimam gallum prodit etiam Artemidorus Onirocrit. v. 9. Libanius t. i. p. 842. A. et quædam de hoc genere adfert Haverkampius ad Tertulliani Apologet. xlvi. p. 380. Wytt.

ὃς τὰ ὄμματα ἔστησεν] *Socrates oculos fixerat*: unus interpretum Cornarius in hanc sententiam probabiliter vertit: *et oculi illi obriguerunt*, modo scripsisset *obriguerant*. Certe καὶ ὃς est Socrates, mortuus oculis apertis et fixis, et sic apparens quum rursus detectus esset. Eum, dictis postremis verbis, rursus aut se ipsum obvolvisse, aut a custode aliove adsidente obvolutum fuisse, quamquam non dicitur, tamen sponte intelligitur; nisi forte excidit, quum diserte positum fuisset, ἀλλ᾽ (ἐνεκαλύψατο αὖθις, vel ὁ ἄνθρωπος ἐνεκάλυψεν αὐτόν· καὶ) ὀλίγον χρόνον διαλιπὼν κ. τ. λ. Sic modo supra hoc declarabatur, καὶ ἐκκαλυψάμενος, ἐνεκεκάλυπτο γὰρ, εἶπεν κ. τ. λ. Wytt.

καὶ ὃς τὰ ὄμματα ἔστησεν] *Atque illius oculi obriguere*. Chariton. iii. 9. ἐμμανὴς γενομένη στήσασα τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀνέκραγε, ubi vid. Dorvill. p. 404. ed. Lips. Heind.

συνέλαβε τὸ στόμα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς] *Os et oculos clausit*. Mos notus et notatus ab antiquitatum scriptoribus, Kirchman. de Funerib. i. 6. Potter. Archæol. lib. iv. cap. 3. verbum non item hoc usu frequens. Artemidoro ii. 2. τῷ νεκρῷ σώματι συμβάλλειν τὰ χείλη· forte restituendum συλλαμβάνειν. J. Chrysost. de Providentia lib. ii. p. 188. b. D. ὁρῶσα τὸν παῖδα παρεστῶτα καὶ δακρύοντα, καὶ καθαιροῦντα ὀφθαλμοὺς, καὶ συλλαμβάνοντα στόμα, καὶ περιστέλλοντα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα ἐπιμελούμενον ἅπερ αὐτοῦ τοῦ θανάτου πικρότερα τοῖς γεγεννηκόσιν εἶναι δοκεῖ. Wytt.

§. 156. ἥδε ἡ τελευτὴ] Aristippus interrogatus, quomodo Socrates obiisset?

ἡμῖν[o] ἐγένετο, ἀνδρός, ὡς ἡμεῖς φαῖμεν ἄν, τῶν τότε[p] ὧν ἐπειράθημεν[q] ἀρίστου καὶ ἄλλως φρονιμωτάτου[r] καὶ δικαιοτάτου.[s]

—[m] τε om ΠΥΙ et pr Ξ.—[n] ἡ om ΓG.—[o] ἡμῶν Δ.—[p] τῶν τότε om Γ.—[q] ἐπειράσθημεν s.—[r] φρονιμωτάτου τε καὶ ΓΦ.—[s] λογιωτάτου, γρ δικαιοτάτου, Λ.

respondet: ὡς ἂν ἐγὼ εὐξαίμην. Diog. L. in Vita Arist. ii. 8. Gottl.

τῶν τότε, ὧν ἐπειράθημεν] *Eorum qui tunc fuerunt, quos experiundo cognovimus:* τότε nec laudis præstantiæ, nec tempori recentissimo convenit: Ficinus omisit. Requiritur τῶν πώποτε, *eorum, qui unquam fuerunt:* in quam sententiam vertit Dacier; nisi grammaticam rationem intelligens, ipsa certe rei evidentia ductus. Sic supra §. 68. τῶν πώποτε δεῦρο ἀφικομένων· §. 2. εἴπέρ τις πώποτε καὶ ἄλλος. Leg. ix. p. 655. A. πάντων τῶν πώποτε γενομένων—. Dio Chrys. Or. lxv. p. 608. D. φιλαργυρίᾳ τοὺς πώποτε ὑπερεβεβλήκει. Plutarchus sæpe, ut alibi ostendemus: alii item. Wytt.

τῶν τότε] Hic tametsi nihil diversæ lectionis ex libris scriptis editisve enotatum reperimus neque editorum interpretumve quisquam hæsit, insunt tamen in præclara hac dialogi clausula, quæ non levem moveant vitiatæ scripturæ suspicionem. Quid? qui de suæ ætatis neque ita pridem defuncto viro loquitur Phædo, num Socratem dicere potest τῶν τότε, *eorum qui tum fuere,* fuisse optimum? Quod ut feras, quæ tandem ista est oppositio inter τῶν τότε et ἄλλως? Ad priorane tempora an ad futurum spectare putemus hoc ἄλλως? Manifesto depravato loco donec certum alicunde afferatur remedium, legendum conjecerim, ἀνδρὸς, ὡς ἡμεῖς φαῖμεν ἂν, πάντων, τότε ὡς ἐπειράθημεν, ἀρίστου, καὶ ἄλλως φρονιμωτάτου καὶ δικαιοτάτου. τότε i. e. *extremo vitæ Socratis die;* ἄλλως *per totam ejus vitam.* Velut supra §. 150. undecimvirorum minister: ἄλλως—γενναιότατον καὶ πρᾳότατον καὶ ἄριστον ἄνδρα ὄντα τῶν πώποτε δεῦρο ἀφικομένων, καὶ δὴ καὶ νῦν εὖ οἶδ' ὅτι οὐκ ἐμοὶ χαλεπαίνεις. Nisi quis leniorem præferat Buttmanni medelam corrigentis, ἐκ τῶν τότε ὧν ἐπειράθημεν: quo tamen sensu Platonem scripturum potius fuisse ego arbitror ἐξ ὧν τότε ἐπειράθ. *ex iis, quæ tum experti sumus,* si recte omnino habet verbum πειρᾶσθαι h. l. genitivo rei junctum; nec sane, si πάντων abfuerit, in laude non admodum magnifica opus erat modestiæ hac formula, ὡς ἡμεῖς φαῖμεν ἄν. Heind.

ΦΙΛΗΒΟΣ.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ

ΣΩΚΡΑΤΗΣ, ΠΡΩΤΑΡΧΟΣ, ΦΙΛΗΒΟΣ.

ARGUMENTUM.

De summo hominis bono ita agit in hac disputatione Philosophus, ut duabus rebus propositis, Voluptate videlicet atque Sapientia, in quibus homines varie collocant felicitatem, doceat in neutra, per se et seorsim, summum bonum consistere, sed tertio quodam opus esse: cujus communione illæ utiles ad felicitatem hominibus esse possint, quatenus cum illo conjungantur. Tertium autem illud vere et summe bonum est Deus: quem Plato his nominibus designat, cum vocat *αὐτοαγαθὸν*, *αὐτοὸν*, *αὔταρκες*, etc. Ex hujus igitur summi absolutique boni *κοινωνίᾳ* omnes res, quæcunque tandem sint bonæ, bonas et esse et dici ait: illiusque communionis quinque gradus deducit: ita tamen, ut in illis bonis rebus, quæ in vitam humanam cadant, maximam felicitatis partem tribuat Sapientiæ atque intelligentiæ: alteram, Voluptati: illarum autem duarum commixtione, Bonum constitui doceat. Itaque simplex disputationis scopus et thesis est, De humana felicitate. quæ quidem ita definitur: In rebus humanis per se et seorsim nullo modo inest felicitas, sed quatenus cum tertio quodam, id est, summo bono, Deo videlicet, communicant: atque adeo humana felicitas in Voluptatis et sapientiæ mixtione versatur, quatenus duæ illæ cum summo illo bono communicant. Introductio ad dialogum ejusmodi est: Cum multa de summo bono ultro citroque Socrates Philebusque contulissent, atque esset Philebus jam disputando defessus, Protarcho nuper advenienti gratulatus est, annuitque ut provinciam in disputando suam susciperet. Protarchus, utpote adolescens, subito est assensus. Ad quem conversus Socrates, dialogum aggreditur, monetque Protarchum, ut diligenter consideret quam provinciam suscipiat, neque temere ad disputationem properet.

Φ Ι Λ Η Β Ο Σ.*

§. 1. Ὅρα[a] δή, ὦ[b] Πρώταρχε, τίνα λόγον μέλλεις παρὰ Φιλήβου δέχεσθαι νυνὶ[c] καὶ πρὸς τίνα τὸν[d] παρ' Steph. II. 11. Bek. II. iii. 131. §. 1. Fisch.

CODICES TREDECIM,

𝔄 Γ Δ Λ Ξ Π Σ Β C E F H 𝔴.

ὅ

[a] ἆρα EF.—[b] ὦ add rc Σ.—[c] νυνὶ 𝔄ΔΠ : νῦν *ς.—[d] libri τῶν.—[e] ἐὰν 𝔄ΔΠ :

* Scriptores antiqui hunc dialogum ita laudant, ut eum fere simpliciter nominent Φίληβον· ut Plutarch. p. 391. C. et p. 1014. F. t. 2. et Athen. iii. 17. x. 6. xii. 1. Πλάτων ἐν Φιλήβῳ, et ἐν τῷ Φιλήβῳ· Origen. c. Cels. i. p. 20. iv. p. 196. Spenc. Pollux iii. 133. Etymol. M. in v. Γενούστης.—Ἠθικὸς adjectum videtur a grammaticis, qui docere vellent, ad quod genus χαρακτήρων pertineret dialogus. Nam Diog. L. iii. 50. τοῦ δ' ἠθικοῦ—Φίληβος. Contra vero Albinus Isagog. 5. τῷ δὲ πολιτικῷ—Φίληβος. Cæterum scripserat Commentarios in Philebum, præter Proclum, Marinus, Procli discipulus: quos tamen auctor quum Isidoro philosopho minus placuisse vidisset, ipse cremavit. vid. Suidas in v. Μαρῖνος, qui sua ex Damascio hausit. Fisch. Notatis Fischero adde Galen. t. v. p. 333. ἔστι τις ἂν ἄνθρωπος Ἕλλην, ἢ (sic leg.) ἰατρὸς ἢ—ὅστ' οὐκ ἀνέγνω τὸν Πλάτωνος Φίληβον; Porphyr. Ptolem. p. 255. Psell. Didasc. παντοδ. c. 73. πολιτικὸν appellat hunc dial. Bip. Dialogus in gravissimis et difficillimis habetur. Œconomiam ejus copiose persequutus est Schleiermacher. t. ii. pt. iii. p. 128. Beck.

§. 1. ὅρα δή, ὦ Πρ.] Vulgo ὅρα δή, Πρώταρχε, omisso ὦ, quod e Bekk. restituimus. Quod autem particula δὴ statim ab initio ponitur, id ne quem in eam deducat opinionem, ut dialogum capite truncatum esse existimet, quemadmodum olim Patricio accidisse novimus; abripit auctor lectores ad mediam disputationem. Simile exordium Cratyli: Βούλει οὖν καὶ Σωκράτει τῷδε ἀνακοινώσωμεν τὸν λόγον, ubi Heind. particulam οὖν recte tuetur. Hinc etiam pro νῦν, quod vett. editt. exhibent, haud scio an aliquanto melius cum Bekk. scripserimus νυνὶ, cujus usum illustratum reperies a Wolfio ad Demosth. Leptin. p. 242. cfr. Etymol. M. p. 608. 44. et Eustath. ad Odyss. Σ. p. 1840. Stalb.

τίνα τὸν παρ' ἡμῖν] Editt. vett. τίνα τῶν παρ' ἡμῖν sine idoneo sensu. Nam unum tantum fuerat decretum, quod Socrates contra Philebum defendendum susceperat. Quocirca sine ulla cunctatione de Schleiermacheri conjectura, etiam Bekkero probata, rescripsimus: τίνα τὸν παρ' ἡμῖν, quod concise dictum putabis pro: τίς ἐστιν ὁ λόγος ὁ παρ' ἡμῖν,

ἡμῖν ἀμφισβητεῖν, ἐὰν[e] μή σοι κατὰ νοῦν ᾖ λεγόμενος. βούλει συγκεφαλαιωσώμεθα ἑκάτερον;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Φίληβος μὲν τοίνυν ἀγαθὸν εἶναί φησι τὸ χαίρειν πᾶσι ζώοις καὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τέρψιν, καὶ ὅσα τοῦ γένους ἐστὶ τούτου σύμφωνα· τὸ δὲ παρ' ἡμῶν[f] ἀμφισβήτημά ἐστι μὴ ταῦτα ἀλλὰ τὸ[g] φρονεῖν καὶ τὸ νοεῖν καὶ τὸ[h] μεμνῆσθαι καὶ τὰ τούτων αὖ ξυγγενῆ, δόξαν τε ὀρθὴν καὶ ἀληθεῖς λογισμούς, τῆς γε[i] ἡδονῆς ἀμείνω καὶ λῴω[j] γίγνεσθαι ξύμπασιν, ὅσα περ αὐτῶν δυνατὰ μεταλαβεῖν· δυνατοῖς δὲ μετασχεῖν ὠφελιμώτατον ἁπάντων εἶναι πᾶσι τοῖς οὖσί τε καὶ ἐσομένοις. Μῶν οὐχ οὕτω πως λέγομεν,[k] ὦ Φίληβε, ἑκάτεροι;

ἂν *ς.—[f] ἡμῖν *w*.—[g] τὸ ante νοεῖν om *w*.—[h] τὸ add 𝔄ΔΠ.—[i] τε H.—[j] λωΐω 𝔄.—

πρὸς ὃν μέλλεις ἀμφισβητεῖν, ut Lucian. Dialog. Mort. xiii. σκόπει, ὅντινα τὸν τρίτον πατέρα ἐπινοήσεις τῷ σώματι, i. e. ὅστις ἐστὶν ὁ τρίτος πατὴρ, ὃν ἐπ. τ. σ. cfr. Matth. Gr. Gr. §. 264. Quæ quidem loquendi forma quam egregie huic loco conveniat, in quo omnia disputationem non nunc demum inchoari, sed jam diu agitatam esse significant, non opus est copiose demonstrare. Stalb.

ἀγαθὸν εἶναι φησὶ τὸ χαίρειν] Ne quis τὸ ἀγαθὸν scribendum censeat, quia non de *aliquo bono* quæratur, sed potius de *summo bono*, non abs re fuerit monuisse, in tali verborum constructione Græcis non licuisse aliter dicere. De Republ. vi. p. 505. C. ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε γε οἶσθα, ὅτι τοῖς μὲν πολλοῖς ἡδονὴ δοκεῖ εἶναι τὸ ἀγαθὸν, τοῖς δὲ κομψοτέροις φρόνησις, ubi paullo post: τί δέ; οἱ τὴν ἡδονὴν ἀγαθὸν ὁριζόμενοι μῶν μή τι ἐλάττονος πλάνης ἔμπλεοι τῶν ἑτέρων; ἢ οὐ καὶ οὗτοι ἀναγκάζονται ὁμολογεῖν, ἡδονὰς εἶναι κακάς; Phæd. p. 76. D. εἰ ἔστιν, ἃ θρυλλοῦμεν ἀεὶ, καλόν τε καὶ ἀγαθὸν καὶ πᾶσα ἡ τοιαύτη οὐσία καὶ ἐπὶ τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων πάντα ἀναφέρομεν ὑπάρχουσαν πρότερον ἀνευρίσκοντες ἡμετέραν οὖσαν. cfr. ibid. p. 77. A. οὐ γὰρ ἔχω ἔγωγε οὐδὲν οὕτω μοι ἐναργὲς ὂν ὡς τοῦτο τὸ πάντα τὰ τοιαῦτα εἶναι ὡς οἷόντε μάλιστα, καλόν τε καὶ ἀγαθὸν καὶ τἆλλα πάντα, ἃ σὺ νῦν δὴ ἔλεγες. Hipp. Maj. p. 293. E. ἀλλὰ τὸ τοιόνδε σκόπει, εἴ σοι δοκεῖ καλὸν εἶναι (i. e. pulchritudo), ubi vid. Heind. E quibus locis sponte patebit, ubi articulus omitti queat, ubi non. Stalb.

μεμνῆσθαι] Hic e Bekk. inserui articulum τὸ, quem vett. editt. non agnoscunt. Etenim recensentur singulæ mentis virtutes, quæ e Socratis sententia summum bonum absolvunt, ita ut alia ab alia discernatur. Quodsi vero Plato τὸ νοεῖν et τὸ μεμνῆσθαι aut nihil differre statuisset aut in unam aliquam conjunxisset notionem, articulum abesse facile pateremur. Ita paullo ante: τὸ χαίρειν πᾶσι ζώοις καὶ τὴν ἡδονὴν καὶ τέρψιν, quorum verborum paullo alius erit sensus articulo τὴν ante τέρψιν interposito. Recte etiam infra §. 30. τοῦ φρονεῖν καὶ νοεῖν καὶ λογίζεσθαι τὰ δέοντα.—Μὴ ταῦτα sc. ἀγαθὸν εἶναι. Stalb.

ὅσά περ] Quia præcessit ζώοις (dixit enim ἀγαθὸν εἶναι φησὶ τὸ χαίρειν πᾶσι τοῖς ζώοις) ideo hic dicit ξύμπασιν ὅσά περ, neutro genere. Steph.

δυνατοῖς δὲ μετασχεῖν ὠφελιμώτατον] Nota transitum a plurali numero ad singularem factum. Ficinus locum ita cepisse videtur, ut ad δυνατοῖς infinitivum μεταλαβεῖν cogitatione iteraret, μετασχεῖν autem cum ὠφελιμώτατον conjungeret. Vertit enim *eorumque adeptio utilissima*. Neque ego hæc aliter intellexerim, quamquam vid. Heind. ad Parmenid. p. 280. Stalb.

λέγομεν] *Existimamus*, ut sexcenties in Platone. Stalb.

ΦΙ. Πάντων μὲν οὖν μάλιστα,[l] ὦ Σώκρατες.

§. 2. ΣΩ. Δέχει[m] δὴ τοῦτον τὸν νῦν διδόμενον, ὦ Πρώ- II. iii. 132.
ταρχε, λόγον;

ΠΡΩ. Ἀνάγκη δέχεσθαι· Φίληβος γὰρ ἡμῖν ὁ καλὸς ἀπείρηκεν.

ΣΩ. Δεῖ δὴ περὶ αὐτῶν[n] τρόπῳ παντὶ τἀληθές πῃ περανθῆναι;

ΠΡΩ. Δεῖ γὰρ οὖν.

ΣΩ. Ἴθι δή, πρὸς τούτοις διομολογησώμεθα καὶ τόδε. §. 2. F.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὡς νῦν ἡμῶν[o] ἑκάτερος ἕξιν[p] ψυχῆς καὶ διάθεσιν ἀποφαίνειν τινὰ ἐπιχειρήσει τὴν δυναμένην ἀνθρώποις πᾶσι τὸν βίον εὐδαίμονα παρέχειν. ἆρ᾽ οὐχ οὕτως;

ΠΡΩ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὑμεῖς μὲν τὴν τοῦ χαίρειν, ἡμεῖς δ᾽ αὖ τὴν τοῦ φρονεῖν;

ΠΡΩ. Ἔστι ταῦτα.

§. 3. ΣΩ. Τί δ᾽, ἂν ἄλλη τις κρείττων τούτων[q] φανῇ; μῶν οὐκ, ἂν μὲν ἡδονῇ[r] μᾶλλον φαίνηται ξυγγενής, ἡττώ-

[k] λέγωμεν Δ.—[l] μάλιστα om Λ.—[m] δέχει 𝔄 et pr ΔΠ: δέχῃ *ς.—[n] αὐτὸν Λ.—[o] ἡμῶν 𝔄ΔΠ: αὐτῶν *ς præter Σ, qui om.—[p] ἔξεστι Γ.—[q] τούτων om F et pr Δ.

§. 2. *δέχει δὴ τοῦτον τὸν νῦν διδόμενον*] Alludit ad proverbium *δέχεσθαι τὸ διδόμενον ἀνάγκη*. Gorg. p. 499. C. *ἀνάγκη μοι κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ τοῦτο δέχεσθαι τὸ διδόμενον παρὰ σοῦ*, ubi plura dixit Heind. Itaque facete Protarchus *ἀνάγκη δέχεσθαι*. De cognomine Philebi *ὁ καλὸς* cfr. Heind. ad Hipp. §. 1. Boissonad. ad Philostrat. p. 525. Wyttenbach. in Epist. Crit. p. 233. ed. Lips. STALB.

περὶ αὐτῶν] Steph. notavit lect. var. *περὶ τούτων γε αὐτῶν*. Quam quidem unde acceperit, non constat. Etenim Ald. Bas. 2. legunt, ut edidimus. Ficinus: *Oportet equidem quid in iis verum sit, omni studio definire.* De Republ. i. 346. A. *καί, ὦ μακάριε, μὴ παρὰ δόξαν ἀποκρίνου, ἵνα τι καὶ περαίνωμεν.* STALB.

ὡς νῦν ἡμῶν ἑκάτερος] Ald. Bas. 2. *ὡς νῦν αὐτῶν ἑκάτερος*. Quod quum non habeat idoneam explicationem, jam diu est, ex quo Sydenhamus *ἡμῶν* scribendum esse monuit. Neque enim ad vulgatam tuendam ex antecedentibus *τῶν λόγων* cum quibusdam interprett. intellexerim. Quæ ratio et per se nescio quid contorti habet, et verbis sequentibus *οὐκοῦν ὑμεῖς μὲν τὴν τοῦ χαίρειν, ἡμεῖς δ᾽ αὖ τὴν τοῦ φρονεῖν* manifesto repugnat. Multo minus autem *αὑτῶν* corrigere licebit, quod dictum sit pro *ἡμῶν αὐτῶν*. cfr. Dorville ad Charit. p. 296. Lips. Ruhnk. ad Tim. Lex. p. 92. Bast. Specim. Crit. Text. Symp. p. 53. Matth. Gr. Gr. §. 459. p. 677. Quod cur ferri nequeat, facile sentient, qui loci rationem perspexerint. Quare non dubitavi, cum Bekk. *ἡμῶν* in textum recipere, præsertim quum etiam Ficinum ita legisse verisimile sit. Vertit enim *Quod uterque nostrum habitum quendam et affectionem animi—demonstrare conabitur*. Ceterum *ἕξις* atque *διάθεσις* ita differunt, ut illa *statum s. habitum*, hæc vero *affectionem animi* significet. Illa diutius durat, hæc cito transit. cfr. Aristotel. Metaphys. iv. 19. STALB.

II. 12. μεθα μὲν ἀμφότεροι τοῦ ταῦτ'[s] ἔχοντος βεβαίως βίου, κρατεῖ δὲ ὁ τῆς ἡδονῆς τὸν τῆς φρονήσεως;

ΠΡΩ. Ναί.

II. iii. 133. ΣΩ. Ἂν δέ γε[t] φρονήσει, νικᾷ μὲν φρόνησις τὴν ἡδονήν, ἡ δὲ ἡττᾶται; ταῦθ' οὕτως ὁμολογούμενά[u] φατε, ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ.

§. 4. ΣΩ. Τὶ δαὶ[v] Φιλήβῳ; τί φής;

ΦΙ. Ἐμοὶ μὲν πάντως νικᾷν[w] ἡδονὴ[x] δοκεῖ καὶ δόξει· σὺ δ', ὦ[y] Πρώταρχε, αὐτὸς γνώσει.[z]

—[r] ἡδονὴ 𝔄Η.—[s] ταῦτ' Γ.—[t] γε om Π.—[u] ὁμολογοῦμεν & 𝔄ΔΠ.—[v] δαὶ Π.—[w] νικῶν Η.—[x] ἡδονὴν Γ.—[y] ὦ om 𝔄Δ.—[z] γνώσει 𝔄, γνώσῃ corr (ut solent) ΔΠ.—

§. 3. ἡδονῇ—φαίνηται] Ald. Bas. 2. ἡδονή. Male. Bas. 2. φαίνεται. Pessime. Stalb.

τοῦ ταῦτα ἔχοντος] Hæc male cepit Matth. Gr. Gr. §. 439. ἡδονὴν intelligendum arbitratus. Etenim sensus flagitat, ut τὴν κρείττω ἕξιν suppleamus. De verbo κρατεῖν, ubi *superandi* et *vincendi* notione ponitur cum accusativo copulari solito cfr. Brunck. ad Eurip. Phœn. 600. Stalb.

ὁμολογούμενα] Male tentabat aliquis ταῦθ' οὕτως ὡμολογημένα φατέ. Nam sensus verborum hic est: πότερόν φατε, ἡμᾶς περὶ τούτων ὁμολογεῖν; cfr. Heind. ad Hipp. Maj. §. 53. Stalb.

§. 4. τί δὲ Φιλήβῳ;] Ita vett. editt. omnes. Bekk. τί δαὶ Φιλ. Male, opinor. Nam quod grammatici veteres τί δαὶ pro τί δὲ Atticis usitatum fuisse tradunt, cfr. Fischer. ad Euthyphron. §. 4. id meo judicio non sic intelligendum, ac si utraque formula sensu non diversa fuerit. Cui opinioni non solum innumera repugnant exempla, sed etiam illud, quod particulæ istæ in interrogandi formulis sæpissime conjunctæ reperiuntur. Equidem in legendis Atticorum scriptoribus hoc animadvertisse mihi videor: τί δαὶ esse mirantis vel mirationem simulantis, sive *quid ita? quid porro*, sive *quid igitur aliud* verti possit; τί δὲ adversantis vel etiam oratione ad aliud quid pergentis, quam de quo antea sermo fuerat; τί δὴ concludentis et ratiocinantis; τί δαὶ δὴ cum admiratione concludentis; unde sæpissime *quid igitur porro* reddi potest; denique τί δὲ δαὶ ejus, qui mirabundus alteri aliquid objicit aut interrogando ad aliud quid pergit. cfr. Hermann. ad Viger. p. 848. Unde haud scio, an jure quodam nostro discedamus a Porsonis sententia, δαὶ e tragicis ubique eximendum judicantis ad Eurip. Med. 1008. Nec assentior Boekhio in Præfat. ad Sim. Socr. p. xxx. Stalb.

δοκεῖ τε καὶ δόξει] In omnibus editt. desideratur vocula τε, quam usu loquendi postulante sponte in textum restitui. Crito §. 10. οἶδα γάρ, ὅτι ὀλίγοις τισὶ ταῦτα καὶ δοκεῖ καὶ δόξει. Politic. p. 264. A. ἣν δέ γε θηρεύομεν ἐπιστήμην, ἐν τοῖς ἡμέροις ἦν τε καὶ ἔστι. de Republ. ii. p. 377. E. οὗτοι γάρ που μύθους τοῖς ἀνθρώποις ἔλεγον τε καὶ λέγουσι. ibid. iii. p. 391. E. πεισθεὶς, ὡς ἄρα τοιαῦτα πράττουσί τε καὶ ἔπραττον καὶ οἱ θεῶν ἀγχίσποροι. ibid. v. p. 453. C. ἀλλὰ σοῦ δεήσομαί τε καὶ δέομαι. ibid. p. 457. B. κάλλιστα γὰρ δὴ τοῦτο καὶ λέγεται καὶ λελέξεται, ὅτι τὸ μὲν ὠφέλιμον καλὸν, τὸ δὲ βλαβερὸν αἰσχρόν. Quanquam quid in re satis trita exempla coacervasse prodest? Stalb.

αὐτὸς γνώσῃ] Sic et alio in loco (qui est in Protagora, ni me fallit memoria) utitur his verbis αὐτὸς γνώσῃ: ideoque minime suspectus hic esse debet. Steph.

αὐτὸς γνώσει] Modeste hæc et urbane dicta. Gorg. p. 131. τί οὖν δὴ ποιήσομεν; μεταξὺ τὸν λόγον καταλιπῶμεν; ΚΑΛ. αὐτὸς γνώσει. ubi Schol. p. 131. ἀντὶ τοῦ, εἰ θέλεις, ποίει· ἐμοὶ γὰρ οὐ μέλει. Lach. 187. B. καλῶς μὲν ἔμοιγε δοκεῖ, ὦ ἄνδρες, Σωκράτης λέγειν. εἰ δὲ βουλομένοις ὑμῖν ἐστιν περὶ τῶν τοιούτων ἐρωτᾶσθαι τε καὶ διδόναι λόγον, αὐτοὺς δὴ χρὴ γιγνώσκειν, ὦ Νικία τε καὶ Λάχης. Lucian. Dial. Deor. iv. 5. ΖΕΥΣ. Τοῦτ' αὐτό μοι τὸ ἥδιστον ποιήσεις, εἰ ἀγρυπνήσαιμι μετὰ σοῦ. Φιλῶν γὰρ διατελέσω πολλάκις καὶ περιπτύσσων. ΓΑΝΥΜ. Αὐ-

ΠΡΩ. Παραδούς, ὦ Φίληβε,[a] ἡμῖν τὸν λόγον οὐκ ἂν ἔτι κύριος εἴης τῆς πρὸς Σωκράτη[b] ὁμολογίας ἢ[c] καὶ τοὐναντίον.

ΦΙ. Ἀληθῆ λέγεις· ἀλλὰ γὰρ ἀφοσιοῦμαι καὶ μαρτύρομαι νῦν αὐτὴν τὴν θεόν.

ΠΡΩ. Καὶ ἡμεῖς σοι[d] τούτων γε[e] αὐτῶν συμμάρτυρες[f] ἂν εἶμεν,[g] ὡς ταῦτ'[h] ἔλεγες ἃ λέγεις. Ἀλλὰ δὴ τὰ μετὰ ταῦτα ἑξῆς, ὦ Σώκρατες, ὅμως καὶ μετὰ Φιλήβου[i] ἑκόντος[j] ἢ ὅπως ἂν ἐθέλῃ, πειρώμεθα περαίνειν.

[a] φίληβος 𝔄ΔΠ.—[b] σωκράτην ΛΣΒCΗ.—[c] ἦ w.—[d] σε Γ.—[e] γε add 𝔄ΓΔΠ et rc ΞΣ.—[f] μάρτυρες pr Ξ.—[g] εἶμεν corr Σ: ἦμεν *5.—[h] ταῦτ' Γ.—[i] φιλίας ΓΛΒw.—

τὸς ἂν εἰδείης· ἐγὼ δὲ κοιμήσομαι σοῦ καταφιλοῦντος. Dial. Mort. iii. 1. Ὦ Μένιππε, Ἀμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη, ὅ τι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ. ἐγὼ δὲ ἥρως εἰμὶ καὶ μαντεύομαι, ἤν τις κατέλθῃ παρ' ἐμὲ, ubi vide an post οὗτος inserendum sit αὐτός. Stalb.

παραδοὺς—ἡμῖν τὸν λόγον] De Republ. i. p. 331. B. καὶ μέντοι, ἔφη ὁ Κέφαλος, καὶ παραδίδωμι ὑμῖν τὸν λόγον· δεῖ γὰρ ἐμὲ (vulgo με) ἤδη τῶν ἱερῶν ἐπιμεληθῆναι. Stalb.

κύριος] *Penes quem est aliquid.* Isocrat. Panegyr. p. 27. Mor. οὕτως ἡ πόλις ἡμῶν οὐ μόνον θεοφιλῶς, ἀλλὰ καὶ φιλανθρώπως ἔσχεν, ὥστε, κυρία γενομένη τοιούτων ἀγαθῶν, οὐκ ἐφθόνησε τοῖς ἄλλοις, ἀλλ', ὧν ἔλαβεν, ἅπασι μετέδωκε.—Τοὐναντίον i. e. τῆς ἀπαρνίας. Τοὐναντίον sæpissime valet *contra*. Stalb.

αὐτὴν τὴν θεὸν] Dixerat antea, se non amplius disputationis istius participem esse futurum. Viderat enim, deæ suæ, Ἡδονῆς, auctoritatem per eam imminutum iri. Itaque nunc ἀφοσιοῦται h. e. *rem tanquam impiam aversatur.* vid. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 22. ipsamque deam suam obtestatur. Alias loci explicationes silentio transmittere satius fuerit. cfr. Olympiodor. Stalb.

τούτων γε αὐτῶν] Ita e Bekk. scripsimus. Hoc cur præferendum sit, satis patet. Stalb.

ἂν εἶμεν] Ald. Bas. 1. 2. Steph. prave exhibent ἂν ἦμεν, quod ab Heind. ad Theætet. §. 12. recte mutatum in εἶμεν, de qua optativi forma. cfr. Maittaire de Dialect. p. 58. ed. Sturz. et Fischer. ad Weller. t. ii. 501. Stalb.

ὡς ταῦτ' ἔλεγες, ἃ λέγεις] Hæc per epexegesin addita sunt pronomini τούτων γε αὐτῶν, quod quum ad antecedentia referendum sit, hæc ὡς ταῦτ' ἔλεγες, ἃ λέγεις jam complectitur. Ita Aristoph. Lysistr. 177. Ταῖς πρεσβυτάταις γὰρ προστέτακται τοῦτο δρᾷν, Ἕως ἂν ἡμεῖς ταῦτα συντιθώμεθα Θύειν δοκούσαις καταλαβεῖν τὴν ἀκρόπολιν. ubi τοῦτο, quum ad antecedentem versum: καταληψόμεθα γὰρ τὴν ἀκρόπολιν τήμερον referatur, alteram enuntiationem jam continet. Stalb.

ἐθέλῃ] Ficinus: *verum deinceps, o Socrates, una cum Philebo volente, vel quomodocunque vis, conemur absolvere.* Legit igitur ἐθέλῃς. Verum sic nullus idoneus sensus oritur. Retinendum utique ἐθέλῃ, quod eleganter explicat Baumg.-Crus. hoc modo: *attamen sic disputabimus, ut Philebo quoque placere studeamus; sin minus, utcunque ille accipiat.* Itaque ὅπως ἂν ἐθέλῃ i. q. ἀκόντος. Laudavit ille Apolog. §. 12. πάντων δήπου, ἐάντε σὺ καὶ Ἄνυτος μὴ φῆτε, ἐάντε φῆτε. Senec. Epist. 58. 'Cupio, si fieri potest, propitiis tuis auribus; sin minus, dicam et iratis.' Particula ἦ frequenter corrigendi vi prædita. De Republ. viii. p. 547. C. μεταβήσεται μὲν δὴ οὕτω· μεταβᾶσα δὲ πῶς οἰκήσει; ἢ φανερὸν, ὅτι τὰ μὲν μιμήσεται τὴν προτέραν πολιτείαν, τὰ δὲ τὴν ὀλιγαρχίαν. Cratyl. p. 392. D. σκοπῶμεν δὴ διὰ τί ποτε; ἢ αὐτὸς ἡμῖν κάλλιστα ὑφηγεῖται τὸ διὰ τί. Lucian. Dial. Deor. xiv. 2. Τί σκυθρωπὸς εἶ, ὦ Ἄπολλον; ΑΠ. Ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, δυστυχῶ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. ΕΡΜ. Ἄξιον μὲν λύπης τὸ τοιοῦτον. σὺ δὲ τί δυστυχεῖς; ἢ τὸ κατὰ τὴν Δάφνην σε λυπεῖ ἔτι; Quibus locis post secundam enuntiationem male interrogandi signum ponunt. Etenim ἢ valet: *vel potius, quid dico; aut quid quæro?* Hinc intelligitur etiam,

§. 3. F. §. 5. ΣΩ. Πειρατέον, ἀπ' αὐτῆς δὴ[k] τῆς θεοῦ, ἣν ὅδε Ἀφροδίτην μὲν λέγεσθαί φησι, τὸ δ' ἀληθέστατον αὐτῆς ὄνομα ἡδονὴν[l] εἶναι.

ΠΡΩ. Ὀρθότατα.

ΣΩ. Τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, ἀεὶ πρὸς τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα οὐκ ἔστι[m] κατ' ἄνθρωπον, ἀλλὰ πέρα τοῦ μεγίστου φόβου. καὶ νῦν τὴν μὲν Ἀφροδίτην, ὅπῃ ἐκείνῃ
II. iii. 134. φίλον, ταύτῃ[n] προσαγορεύω· τὴν δὲ ἡδονὴν οἶδα ὡς ἔστι

os
j ἑκόντες F.—k δὲ ℭΔΠ.—l ἡδονὴ F.—m οὐκέτι w.—n ταύτην Πς.—o ἔσχεν Λ.—

quo jure nonnulli editores formulam illam ἢ δῆλον, ὅτι mutaverint, de qua acute, ut solebat, judicavit Heind. ad Apolog. Socr. p. xiv. [§. 14.] Stalb.

§. 5. ἀπ' αὐτῆς] Ficinus quoque ita vertit ac si legeretur ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ ἀρξαμένοις. vel τὴν ἀρχὴν ποιησαμένοις, sive λαβοῦσι. Sic vero paulo post legitur, ἀπ' ἐκείνης ἡμᾶς ἀρχομένους. Steph.

ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ] Ficinus vertit: *Conemur ab ipsa dea exordientes.* Unde Stephanus eum legisse suspicabatur ἀπ' αὐτῆς δὴ τῆς θεοῦ ἀρξαμένοις. quæ frequens est in Platone dicendi ratio. cfr. Sympos. 173. B. de Legg. ii. 661. B. de Republ. iii. 386. D. et Heusdiana ad Theætet. p. 171. A. Sed recte se habet vulgata lectio. Theophr. Charact. Procem. πρῶτον ποιήσομαι λόγον ἀπὸ τῶν τὴν εἰρωνείαν ἐζηλωκότων, ubi paullo post ἄρξωμαι πρῶτον ἀπὸ τῆς εἰρωνείας. Et quidni recte ita dicatur, quum talia passim legantur: Hipp. Maj. p. 302. B. καὶ ἐγὼ ἔλεγον, εἰ μέμνησαι, ὅθεν οὕτως ὁ λόγος ἐλέχθη, ὅτι ἡ διὰ τῆς ὄψεως καὶ δι' ἀκοῆς ctr. Supplendum autem post πειρατέον ex anteced. περαίνειν vel λέγειν. Stalb.

τὸ δὲ ἀληθέστατον] Proprie sequi debuerat ἧς δὲ τὸ ἀληθέστατον ὄν. Sed ita oratio a relativa constructione ad demonstrativam haud raro delabitur. cfr. Xenoph. Cyr. iii. 1. 38. viii. 1. 46. Hiero vi. 1. Matth. Gr. Gr. §. 468. Stalb.

τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώτ.] Laudat hunc locum, notante Fischero, Origenes c. Cels. i. p. 20. et 4. p. 196. sed ita, ut sententiam ejus, non verba reddiderit. Nam p. 20. καὶ εἴπερ, inquit, θαυμάζεται ὁ Πλάτων, εἰπὼν ἐν Φιλήβῳ, Τὸ δ' ἐμὸν δέος, ὦ Πρώταρχε, περὶ (hoc ad sensum pro πρὸς posuit) τὰ ὀνόματα τῶν θεῶν οὐκ ὀλίγον· ἐπεὶ Φίληβος θεὸν τὴν ἡδονὴν εἶπεν ὁ προσδιαλεγόμενος τῷ Σωκράτει. et p. 196. ἀποδεχόμενοι τοῦ Πλάτωνος τὸν ἐν Φιλήβῳ λόγον, μὴ βουληθέντος τὴν Ἡδονὴν παραδέξασθαι θεόν· τὸ γὰρ ἐμὸν, φησὶ, δέος, ὦ Πρώταρχε, περὶ τὰ τῶν θεῶν ὀνόματα τοιόνδε ἐστίν. Respexit etiam Julian. Orat. vii. p. 236. D. quem conferant, quibus lubet. Magis ad rem pertinet Cratyl. 400. D. εἴπερ γε νοῦν ἔχοιμεν, ἕνα μὲν τὸν κάλλιστον τρόπον, ὅτι περὶ θεῶν οὐδὲν ἴσμεν, οὔτε περὶ αὐτῶν, οὔτε περὶ τῶν ὀνομάτων, ἅττα ποτὲ ἑαυτοὺς καλοῦσι. ibid. 407. D. 425. C. Theæt. 112. C. Ac nota est veterum religio in nominibus deorum usurpandis; de qua re vid. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Dian. 7. Stanl. ad Æsch. Agam. 168. Mitscherlich. ad Horat. Carm. Secul. v. 15. Ceterum δὲ in responsione positum ut Soph. Trach. 732. τοιαῦτα δ' ἂν λέξειεν ὁ τοῦ κακοῦ κοίνωνος. κ. τ. λ. Œd. Tyr. 378. Κρέοντος, ἢ σοῦ ταῦτα τἀξευρήματα; ΤΕΙ. Κρέων δέ σοι πῆμ' οὐδέν· ἀλλ' αὐτὸς σὺ σοί.—οὐκ ἔστι κατ' ἄνθρωπον i. e. μεῖζον ἢ κατ' ἄνθρωπον. Stalb.

ταύτην] Non dubito quin ταύτῃ substituere oporteat pro ταύτην: præsertim quum et alibi ταύτῃ reddatur illi ὅπῃ. Sic autem et Ficinus legisse videtur, qui vertit, *Quemadmodum ipsi gratum est, sic appello.* Steph.

ταύτῃ προσαγορεύω] Ald. Bas. 1. 2. Steph. ταύτην, quod Steph. recte in ταύτῃ mutandum censuit, eamque lectionem etiam cod. Vatican. præstat, narrante Bastio in Epist. Crit. p. 37. Quanquam rarius occurrit locutio ταύτῃ καλεῖσθαι. Schol. Platon. p. 50. Ruhnk. καὶ ταύτῃ καλεῖσθαι ἀπὸ τοῦ σεσηρέναι τῷ οἴνῳ. Ælianus a Suida laudatus v. Ἐπίκουρος: Τιμούχους· καλοῦσι δὲ ταύτῃ τοὺς ἄρχοντας Μεσσήνιοι. et N. A. xiv. 15.

ποικίλον, καὶ ὅ περ εἶπον, ἀπ' ἐκείνης ἡμᾶς ἀρχομένους ἐνθυμεῖσθαι δεῖ καὶ σκοπεῖν ἥν τινα φύσιν ἔχει.[o] ἔστι γὰρ ἀκούειν μὲν οὕτως ἁπλῶς ἕν τι, μορφὰς δὲ δή που παντοίας εἴληφε[p] καί τινα τρόπον ἀνομοίους ἀλλήλαις. ἰδὲ[q] γάρ, ἥδεσθαι μέν φαμεν τὸν ἀκολασταίνοντα ἄνθρωπον, ἥδεσθαι δὲ καὶ[r] τὸν σωφρονοῦντα αὐτῷ τῷ[s] σωφρονεῖν· ἥδεσθαι δ' αὖ[t] καὶ τὸν ἀνοηταίνοντα καὶ ἀνοήτων δοξῶν καὶ ἐλπίδων μεστόν, ἥδεσθαι δ' αὖ καὶ[u] τὸν φρονοῦντα[v] αὐτῷ τῷ φρονεῖν· καὶ τούτων τῶν ἡδονῶν ἑκατέρας πῶς ἂν τις ὁμοίας ἀλλήλαις εἶναι λέγων οὐκ ἀνόητος φαίνοιτο[w] ἐνδίκως;

[p] εἴληχε corr Γ.—[q] ἰδὲ Δ.—[r] δ' αὖ καὶ Σ.—[s] τῷ om Λ.—[t] αὖ om 𝔄ΔΠ.—[u] καὶ
η
om 𝔄ΔΠ.—[v] σωφρονοῦντα...σωφρονεῖν 𝔄Δ et pr Π.—[w] φαίνεται Δ.—[x] τε Π.

ἐξ ὅτου μὲν σπάσαντος τὴν ἐπωνυμίαν ἐκείνου (cod. Vatic. ἐσπάσατο τὴν ἐπ. ἐκείνην) εἰπεῖν οὐκ οἶδα. κέκληται γοῦν ταύτῃ. quæ loca Bastius collegit. Ficinus: *Quemadmodum ipsi gratum est, sic appello.* Sequentium verborum hic est sensus: *nolim ego deam illam, quam* 'Αφροδίτην *vocant, nomine* 'Ηδονῆς *compellare, quippe quod tam varias et multiplices significationes habeat, ut verendum sit, ne deum offendamus.* Sunt enim non modo innumeræ voluptatis formæ, sed dissimillimæ etiam ac sibi contrariæ. De voc. ποικίλον. vid. not. ad §. 124. STALB.

τὴν ἡδονὴν] Dictum hoc pro τὸ τῆς ἡδονῆς ὄνομα, frequenti usu. Cratyl. 395. B. τοῖς δ' ἐπαΐουσι περὶ ὀνομάτων ἱκανῶς δηλοῖ, ὃ βούλεται ὁ Ἄτρευς i. e. quid Atrei nomen significet. ibid. 398. B. τοῦτο τοίνυν παντὸς μᾶλλον λέγει ὡς ἐμοὶ δοκεῖ τοὺς δαίμονας h. e. nomen δαίμονες.—Verba ὅπερ εἶπον, respiciunt ad illa: πειρατέον ἀπ' αὐτῆς τῆς θεοῦ ctr. STALB.

ἔστι γὰρ, ἀκούειν μὲν οὕτως, ἁπλῶς ἕν τι] Sic distinguendum esse, bene monuit Bastius l. c. De formula loquendi ἀκούειν μὲν οὕτως cfr. Reizius ad Vigeri idiot. p. 744. ed. nov. et Wolf. ad Demosth. Leptin. p. 235. 'Hic, nos vulgo, inquit, *wenn man es so hört*, ut οὕτως positum sit, re nondum accuratius cogitata. cfr. Plat. Lys. 216. A. εὖ γε, ἔφη ὁ Μενέξενος, ὥσγε οὑτωσὶ ἀκοῦσαι.' Perperam vulgo: ἔστι γὰρ ἀκούειν μὲν οὕτως ἁπλῶς ἕν τι, μορφὰς δὲ δήπου παντοίας εἴληφε, quod vertunt: *rem unam quidem audimus, formas tamen* etc. Neque vero hoc modo verba interpungere licet: ἔστι γὰρ ἀκούειν μὲν οὕτως ἁπλῶς, ἕν τι. Nam οὕτως ἁπλῶς valet *sic simpliciter, sine ulla limitatione.* de Republ. i. 551. H. ἀλλ' οὐχ οὕτως ἁπλῶς ἔγωγε ἐπιθυμῶ. Theætet. 468. C. οὐκ ἄρα σφάττειν βουλόμεθα οὐδ' ἐκβάλλειν ἐκ τῶν πόλεων οὐδὲ χρήματα ἀφαιρεῖσθαι ἁπλῶς οὕτως, ἀλλ' ἐὰν μὲν ὠφέλιμα ᾖ ταῦτα, βουλόμεθα πράττειν αὐτὰ, βλαβερὰ δὲ ὄντα οὐ βουλόμεθα. Sympos. 180. C. ἁπλῶς οὕτως παρήγγελται ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα. cfr. Schæfer. ad Dionys. de Composit. Verbor. p. 430. E quibus exemplis elucebit, cur οὕτως ἁπλῶς hoc loco non possit conjungi. STALB.

παντοίας καὶ—ἀνομοίους] *Varias atque diversas.* Sympos. c. 12. p. 38. ed. Wolf. τὸ γὰρ ὑγιὲς τοῦ σώματος καὶ τὸ νοσοῦν ὁμολογουμένως ἕτερόν τε καὶ ἀνόμοιον (perperam enim vulgo ἕτερόν τι καὶ ἀνόμοιον) ubi ἕτερον et ἀνόμοιον ut synonyma ponuntur. STALB.

ἴδε γὰρ] Mœris: 'Ιδὲ ὀξύτονον 'Αττικῶς, ὡς τὸ εἰπὲ, λαβὲ, εὑρέ. vid. Pierson. p. 193. cfr. interpr. ad Thom. Mag. p. 468. ad Gregor. Cor. p. 121. Schæf. et Fischer. ad Weller. i. A. p. 297. ii. p. 382. iii. A. p. 81. STALB.

ἥδεσθαι μέν κ. τ. λ.] Laudatur hæc ῥῆσις, ἥδεσθαι μέν—ἐνδίκως a Galeno p. 332. t. v. ed. Bas. Ibi post ἀκολασταίνοντα voc. ἄνθρωπον desideratur. Male, opinor. Etenim ἄνθρωπος haud raro cum contemtu aliis vocabulis subjicitur. cfr. Valcken. Adnotat. in N. T. p. 336. Hinc etiam in secundo membro ad τὸν ἀνοηταίνοντα adjiciuntur verba καὶ ἀνοήτων δοξῶν καὶ ἐλπίδων μεστόν. STALB.

πῶς ἄν τις—οὐκ ἂν—ἂν ἐνδίκως] Ita

§. 6. ΠΡΩ. Εἰσὶ μὲν γὰρ ἀπ' ἐναντίων, ὦ Σώκρατες, αὗται πραγμάτων, οὐ μὴν αὐταί γε[x] ἀλλήλαις ἐναντίαι. πῶς γὰρ ἡδονή γε ἡδονῇ μὴ οὐχ ὁμοιότατον ἂν εἴη, τοῦτ'[y] αὐτὸ ἑαυτῷ, πάντων χρημάτων;

ΣΩ. Καὶ γὰρ χρῶμα, ὦ δαιμόνιε,[z] χρώματι[a] κατά γε

—[y] τοῦτ' Γ.—[z] ὦ δαιμόνιε ante χρῶμα ponit Γ.—[a] χρώματος Ξ et corr Π.—[b] οὐδὲν

edidimus e libris Galeni, pro *οὐκ ἀνόητος φαίνοιτο ἐνδίκως*, quæ est librorum editorum Platonis omnium lectio, et legum linguæ, et usus loquendi philosophi, auctoritate et jussu. Certe particula *ἂν*, cum ante *ἀνόητος*, tum ante *ἐνδίκως*, facile potuit a librariis negligentibus omitti. Gregorius de Dialectis p. 18. Kœn. *Καὶ τοῦτο Ἀττικὸν, τὸ προσλαμβάνειν πολλάκις ἐν τῷ αὐτῷ κώλῳ τὸ ἄν· ὡς ἔστιν εὑρεῖν πολλαχοῦ παρὰ Πλάτωνι*—. cf. ad Apolog. §. 24. Fisch.

πῶς ἄν τις] Editt. *πῶς ἂν οὐκ ἀνόητ. φ. ἐνδίκως.* Galenus: *πῶς ἂν οὐκ ἂν ἀνόητος φαίνοιτ' ἂν ἐνδίκως.* quod Fischerus temere, jussu legum linguæ, ut ait, in textum recepit. Certe istud *ἂν* ante *ἀνόητος* prorsus importunum. Quamvis autem *ἂν* post *πῶς ἂν* sæpissime apud poetas iteratur, ut Eurip. Iph. T. 98. *πῶς ἂν οὖν μάθοιμεν ἄν*; Electr. 538. *Πῶς ἄν, τότ' ὢν παῖς, νῦν ἔχοι ταὖτ' ἂν φάρη, Εἰ μὴ ξυναύξοινθ' οἱ πέπλοι τῷ σώματι*; Aristoph. Av. 825. *Καὶ πῶς ἂν ἔτι γένοιτ' ἂν εὔτακτος πόλις*; Acharn. 307. *Πῶς δέ γ' ἂν καλῶς λέγοις ἄν*; tamen in Platone ac Xenophonte ne unum quidem locum me legere memini, ubi hic usus unanimi codicum consensu gaudeat. Ac mirus profecto est librariorum in inferenda particula ista stupor. Ita Phæd. §. 49. ed. Fisch. Ald. et Bas. 1. *σὺ ἂν ἄρα ἂν ἀποδ.* Cod. Aug. Bas. 2. *σὺ ἄρα ἂν ἀποδ.* Apolog. §. 19. *ἴσως ἂν οὖν δόξειεν*, ubi cod. Zittav. *ἴσως ἂν οὖν ἂν δόξειεν.* Ceterum cfr. Gregor. Cor. p. 43. ed. Sch. Hermann. ad Viger. p. 814. Werfer. in Act. Monac. i. p. 247. Stalb.

§. 6. *εἰσὶ μὲν γὰρ ἀπ' ἐναντίων—οὐ μὴν*] Aristotel. Eth. Nicom. x. 3. *τῷ εἴδει διαφέρουσιν αἱ ἡδοναί· ἕτεραι γὰρ αἱ ἀπὸ τῶν καλῶν τῶν ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν.* De *μὴν* post *μὲν* illato cfr. §. 116. *πάνυ μὲν οὐκ εὐθὺς δῆλά ἐστιν, ἃ λέγω, πειρατέον μὴν δηλοῦν.* Theæt. init. *χαλεπῶς μὲν γὰρ ἔχει καὶ ὑπὸ τραυμάτων τινῶν, μᾶλλον μὴν αὐτὸν αἱρεῖ τὸ γεγονὸς νόσημα ἐν τῷ στρατεύματι.* Politic. p. 268. B. *ὑποπτεύσαντες, μὴ λέγοντες μέν τι τυγχάνοιμεν σχῆμα βασιλικὸν, οὐ μὴν ἀπεργασμένοι γε εἶμεν* (vulgo *ἦμεν*) *πω δι' ἀκριβείας τὸν πολιτικόν.* Tim. p. 24. E. *πολλὰ μὲν οὖν ὑμῶν καὶ μεγάλα τῆς πόλεως τῇδε γεγραμμένα ἔργα θαυμάζεται, πάντων μὲν ἓν ὑπερέχει μεγέθει καὶ ἀρετῇ.* de Legg. p. 663. E. *καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια, ἔοικε μὴν οὐ ῥᾴδιον πείθειν.* Adde, quæ collegit Heind. ad Parmen. p. 271. Stalb.

τοῦτο αὐτὸ] Salvin. in Observ. Miscell. v. ii. p. 244. *κατὰ τοῦτο αὐτὸ* scribi jubet, quoniam sequatur *κατά γε αὐτὸ τοῦτο οὐδὲν διοίσει.* Male, si quid video; quanquam ne mihi quidem sana videtur vulgata lectio. Etenim illud *τοῦτο* sensum egregie pervertit. Quocirca equidem reposuerim *τό γε αὐτὸ ἑαυτῷ.* Ficinus: *quum sit eadem ipsa sibi.* Huic sententiæ suffragantur etiam verba Olympiodori ad h. l. *Ὁ μέντοι Πρώταρχος αὐτῷ τῷ ἰδιώματι χρῆται τῷ τῆς ἡδονῆς· καθὸ γὰρ ἡδοναὶ, οὐκ ἐναντίαι εἰσίν· οὐδὲν γὰρ αὐτὸ ἑαυτῷ ἐναντίον.* Stalb.

καὶ γὰρ χρῶμα, κ. τ. λ.] Laudat hæc verba Galenus t. v. p. 332. ed. Bas. usque ad *πάντα τὰ ἐναντιώτατα ἓν ποιοῦντι.* Ibi codd. *τῷ χρῶμα εἶναι τὸ πᾶν.* Male. Nam *τὸ χρῶμα εἶναι* cum *κατά γε αὐτὸ* conjungendum, hoc sensu: *eadem ratione, qua scilicet totum genus color est, color colore nihil quidquam differet.* Noli igitur articulum *τὸ* ante *πᾶν* extinguere, quod a Bekk. factum esse miror. Etenim *τὸ πᾶν* i. q. *τὸ γένος.*—Totus autem locus in omnibus editt. prave distinctus legitur, unde variæ ejus interpretationes enatæ sunt. Quum enim cola post *χρώματι* et post *καὶ δὴ καὶ σχήματι* deessent, non potuit non valde contorta, imo prorsus inepta et perversa oriri verborum constructio. Nunc quidem rem satis expeditam crediderim. Scilicet post *χρώματι* et post *καὶ δὴ καὶ σχήματι* e præcedentibus suppleri debet *ὁμοιότατον ἂν εἴη*, reliqua autem uberioris explicationis gratia interjecta putanda sunt. In qua sententiarum conjunctione si quis particulam *γὰρ* neces-

αὐτὸ τοῦτ' οὐδὲν[b] διοίσει, τὸ[c] χρῶμα εἶναι[d] πᾶν· τό γε μὴν μέλαν τῷ λευκῷ πάντες γιγνώσκομεν ὡς πρὸς τῷ διάφορον[e] εἶναι καὶ ἐναντιώτατον ὂν τυγχάνει. καὶ δὴ καὶ σχῆμα σχήματι κατὰ ταὐτὸν γένει μέν ἐστι πᾶν ἕν, τὰ δὲ μέρη τοῖς μέρεσιν αὐτοῦ τὰ μὲν ἐναντιώτατα[f] ἀλλήλοις, τὰ δὲ διαφορότητα[g] ἔχοντα μυρίαν που τυγχάνει. καὶ πόλλ' II. 13. II. iii. 135.
ἕτερα οὕτως ἔχονθ' εὑρήσομεν, ὥστε τούτῳ γε τῷ λόγῳ μὴ πίστευε, τῷ πάντα τὰ ἐναντιώτατα ἓν ποιοῦντι. φοβοῦμαι δὲ μή τινας ἡδονὰς ἡδοναῖς εὑρήσομεν[h] ἐναντίας.

𝔄ΔΛΠC: οὐθὲν *ϛ.—[c] τῷ corr E.—[d] εἶναι πᾶν om 𝔄ΓΔΛΞΠBCH𝔴: εἶναι τὸ πᾶν *ϛ.—[e] ἄφορον Λ.—[f] ἐναντιότητ' 𝔴.—[g] διαφορώτατα F et pr Ξ.—[h] εὑρήσομ' 𝔄.—

sariam arbitretur, eum parum cautum asyndetorum judicem dicam. Sed ut verum fatear, uno adhuc contaminari mihi locus videtur vitio. Nam pro *κατά γε αὐτὸ τοῦτο*, quod Bekk. in *κατὰ αὐτὸ τοῦτο* abire jussit, scribendum arbitror *κατὰ μὲν αὐτὸ τοῦτο*, quoniam *γε* omni potestate caret. de Legg. vii. p. 803. B. *ἔστι δὴ τοίνυν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα μεγάλης μὲν σπουδῆς οὐκ ἄξια, ἀναγκαῖόν γε μὴν σπουδάζειν, τοῦτο δὲ οὐκ εὐτυχές.* ibid. xi. 919. E. *τὸ δὲ ἐλευθερικὸν καὶ ἀνελεύθερον ἀκριβῶς μὲν οὐ ῥᾴδιον νομοθετεῖν, κρινέσθω γε μὴν ὑπὸ τῶν τὰ ἀριστεῖα εἰληφότων.* Accedit, quod hujusmodi particulæ *γὰρ* vel *οὖν* omisso fere in iis enuntiationibus obtinere solet, quæ a particulis *μὲν* vel *μέν γε* ordiuntur. Hom. Il. 'A. 305. *Ὣς τώ γ' ἀντιβίοισι μαχεσσαμένω ἐπέεσσιν Ἀνστήτην· λῦσαν δ' ἀγορὴν παρὰ νηυσὶν Ἀχαιῶν· Πηλείδης μὲν ἐπὶ κλισίας καὶ νῆας ἐΐσας Ἤϊε σύν τε Μενοιτιάδῃ καὶ οἷς ἑτάροισιν, Ἀτρείδης δ' ἄρα νῆα θοὴν ἅλαδε προέρυσσεν.* Od. B. 90. *Ἤδη γὰρ τρίτον ἐστὶν ἔτος, τάχα δ' εἶσι τέταρτον, Ἐξ οὗ ἀτέμβει θυμὸν ἐνὶ στηθέσσιν Ἀχαιῶν. Πάντας μέν ῥ' ἔλπει, καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ, Ἀγγελίας προϊεῖσαι· νόος δέ οἱ ἄλλα μενοινᾷ.* ibid. Δ. 160. Xenoph. Cyrop. ii. 2. 14. *εὑρήσεις δὲ καὶ σύ, ἢν ὀρθῶς λογίζῃ, ἐμὲ ἀληθῆ λέγοντα. Κλαύμασι μέν γε καὶ πατέρες υἱοῖς σωφροσύνην μηχανῶνται καὶ διδάσκαλοι παισὶν ἀγαθὰ μαθήματα, καὶ νόμοι γε πολίτας διὰ τοῦ κλαίοντας καθίζειν εἰς δικαιοσύνην προτρέπονται.* ibid. iii. 2. 28. *τούτων μὲν δὴ ἕνεκα βούλομαι ὡς ἀφθονώτατα ἔχειν· δεῖσθαι δὲ τούτων νομίζω. Τῶν μὲν ὑμετέρων ἡδύ μοι φείδεσθαι· φίλους γὰρ ὑμᾶς ἤδη νομίζω· παρὰ δὲ τοῦ Ἰνδοῦ ἡδέως ἂν λάβοιμι, εἰ διδοίη.* ubi Zeunius 'forte,' inquit, 'auctor scripsit *μὲν δή*.' ibid. iv. 3. 18. *οὐκοῦν πάντα κἀγὼ ταῦτα, ἱππεὺς γενόμενος, συγκομίζομαι πρὸς ἐμαυτόν. Προνοεῖν μέν γε ἕξω πάντα τῇ ἀνθρωπίνῃ γνώμῃ, ταῖς δὲ χερσὶν ὁπλοφορήσω.* ubi vid. Schneid. Xenoph. Symp. i. 9. *ἔπειτα τῶν ὁρώντων οὐδεὶς οὐκ ἔπασχέ τι τὴν ψυχὴν ὑπ' ἐκείνου. Οἱ μέν γε σιωπηρότεροι ἐγίγνοντο, οἱ δὲ καὶ ἐσχηματίζοντο πως.* ibid. vi. 7. *οὐκοῦν καὶ οὕτως ἄν, ἔφη, θεῶν ἐπιμελοίμην. Ἄνωθεν μέν γε ὄντες ὠφελοῦσιν, ἄνωθεν δὲ φῶς παρέχουσιν.* ubi Castalio *γὰρ* dedit pro *γε*. Plat. Protagor. p. 338. C. *ἀλλὰ δὴ βελτίονα ἡμῶν αἱρήσεσθε. Τῇ μὲν ἀληθείᾳ, ὡς ἐγᾦμαι, ἀδύνατον ὑμῖν, ὥστε Πρωταγόρου τοῦδε σοφώτερόν τινα ἑλέσθαι· εἰ δὲ αἱρήσεσθαι* ctr. ubi vid. Heind. Eurip. Iph. A. 20—27. *τοῦτο δέ γ' ἐστὶν τὸ καλὸν σφαλερὸν καὶ φιλότιμον* (ita cum Seidlero pro *καὶ τό τε φιλ.* legendum) *γλυκὺ μέν, λυπεῖ δὲ προσιστάμενον. τότε μὲν τὰ θεῶν οὐκ ὀρθωθέντ' ἀνέτρεψε βίον· τότε δ' ἀνθρώπων γνῶμαι πολλαὶ καὶ δυσάρεστοι διέκναισαν.* Med. 1090. *καὶ φημὶ βροτῶν, οἵτινές εἰσιν πάμπαν ἄπειροι, μηδ' ἐφύτευσαν παῖδας προφέρειν εἰς εὐτυχίαν τῶν γειναμένων· οἱ μέν γ' ἄτεκνοι, δι' ἀπειροσύναν εἴθ' ἡδὺ βροτοῖς, εἴτ' ἀνιαρὸν παῖδες τελέθουσ', οὐχὶ τυχόντες, πολλῶν μόχθων ἀπέχονται.* ubi Porson *γε* deleri jubet non sine causa.—Ceterum ne quis curiose quærat, cur philosophus *χρῶμα* et *σχῆμα* potissimum memoraverit, utrumque frequenter apud Platonem componi sciendum est. cfr. Theætet. p. 156. B. 163. E. Phæd. p. 100. D. de Republ. ii. p. 373. v. 476. B. Phædr. 247. C. Gorg. 465. B. Cratyl. 431. C. Sophist. 251.

§. 7. ΠΡΩ. Ἴσως· ἀλλὰ τί τοῦθ' ἡμῶν[i] βλάψει τὸν λόγον;

ΣΩ. Ὅτι προσαγορεύεις αὐτὰ ἀνόμοια ὄντα[j] ἑτέρῳ,[k] φήσομεν, ὀνόματι. λέγεις γὰρ ἀγαθὰ πάντ' εἶναι[l] τὰ ἡδέα.[m] τὸ μὲν οὖν μὴ οὐχ ἡδέα εἶναι τὰ ἡδέα λόγος οὐδεὶς ἀμφισβητεῖ· κακὰ[n] δ' ὄντ'[o] αὐτῶν τὰ πολλὰ καὶ ἀγαθὰ δέ,

[i] ἡμῶν 𝔄ΓΔΛΞΠΣBCFHw: ἡμῖν *ς.—[j] ὄντ' ἀνόμοια Γ.—[k] ἑταίρῳ H.—[l] πάντ' εἶναι Γ, εἶναι πάντα ΞF.—[m] τὰ ἡδέα om Γ.—[n] καλὰ w.—[o] δ' ὄντ' Γ.—[p] πάντα om

A. Tim. 67. D. Stalb.

φοβοῦμαι δὲ, μὴ εὑρήσομεν] Non perinde est, *μὴ εὑρήσωμεν* dicatur, an *μὴ εὑρήσομεν*. Illud significat *metuo, ne inveniamus*; hoc vero: *metuo, ne inventuri simus*; quod in hunc locum cadit. De Republ. v. 451. A. *φοβερόν τε καὶ σφαλερὸν—μὴ σφαλεὶς τῆς ἀληθείας κείσομαι.* Xenoph. Hiero v. 1. *τούτους δὲ, ἀντὶ τοῦ ἄγασθαι, φοβοῦνται· τοὺς μὲν ἀνδρείους, μή τι τολμήσουσι τῆς ἐλευθερίας ἕνεκεν· τοὺς δὲ σοφοὺς, μή τι μηχανώσωνται· τοὺς δὲ δικαίους, μὴ ἐπιθυμήσῃ τὸ πλῆθος ὑπ' αὐτῶν προστατεῖσθαι.* ubi nolim *τολμήσωσι* tentare. In Cratyl. p. 393. C. *καλῶς λέγεις· φύλαττε γάρ με, μὴ παρακρούσομαι* non debebat Heind. conjunctivum *παρακρούσωμαι* recipere; Optima enim est Ald. Bas. 1. 2. scriptura. cfr. Valcken. ad Eurip. Phœn. p. 35. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 623. Hermann. ad Soph. Electr. 992. Stalb.

τί τοῦθ' ἡμῖν] Bekk. *τί τοῦθ' ἡμῶν βλ. τ. λ.* Male. Nusquam in hac formula genitivum reperias. Stalb.

§. 7. *φήσομεν*] Steph. 'Abundare videtur *φήσομεν*· quod tamen agnoscit Ficinus, qui vertit, *alio, sic dicamus, nomine vocas.*' recte. Atque ex hac quidem ratione distingui verba et secerni ita debent, *ἑτέρῳ, φήσομεν, ὀνόματι.* Nam verbum *φημὶ* solet sic interponi simpliciter. Idem Ficinus ante verba *ὅτι προσαγορεύεις* in versione addidit verba *id certe lædet*, sententiam disputationis Socraticæ sequutus, ut videtur. Fisch.

ἑτέρῳ, φήσομεν, ὀνόματι] Hæc multis obnoxia fuere dubitationibus. Seriem disputationis si spectamus, sensus requiritur hic: *id certe efficitur, voluptates non esse communi boni nomine appellandas, ut quæ sæpenumero etiam malæ sint.* Quod quum verbis non inesse videretur, varias tentarunt emendationes viri docti. Heind. enim Specim. Crit. *ἑνί γε τῳ ὀνόματι* correxit, quod dictum esset, ut Phædr. 240. A. *ἑνί γε τῳ τρόπῳ προσαναγκάζοντα.* Menon. p. 96. D. *ζητητέον ὅστις ἡμᾶς ἑνί γε τῳ τρόπῳ βελτίους ποιήσει.* Baumg.-Crus. autem *προσαγορεύσει* maluit; quo non multum lucramur. Denique nescio quis *ὁμοίῳ ὀνόματι* scribi jussit. Verum enim vero locus nulla curatione indigere videtur, modo *ἑτέρῳ ὀνόματι* cum Heind. ad Lysid. p. 45. interpreteris: *alieno nomine* s. *improprio.* Simillima huic loco sunt, quæ ibi leguntur: *οὐκοῦν καὶ περὶ τοῦ φίλου ὁ αὐτὸς λόγος; ὅσα γὰρ φαμὲν φίλα εἶναι ἡμῖν ἕνεκα φίλου τινὸς, ἑτέρῳ ῥήματι φαινόμεθα λέγοντες.* Scilicet *improprio* s. *alieno nomine* eas appellat, quoniam, quum singulæ sibi dissimillimæ sint et maxime contrariæ, tamen omnes *bonas* vocat. Quam explicationem si quis probare nolit, Heindorfii conjecturam *ἑνί γε τῳ* reliquis omnibus præferam. Etenim infra §. 69. *πρὸς τί ποτε ἄρα ταὐτὸν βλέψαντες οὕτω πολὺ διαφέροντα ταῦθ' ἑνὶ προσαγορεύομεν ὀνόματι.*—Quod autem *φήσομεν* sic interpositum est, id Stephanus non debebat dubitare, an non recte diceretur. Infra §. 92. *εἰ δ' οὖν μὴ γίγνοιτο, ὦ Πρώταρχε, φήσω, τοὐναντίον.* Phæd. in *τίνες, φῇς, ἦσαν οἱ λόγοι*; ut centena alia exempla mittam. Stalb.

μὴ οὐχ ἡδέα εἶναι τὰ ἡδέα] Cfr. Legg. i. 650. B. *καὶ δὴ καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸ περί γε τούτων οὔτ' ἂν Κρῆτας οὔτ' ἄλλους ἀνθρώπους οὐδένας οἰόμεθα ἀμφισβητῆσαι, μὴ οὐ πεῖράν τε ἀλλήλων ἐπιεικῆ ταύτην εἶναι, τό τε τῆς εὐτελείας.* Vid. Hermann. ad Viger. p. 798. Stalb.

κακὰ δὲ ὄντ' αὐτῶν τὰ πολλὰ] *Quum vero pleræque voluptates malæ sint, quanquam etiam bonæ reperiantur, ut nos dicimus, tamen tu omnes bonas habes.* Quod moneo, ne quis verbis *τὰ πολλὰ* offensus, articulo ejecto *πολλὰ* scribendum esse opinetur. De usu particularum *καὶ—δὲ*, quæ semper vim quandam

ὡς ἡμεῖς φαμέν, ὅμως πάντα[p] σὺ προσαγορεύεις ἀγαθὰ[q] αὐτά, ὁμολογῶν ἀνόμοια εἶναι, τῷ λόγῳ εἴ τίς σε προσαναγκάζοι. τί οὖν δὴ ταὐτὸν ἐν ταῖς κακαῖς ὁμοίως καὶ ἐν ἀγαθαῖς[r] ἐνὸν πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι προσαγορεύεις;

§. 8. ΠΡΩ. Πῶς λέγεις, ὦ Σώκρατες; οἴει γάρ τινα[s] συγχωρήσεσθαι, θέμενον ἡδονὴν εἶναι τἀγαθόν, εἶτ'[t] ἀνέξεσθαί σου λέγοντος τὰς μὲν εἶναί τινας ἡδονὰς[u] ἀγαθάς, τὰς δέ τινας ἑτέρας αὐτῶν κακάς;

ΣΩ. Ἀλλ' οὖν ἀνομοίους γε φήσεις[v] αὐτὰς ἀλλήλαις[w] εἶναι καί τινας ἐναντίας.[x]

ℨΔ et pr Π.—[q] ἀγαθὰ ὄντα αὐτὰ Γ.—[r] ἀγαθὰς F.—[s] τινα om Γ.—[t] εἶτ' Γ.—
ὑ
[u] ἡδονὰς om Δ, post ἀγαθὰς ponunt ℨΓΠC.—[v] φήσεις H.—[w] ἀλλήλους w.—

adversativam continent, sive ea clarius cernatur, sive obscurius lateat, cfr. Schæfer. ad Longi Pastor. p. 349. Astius ad Plat. Legg. i. §. 9. et quos hic laudavit. Stalb.

ἀνόμοια εἶναι] Interpunctionem intuli vulgo post λόγῳ positam. de Republ. x. p. 611. B. ὅτι μὲν τοίνυν ἀθάνατον ἡ ψυχὴ καὶ ὁ ἄρτι λόγος καὶ οἱ ἄλλοι ἀναγκάσειεν ἄν. Hinc fluxit verborum ἀναγκάζειν et προσαναγκάζειν significatio *evincere, argumentis probare,* ut Cratyl. 432. C. Theætet. 153. C. cfr. Valcken. ad Eurip. Hipp. 921. Eandem rationem, ut nunc video, etiam Baumg.-Crus. suasit. Stalb.

τί οὖν δὴ ταὐτὸν] Animadvertatur structura verborum: τί οὖν δὴ ταὐτὸν—ἐνὸν πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι προσαγορεύεις i. e. τί οὖν δὴ ταὐτὸν—ἔνεστι, ὥστε πάσας ἡδονὰς ἀγαθὸν εἶναι προσαγορεύεις. Aliud exemplum hujus nominativi in interrogatione usurpati nunc non suppetit, quanquam alia inventum iri, quis dubitet? Ceterum verbum προσαγορεύειν sequente infinitivo εἶναι nihil habet insolentiæ. cfr. Heind. ad Theæt. §. 45. Schæfer. ad Dionys. Hal. p. 141. Reiz. ad Viger. p. 737. Stalb.

§. 8. ξυγχωρήσεσθαι—σοῦ λέγοντος] Notabis ingentem verborum hiatum. Nihil offenderes, si aut infinitivus ξυγχωρήσεσθαι prorsus abesset, aut hoc modo legeretur: οἴει γάρ τινα, θέμενον ἡδονὴν εἶναι τἀγαθὸν εἶτα ξυγχωρήσεσθαι (sc. σοὶ, quod e seqq. supplendum) καὶ ἀνέξεσθαί σου λέγοντος. De εἶτα et ἔπειτα sic post participia inferri solito cfr. Heind. ad Phædon. §. 71. et §. 90. Ac hanc quidem lectionem Ficinus alicui videatur habuisse. Vertit enim: *An putas, quempiam, quum posuerit, voluptatem bonum esse, inde tibi concessurum ac toleraturum te dicentem* ctr. Sed nihil mutandum. Etenim hujusmodi iterationis negligentia concitatæ ac vehementi orationi bene convenit. Simillimus est locus Theæteti p. 171. B. ἐξ ἁπάντων ἄρα ἀπὸ Πρωταγόρου ἀρξαμένων ἀμφισβητήσεται, μᾶλλον δὲ ὑπό γε ἐκείνου ὁμολογήσεται, ὅταν τἀναντία λέγοντι ξυγχωρῇ, ἀληθῆ αὐτὸν δοξάζειν, τότε καὶ ὁ Πρωταγόρας αὐτὸς ξυγχωρήσεται, μήτε κύνα μήτε τὸν ἐπιτυχόντα ἄνθρωπον μέτρον εἶναι μηδὲ περὶ ἑνὸς, οὗ ἂν μὴ μάθῃ. ubi vid. Heind. Stalb.

ἀνέξεσθαί σου λέγοντος] De Republ. x. 613. D. ἀνέξει ἄρα λέγοντος ἐμοῦ περὶ τούτων, ἅπερ αὐτὸς ἔλεγες περὶ τῶν ἀδίκων; ubi paullo post: ἀλλ', ὃ λέγω, εἰ ἀνέξει. Καὶ πάνυ, ἔφη· δίκαια γὰρ λέγεις. Stalb.

τὰς μὲν εἶναί τινας—αὐτῶν κακὰς] De Republ. i. 339. C. οὐκοῦν ἐπιχειροῦντες νόμους τιθέναι τοὺς μὲν ὀρθῶς τιθέασι, τοὺς δέ τινας οὐκ ὀρθῶς; de Legg. ii. 69. A. εἴκος που, τὸν μέν τινα ἐπιδεικνύναι ῥαψῳδίαν, ἄλλον δὲ κιθαρῳδίαν, τὸν δέ τινα τραγῳδίαν, τὸν δ' αὖ κωμῳδίαν. Gorg. p. 499. C. ἔστι γὰρ δὴ, ὡς ἔοικεν, ὃ νῦν λέγεις, ὅτι ἡδοναί τινές εἰσιν αἱ μὲν ἀγαθαὶ, αἱ δὲ κακαί. Stalb.

καί τινας ἐναντίας] Ficinus: *Veruntamen dissimiles esse multas, plerasque etiam inter se contrarias, confiteberis,* quasi legisset καὶ τὰς πολλὰς ἐναντίας. Stalb.

ΠΡΩ. Οὔ τι καθ' ὅσον γε[y] ἡδοναί.[z]

II. iii. 136. ΣΩ. Πάλιν εἰς τὸν αὐτὸν φερόμεθα[a] λόγον, ὦ Πρώταρχε. οὐδ' ἄρα[b] ἡδονὴν[c] ἡδονῆς διάφορον, ἀλλὰ πάσας ὁμοίας[d] εἶναι[e] φήσομεν, καὶ τὰ παραδείγματα ἡμᾶς τὰ νῦν δὴ[f] λεχθέντα οὐδὲν τιτρώσκει, πειρασόμεθα[g] δὲ καὶ ἐροῦμεν ἅπερ οἱ πάντων φαυλότατοί τε καὶ περὶ λόγους ἅμα νέοι.

§. 9. ΠΡΩ. Τὰ ποῖα δὴ λέγεις;

ΣΩ. Ὅτι σὲ μιμούμενος ἐγὼ καὶ ἀμυνόμενος ἐὰν τολμῶ λέγειν ὡς τὸ ἀνομοιότατόν ἐστι τῷ ἀνομοιοτάτῳ πάντων ὁμοιότατον,[h] ἕξω τὰ αὐτὰ σοὶ λέγειν, καὶ φανούμεθά γε[i] νεώτεροι τοῦ δέοντος, καὶ ὁ λόγος ἡμῖν ἐκπεσὼν[j] οἰχήσεται.[k] πάλιν οὖν αὐτὸν ἀνακρουώμεθα, καὶ τάχ' ἀνιόντες[l] εἰς τὰς ὁμοίας ἴσως ἂν πως[m] ἀλλήλοις συγχωρήσαιμεν.

[x] ἐναντίους Λ.—[y] γε καθόσον Λ.—[z] ἡδονάς Σ.—[a] φερώμεθα F.—[b] ἆρα γε Γ.—[c] ἡδονὴν ΓΛΞΣBCH et corr Π : ἡδονὴ *ς.—[d] ὁμοίους Λ.—[e] εἶναι om ΛΣBEFH𝔴 et pr Ξ.—[f] τὰ νῦν δὴ 𝔄ΔΠ, δεῖ τὰ νῦν E : δὴ τὰ νῦν *ς.—[g] πειρασώμεθα ΞF, πειρώμεθα ΔΠ, πειρόμεθα 𝔄.—[h] ἀνομοιότατον corr Π.—[i] γε om ΛF.—[j] ἡμῖν ἐκπεσὼν 𝔄ΔΠ : ἐκπεσὼν ἡμῖν *ς.—[k] εἰχήσεται Ξ.—[l] ἂν ἰόντες Σ𝔴.—[m] που Γ.—[n] ἀγαθὸν

οὔτι] *οὔτι* fortiter negat; ac frequenter apud Platonem occurrit. Exempla larga manu suppeditant Heind. ad Lysid. §. 9. ad Hipp. Maj. p. 116. ad Phædon. §. 70. ad Sophist. p. 297. Ast. ad rempubl. i. §. 2. cfr. Valckenar. ad Eurip. Hipp. 792. Brunck. ad Phœniss. 462. Hermann. ad Viger. p. 803. Stalb.

ἡδονὴν] Ald. Steph. *οὐδ' ἄρα ἡδονή*. Nos cum Bas. 1. 2. *ἡδονὴν* dedimus. Stalb.

ἡμᾶς τὰ νῦν δὴ λεχθέντα] Hæc mea sponte rescripseram, editione Bekk. nondum inspecta; Aldina vitiose *ἡμᾶς δεῖ τὰ νῦν λεχθ.* reliquæ omnes *ἡμᾶς δὴ τὰ νῦν λεχθέντα*. Verum sensus esse debet: *exempla paullo ante memorata nos nihil movent.* Similis corruptela invasisse videtur locum Sophistæ p. 219. B. ubi pro vulg. *τὰ δέ γε νῦν, ἃ δὴ διήλθομεν* scripserim: *τὰ δέ γε, ἃ νῦν δὴ διήλθομεν.* Male Sydenhamus *ἡμᾶς δῆτα νῦν λεχθ.* conjecit. Stalb.

ἡμᾶς οὐδὲν τιτρώσκει] I. q. *ἡμῖν τὸν λόγον οὐ βλάπτει*; metaphora a pugnantibus petita. Sic infra omnis disserendi ratio *βέλη*, et voluptas *καθάπερ πληγεῖσα πεπτωκέναι* dicitur, quo loco plura monebo. Ceterum Ald. *τι τιτρώσκει*, quod vitium in Bas. 1. servatum, sed in Bas. 2. emendatum est. Stalb.

§. 9. *ὅτι σὲ μιμούμενος—ἐὰν τολμῶ λέγειν*] I. e. *si dicere non erubesco.* Aristoph. Vesp. 326. *τόλμησον, ἄναξ, χαρίσασθαί μοι.* Fischer. ad Weller. iii. B. 48. '*τόλμησον χαρίσασθαι*, inquit, h. e. *χάρισαί μοι.*' Male. Stalb.

ἐκπεσεῖν] Haud dubie *elabendi, evadendi* significatione accipiendum, quam illustrant Budæus in commentariis de L. Gr. p. 536. et H. Steph. Thes. t. iii. p. 314. hoc sensu: *dum inepte versamur in hujus rei quæstione, ὁ λόγος nobis imprudentibus effugiet; h. e. frustra disputabimus.* de Legg. ii. p. 654. D. *εἰ δὲ ταῦθ' ἡμᾶς διαφυγόντα οἰχήσεται, μάταιος—ὁ λόγος ἂν εἴη.* Hinc facile intelligitur, verbo *ἀνακρούεσθαι* ad eos alludi, qui naves remis inhibent iisque revertuntur. Uberius de hujus verbi significationibus egerunt Gronov. in Observat. iv. 26. Valcken. ad Herodot. p. 658. Wesseling. ad Diodor. Sic. i. p. 418. Beck. ad Aristoph. Av. p. 67. Stalb.

εἰς τὰς ὁμοίας] Sydenh. corr. *εἰς τὰς ὁμοιότητας*, vel potius *εἰς τὰ ὅμοια* h. s. *revertamur ad similitudines.* Antea enim a colore et figuris similitudinem repetierat. Vere. Bip.

καὶ τάχ' ἀνιόντες εἰς τὰς ὁμοίας—ξυγχωρήσαιμεν] H. e. *fortasse inter nos conveniat, si nostræ sententiæ in eandem*

ΠΡΩ. Λέγε πῶς;

§. 10. ΣΩ. Ἐμὲ θὲς ὑπὸ σοῦ πάλιν ἐρωτώμενον, ὦ Πρώταρχε. §. 4. F.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον δή;

ΣΩ. Φρόνησίς τε καὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς καὶ πάνθ' ὁπόσα δὴ κατ' ἀρχὰς ἐγὼ θέμενος εἶπον ἀγαθά,[n] διερωτώμενος ὅ τί ποτέ[o] ἐστι τἀγαθόν, ἆρ' οὐ ταὐτὸν πείσονται τοῦτο ὅ περ ὁ σὸς λόγος;

ΠΡΩ. Πῶς;

§. 97. αἱ πρόχειροί γε, αἵπερ καὶ μέγισται] Monuerat Socrates, uniuscujusque rei naturam optime tum perspici, si eam contempleris non quando minima sit, sed quando maxima. Transfert istam sententiam ad voluptatis contemplationem, ita quidem, ut quum corporis cupiditates vehementissimas esse constet, ab hisce disputationem ordiendam esse censeat. In qua orationis serie quis non hanc fere sententiam nunc sequi velit: *Jam vero eæ cupiditates, quæ in corpore excitantur, omnium vehementissimæ sunt?* Sed vide mihi Socratis verba: *Nonne vulgares*, inquit, *quæ etiam maximæ voluptatum, ut sæpe dicimus, quæ ad corpus pertinent?* Quibus numquid magis ab argumentationis tenore discrepare potest? Præterea etiam grammatica verborum ratio non omnino constat, ut facile patebit locum attente legentibus. Circumspiciamus igitur ulceris medicinam. Ac vett. quidem libri nihil auxilii afferunt. Nec Ficinus aliud quid, quam quod nos habemus, legisse videtur. Itaque argumentationis rationibus ductus ego quidem, quanquam emendationis veritatem non ausim præstare, tamen locum olim ita exaratum fuisse suspicor: ἆρ' οὖν αἱ πρόχειροί γε καὶ μέγισται τῶν ἡδονῶν, ὃ λέγομεν πολλάκις, καὶ περὶ τὸ σῶμα εἰσὶν αὗται; i. e. *nonne vero vulgares quidem voluptates etiam maximæ sunt, ut sæpe dicere solemus, eæque ad corpus pertinent?* At vero, inquies, qua tandem ratione illud αἵπερ inter genuina verba immigravit? Casu, respondeo. Sed quoniam casus etiam caussa aliqua nitatur necesse est, hanc in eo quærendam puto, quod oculi librariorum ad sequens καὶ περὶ aberrarunt. STALB.

τῶν ἡδονῶν, ὃ λέγομεν πολλάκις, αἱ περὶ τὸ σῶμά εἰσιν αὗται;

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Πότερον οὖν μείζους[h] εἰσὶ καὶ γίγνονται περὶ τοὺς κάμνοντας ἐν ταῖς νόσοις ἢ περὶ ὑγιαίνοντας;[i] εὐλαβηθῶμεν δὲ[j] μὴ προπετῶς ἀποκρινόμενοι πταίσωμεν.[k]

ΠΡΩ. Πῇ;[l]

ΣΩ. Τάχα γὰρ[m] ἴσως[n] φαῖμεν[o] ἂν περὶ ὑγιαίνοντας.

ΠΡΩ. Εἰκός γε.

ΣΩ. Τί δ'; οὐχ αὗται τῶν ἡδονῶν ὑπερβάλλουσιν, ὧν ἂν καὶ ἐπιθυμίαι μέγισται προγίγνωνται;[p]

ΠΡΩ. Τοῦτο μὲν ἀληθές.

§. 98. Ἀλλ' οὐχ[q] οἱ[r] πυρέττοντες καὶ ἐν τοιούτοις[s] νοσήμασιν ἐχόμενοι μᾶλλον διψῶσι καὶ ῥιγοῦσι καὶ πάνθ'[t] II. iii. 206.

—[i] περὶ ὑγιαίνοντας 𝔄ΔΠ: περὶ τοὺς ὑγιαίνοντας *ς.—[j] δὲ δὴ E, δὴ ς.—[k] πταίσαιμεν Γ.—[l] πῇ non alteri dant ΔΠ.—[m] τὰ γὰρ 𝔄Π, τα αρ pr Δ.—[n] ἂν ἴσως C. —[o] φῶμεν Δ.—[p] προσγίγνονται 𝔄Γ, προσγίγνωνται *ς.—[q] ἆρ' οὖν οὐχὶ ς.—[r] ὅτι ΓΛΞΣBCEFHω.—[s] τούτοις τοῖς Γ.—[t] πάνθ' Γ.—[u] ὅσα ΞF.—[v] μᾶλλον πάσχουσιν·

εὐλαβηθῶμεν δὲ] Nemo non probabit, quod rescripsimus ex Bekk. pro vulgat. *εὐλαβηθῶμεν δή*. Ibidem ante *ὑγιαίνοντας* deest articulus, quem nos cum vett. editt. tuemur.—Mox de *τάχα ἴσως* cfr. Heind. ad Euthydem. p. 304. Stalb.

προγίγνωνται] Ald. Bas. 1. 2. *προσγίγνωνται* exhibent. Quod neque per sensum stare potest, quoniam cupiditates ante voluptates existere supra est demonstratum, neque vero etiam per rationes grammaticas; debuerat enim *αἷς ἂν προσγιγ.* dici. Stalb.

§. 98. *ἆρ' οὖν ὅτι οἱ*] Ald. Bas. 1. *ἀλλ' οὐχ ὅτι*, quod nullum sensum idoneum fundit. Stephan. *ἆρ' οὖν οὐχ*. Bekk. *ἀλλ' οὐχ οἱ πυρέττοντες*, contra totius loci sententiam. Etenim vult Socrates exemplo aliquo illustrare, quod antea dixerat, eas esse vehementissimas voluptates, quibus vehementissimæ prægrediantur cupiditates. Memorat autem nunc eos, qui febri aliisque hujusmodi morbis laborant. In quo sententiarum nexu quamnam vim particula *ἀλλὰ* habeat, equidem non intelligo. Vera est haud dubie scriptura Bas. 2. *ἆρ' οὖν ὅτι*, modo pro vulgat. *μᾶλλον δὲ ἐνδείᾳ ξυγγίγνονται* e Bekk. mecum recipias *μᾶλλόν τε ἐνδείᾳ ξυγγίγν.* Olim locus alia etiam corruptela laborare videbatur. Scribendum enim judicabam: *ἆρ' οὖν, ὅτι οἱ πυρέττοντες—μᾶλλ. διψ. καὶ ῥιγ. καὶ πάντα, ὁπόσα διὰ τοῦ σώματος εἰώθασι πάσχειν, πάσχουσι, μᾶλλόν τε ἐνδείᾳ ξυγγίγν.* ctr. hoc sensu: *nonne ii, qui febri aliisque hujusmodi morbis laborant, propterea, quia vehementius sitiunt et algent et aliis hujusmodi sensibus vehementius afficiuntur, etiam in majorem incidunt indigentiam et repleti majores percipiunt voluptates?* Sed nunc dubito, an *καὶ πάντα* recte absque verbo finito adjiciatur, hoc sensu: *et quæ sunt hujusmodi omnia, quibus corpus afficitur*, ut adeo ne opus quidem esse censeam illo *πάσχουσι*. Nemo certe offenderet, si scriptum esset *καὶ ὁπόσα πάντα—εἰώθασι πάσχειν*. Deinde in omnibus editt. *ἀποπληρουμένων*; quod quum prorsus ineptum sit, in *ἀποπληρούμενοι* abire jussimus. Stalb.

ἐν—νοσήμασιν ἐχόμενοι] De Republ. iii. p. 395. *ἐν ξυμφοραῖς τε καὶ πένθεσι καὶ θρήνοις ἐχομένην*. Theæt. p. 191. B. *ἐν τῷ τοιούτῳ ἐχόμεθα*. Soph. Ajac. 270. *Ἀνὴρ ἐκεῖνος, ἡνίκ' ἦν ἐν τῇ νόσῳ, Αὐτὸς μὲν ἥδεθ', οἷσιν εἴχετ' ἐν κακοῖς.* Plura dedit Wesseling. ad Herodot. iii. 129. Stalb.

ὁπόσα[u] διὰ τοῦ σώματος εἰώθασι πάσχειν, μᾶλλόν[v] τ'[w] ἐνδείᾳ ξυγγίγνονται καὶ ἀποπληρουμένων μείζους ἡδονὰς ἴσχουσιν; ἢ[x] τοῦτο οὐ φήσομεν ἀληθὲς εἶναι;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν νῦν[y] ῥηθὲν φαίνεται.

ΣΩ. Τί οὖν; ὀρθῶς ἂν φαινοίμεθα λέγοντες ὡς εἴ τις τὰς μεγίστας ἡδονὰς ἰδεῖν βούλοιτο, οὐκ εἰς ὑγίειαν[z] ἀλλ' εἰς νόσον ἰόντας[a] δεῖ σκοπεῖν; ὅρα δέ, μή με ἡγῇ[b] διανοούμενον ἐρωτᾷν σε εἰ πλείω χαίρουσιν οἱ σφόδρα νοσοῦντες τῶν ὑγιαινόντων, ἀλλ' οἷου μέγεθός με ζητεῖν ἡδονῆς, καὶ τὸ σφόδρα περὶ τοῦ τοιούτου ποῦ ποτὲ γίγνεται ἑκάστοτε. νοῆσαι γάρ[c] δεῖν[d] φαμὲν ἥν τινα φύσιν ἔχει καὶ τίνα λέγουσιν οἱ φάσκοντες μηδ' εἶναι τὸ παράπαν αὐτήν.

εἰ δ' αὐτοῖς αἱ ἐπιθυμίαι μείζονι ἐνδείᾳ corr Σ.—[w] τ' 𝔄ΔΠ et corr Γ: δὲ *ς.—[x] ἢ... 548, 8. γ'] in H lacuna paginarum $3\frac{1}{3}$.—[y] νῦν add Δ.—[z] ὑγείαν ΞEF.—[a] ἰόντα corr Γ.—[b] ἡγεῖ 𝔄.—[c] νοῆσαι μὲν γὰρ F.—[d] δεῖν 𝔄ΔΠ et corr F, δὴ Cw: δεῖ *ς.—

πάνυ μὲν οὖν νῦν] Vulgo νῦν deest, quod e Bekk. restitui. Stalb.

ῥηθὲν] Ante verbum ῥηθὲν puto deesse verb. ὀρθῶς. sicut sequitur, ὀρθῶς φαινοίμεθα λέγοντες. Steph. qui sic in Not. ‘Emendationem confirmare potest p. 61. πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς.’

ὀρθῶς ῥηθὲν φαίνεται] Stephani sententiam ut vanitatis coargueret, Fischerus vim adverbii ὀρθῶς jam particula πάνυ contineri contendebat. In quo multum a vero aberravit vir diligentissimus. Etenim πάνυ non cum ῥηθὲν, sed potius cum φαίνεται copulandum. Verum alia de causa non probaverim Stephani conjecturam. Etenim ad ῥηθὲν e prægressis facile repetere licebit αὐτοὺς μᾶλλόν τε ἐνδείᾳ ξυγγίγνεσθαι καὶ—μείζους ἡδονὰς ἴσχειν. Quanquam melius scriptum iri νῦν δὴ ῥηθὲν φαίνεται, nemo infitias iverit. Stalb.

ἂν φαινοίμεθα] Bas. 2. ἂν φαινόμεθα. Male. Stalb.

εἴ τις] Sequitur pluralis participii ἰόντας. Cfr. Xenoph. Memor. i. 2. 62. κατὰ γὰρ τοὺς νόμους ἐάν τις φανερὸς γένηται κλέπτων ἢ λωποδυτῶν ἢ βαλαντιοτομῶν—ἢ ἱεροσυλῶν, τούτοις θάνατός ἐστιν ἡ ζημία. Cyrop. i. 2. 2. ἥν τις τούτων τι παραβαίνῃ, ζημίας αὐτοῖς ἐπέθεσαν. ibid. vii. 4. 5. Idem usus frequens est post ὅστις. Soph. Antig. 705. Ὅστις γὰρ αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνος δοκεῖ Ἢ γλῶσσαν, ἣν οὐκ ἄλλος ἢ ψυχὴν ἔχειν, Οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί. Ajac. 769. Electr. 1538. Eurip. Med. 223. Andr. 180. Hel. 951. Aristoph. Ran. 714. Eccles. 683. cfr. Matth. Gr. Gr. §. 434. p. 673. Stalb.

ἀλλ' οἷου μέγεθός με ζητεῖν] Brevius nostri rem ita exprimunt: *non jam quærimus, quam late pateat voluptas extensiva ratione, sed potius quam late intensiva.* Etiam hic, nisi me omnia fallunt, vitium insedit. Nam quorsum tandem hoc ποῦ ποτε γίγνεται ἑκάστοτε referemus, nisi ad verba περὶ τοῦ τοιούτου? Verum enim ut taceam, ποῦ non dici solere pro ἐν ᾧ, res ipsa tale additamentum hic quidem valde superfluum, imo ineptum esse clamat. Fallor aut corrigendum οἷόν ποτε γίγνεται ἑκάστοτε. Scilicet οἷον pertinet ad prægressum μέγεθος ac τὸ σφόδρα, et verba περὶ τοῦ τοιούτου ad universam, quæ præcedit, enuntiationem referuntur, usu satis vulgari. Stalb.

νοῆσαι γὰρ δεῖ, φαμὲν] Steph. ‘Scribendum puto δεῖν. Alioqui ante et post φαμὲν est interpungendum: pro quo et Ficinus legit ἔφαμεν. Item paulo post ἀποκρίνου pro ἀποκρυνῇ ab eo quoque legitur.’ Scilicet Ficinus vertit, *Scrutandum quippe qua natura constet, prædiximus—responde modo.* Sed ut futurum non commutandum est imperativo, quum sit modestiæ et urbanitati Socratis accommodatius: ita quum in omnibus libris legatur δεῖ· quum Plato soleat verbum φαμὲν ita interserere orationi, ut

ΠΡΩ. Ἀλλὰ σχεδὸν ἕπομαι τῷ λόγῳ σου.

§. 99. ΣΩ. Τάχα, ὦ Πρώταρχε, οὐχ ἧττον δείξεις.[e] §. 28. F.
ἀποκρινεῖ[f] γάρ· ἐν ὕβρει μείζους ἡδονάς, οὐ πλείους λέγω, τῷ σφόδρα δὲ καὶ τῷ μᾶλλον ὑπερεχούσας ὁρᾷς ἢ ἐν τῷ σώφρονι βίῳ; λέγε δὲ[g] προσέχων τὸν νοῦν.

ΠΡΩ. Ἀλλ' ἔμαθον ὃ λέγεις, καὶ πολὺ τὸ διαφέρον[h]
ὁρῶ. τοὺς μὲν γὰρ σώφρονάς που καὶ ὁ παροιμιαζόμενος II. iii. 207.
ἐπίσχει λόγος ἑκάστοτε, ὁ[i] τὸ μηδὲν ἄγαν παρακελευόμενος, ᾧ πείθονται· τὸ δὲ τῶν ἀφρόνων τε καὶ ὑβριστῶν μέ-

[e] δείξης E, δόξεις corr Σ.—[f] ἀποκρινεῖ 𝔄w, ἀποκρίνει Π.—[g] δὴ Σ.—[h] διαφέρον 𝔄Δ Π: διάφορον *ς.—[i] ὁ add 𝔄ΓΔΛΠΣBCw et rc Ξ.—[j] εἰ σφόδρα 𝔄Π et pr Δ.—

non pendeat aliunde: vid. Politic. 27. 40. retinuimus δεῖ· sed verbum φαμὲν incisi nota sejunximus a finitimis verbis. Fisch.

νοῆσαι δεῖν φαμὲν] Recepi conjecturam Stephani. Stalb.

καὶ τίνα λέγουσιν] Schleierm. malebat καὶ τί λέγουσιν οἱ φάσκοντες, quod ita reddidit: *und was doch die meinen, welche behaupten, es gebe sie ganz und gar nicht.* Non possum, quin a viri gravissimi sententia aliquantum discedam. Neque enim nunc quæritur, quid sentiant, qui voluptatem revera esse negent, sed potius, qualem naturam esse arbitrentur ejus voluptatis, quam proprie nullam esse contendant. Id quod etiam verba ἥντινα φύσιν ἔχει testantur. Stalb.

§. 99. *οὐχ ἧττον δείξει*] Editt. omnes οὐχ ἧττον δείξεις· Quod ab hoc loco alienum esse, quis non videt? Recepi igitur Heindorfii emendationem, etiam Schleiermachero probatam, δείξει. Nam tertiæ verborum personæ interdum absque ulla subjecti notatione indefinite usurpantur. Nos: *es wird sich zeigen.* Ita Aristoph. Ran. 1261. Πάνυ γε μέλη θαυμαστά· δείξει δὴ τάχα i. e. αὐτὸ δείξει δὴ τάχα, quod v. 1303. dicitur τάχα δὲ δηλωθήσεται. Vesp. 988. Plat. de Republ. vi. p. 497. C. Τότε δηλώσει, ὅτι τοῦτο μέν τι τῷ ὄντι θεῖον ἦν, ubi male Ficinus: *declarabit.* Aristotel. Politic. iv. 11. δηλοῖ h. e. *patet.* Huc etiam referendum creberrimum illud ἐδήλωσε δὲ, ad quod fere supplent τὸ πρᾶγμα. Xenoph. Cyrop. vii. 1. 30. Memor. i. 2. 31. ubi Weiskius laudat Lysiæ Orat. c. Theomn. i. 7. Isocrat. Areopag. p. 370. Stalb.

ἀποκρίναι] De certa Schleiermacheri conjectura reposui; vulgo ἀποκρινῇ, quod Stephanus in ἀποκρίνου mutari jubebat, Fischerus autem ita defendit, ut futurum dicat modestiæ et urbanitati Socratis accommodatius esse. Sed velim vel unum Platonis locum mihi suppeditari, ubi in hac orationis conformatione hujusmodi urbanitas locum habeat. Et Ficinus quoque imperativum habuit; vertit enim: *responde modo.* Aoristus autem cur præferendus sit tempori præsenti, non est hodie, quod uberius exponam. Stalb.

ὑπερεχούσας—ἤ] Notabis verbum ὑπερέχειν sequente particula ἤ, quæ etiam ad prægressum μείζους refertur. Nota est similis verbi διαφέρειν eadem constructio. Stalb.

πολὺ τὸ διαφέρον] I. e. τὸ πολὺ διαφέρον. Euthyph. p. 14. B. πολὺ διὰ βραχυτέρων. de Republ. ix. p. 589. E. πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ. Lysid. p. 204. C. πολὺ ἔτι μᾶλλον. Stalb.

ἑκάστοτε ὅτι] Ita rescripsimus e Bas. 2. Sed Ald. ἑκάστοτε τὸ μηδέν. Bekk. ἑκάστοτε, ὁ τὸ μηδέν. Nostram lectionem omnes elegantiæ numeros habere, facile concedent periti judices. De proverbio cfr. Diog. L. i. 40. 44. et interpt. ad Cic. de Fin. iii. 22. Stalb.

τὸ τῶν ἀφρόνων τε καὶ ὑβριστῶν] Dictum pro τοὺς ἄφρονας τε καὶ ὑβριστὰς, notissima loquendi forma, de qua cfr. Fischer. ad Weller. t. i. p. 335. Schæfer. Melet. Crit. p. 31. Matth. Gr. Gr. §. 284. Cadit autem in hunc quoque locum egregium illud Porsoni præceptum, qui in notis ad Hecub. 297. 'Cum personam,' inquit, 'circumlocutione signi-

χει μανίας ἡ σφοδρὰ[j] ἡδονὴ κατέχουσα περιβοήτους ἀπεργάζεται.

ΣΩ. Καλῶς· καὶ εἴ γε ταῦθ'[k] οὕτως ἔχει, δῆλον ὡς ἔν τινι πονηρίᾳ ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, ἀλλ' οὐκ ἐν[l] ἀρετῇ μέγισται μὲν ἡδοναί, μέγισται δὲ καὶ λῦπαι γίγνονται.[m]

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

§. 100. ΣΩ. Οὐκοῦν τούτων τινὰς προελόμενον δεῖ σκοπεῖσθαι, τίνα ποτὲ τρόπον ἐχούσας ἐλέγομεν[n] αὐτὰς εἶναι[o] μεγίστας.

II. 46. ΠΡΩ. Ἀνάγκη.

ΣΩ. Σκόπει δὴ τὰς τῶν τοιῶνδε νοσημάτων ἡδονάς, τίνα ποτὲ ἔχουσι τρόπον.

ΠΡΩ. Ποίων;

ΣΩ. Τὰς τῶν ἀσχημόνων, ἃς οὓς[p] εἴπομεν δυσχερεῖς μισοῦσι παντελῶς.

ΠΡΩ. Ποίας;

ΣΩ. Οἷον τὰς τῆς ψώρας ἰάσεις τῷ τρίβειν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, οὐκ ἄλλης δεόμενα φαρμάξεως. τοῦτο γὰρ δὴ

[k] ταῦθ' 𝔄ΔΠ : τοῦθ' *ς.—[l] ἐν add 𝔄ΓΔΛΞΠΣBCHw.—[m] λέγονται w.—[n] ἐλέγομεν 𝔄ΔΠ : λέγομεν *ς.—[o] τινας εἶναι αὐτὰς Π.—[p] οὓς om 𝔄Π, in mg ponit Δ.—[q] σύμ-

ficant Græci, quam citissime ad ipsam personam revertuntur.' Subjicitur enim περιβοήτους, quasi præcessisset τοὺς ἄφρονας ctr. Ita de Republ. viii. p. 563. C. Τὸ μὲν γὰρ τῶν θηρίων τῶν ὑπὸ τοῖς ἀνθρώποις ὅσῳ ἐλευθερώτερά ἐστιν ἐν ταύτῃ ἢ ἐν ἄλλῃ, οὐκ ἄν τις πείθοιτο ἄπειρος. de Legg. p. 657. D. τὸ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν, ἐκείνους αὖ θεωροῦντες, διάγειν ἡγούμεθα πρεπόντως. Soph. Phil. 499. τὰ τῶν διακόνων,—τοὐμὸν ἐν σμικρῷ μέρει Ποιούμενοι, τὸν οἴκαδ' ἤπειγον στόλον. Ceterum recte interpres: 'intemperantes autem et dissolutos homines—immoderatis clamoribus exultare compellit.' Nam sane περιβόητος activo sensu occurrit apud Soph. Œd. R. 193. Ἄρεά τε τὸν μαλερὸν, Ὃς νῦν ἄχαλκος ἀσπίδων φλέγει με περιβόητος ἀντιάζω, ubi Musgr. citat Antipatrum Antholog. p. 62. Ἄμμων, ἀμφιβόητος ὄφις. Male igitur Schleiermacher: *und macht sie ganz verschrieen*; quanquam bene novi, περιβόητος plerumque in malam partem de *famoso* intelligi. Vid. Valckenar. ad Ammon. i. c. 15. Dorville ad Chariton. p. 273. Etenim sensus totius loci hic est, intemperantium voluptates interdum tam vehementes existere, ut illi ad insaniam rapiantur atque in insanos clamores erumpant. cfr. §. 102. Stalb.

οὐκ ἀρετῇ] Steph. 'γρ. οὐκ ἐν ἀρετῇ.' Scilicet in Bas. 2. Fisch.

§. 100. ἰάσεις] Male in plerisque editt. post ἰάσεις commate interpungitur. De Republ. iii. p. 397. A. διὰ μιμήσεως φωναῖς τε καὶ σχήμασι. de Legg. i. p. 633. B. ἐν ταῖς πρὸς ἀλλήλους ταῖς χερσὶ μάχαις. Lysid. p. 205. C. νίκας—τεθρίπποις τε καὶ κέλησι. cfr. Heind. ad Cratyl. §. 7. Stalb.

τοῦτο γὰρ δὴ] Ficinus vertit, *hoc enim malum, pro dii immortales, voluptatemne, an dolorem potius, nuncupabimus?* Fisch.

τὸ πάθος ἡμῖν, ὦ πρὸς θεῶν, τί ποτε φῶμεν ἐγγίγνεσθαι; πότερον ἡδονὴν ἢ λύπην;

ΠΡΩ. Σύμμικτον[q] τοῦτό γε,[r] ὦ Σώκρατες, ἔοικε γίγ- II. iii. 208.
νεσθαί τι κακόν.

ΣΩ. Οὐ μὲν[s] δὴ Φιλήβου γε ἕνεκα παρεθέμην τὸν λόγον· ἀλλ' ἄνευ τούτων, ὦ Πρώταρχε, τῶν ἡδονῶν καὶ τῶν ταύταις[t] ἑπομένων, ἂν μὴ κατοφθῶσι,[u] σχεδὸν οὐκ ἄν ποτε δυναίμεθα διακρίνασθαι[v] τὸ νῦν ζητούμενον.

ΠΡΩ. Οὐκοῦν ἰτέον ἐπὶ τὰς τούτων ξυγγενεῖς.[w]

§. 101. ΣΩ. Τὰς ἐν τῇ μίξει κοινωνούσας λέγεις;

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Εἰσὶ τοίνυν μίξεις αἱ μὲν κατὰ τὸ σῶμα ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν, αἱ δ' αὐτῆς[x] τῆς[y] ψυχῆς[z] ἐν τῇ ψυχῇ. τὰς δ' αὖ τῆς[a] ψυχῆς[b] καὶ τοῦ σώματος ἀνευρήσομεν[c] λύπας[d] ἡδοναῖς μιχθείσας τοτὲ μὲν ἡδονὰς τὰ ξυναμφότερα, τοτὲ δὲ λύπας ἐπικαλουμένας.

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Ὁπόταν ἐν τῇ καταστάσει τις ἢ τῇ διαφθορᾷ[e] τἀναντία ἅμα πάθη πάσχῃ, ῥιγῶν ποτὲ[f] θέρηται καὶ θερ-

συμ
μικτον 𝔄ΓΔΞΠΣΒCιc, ἔμμικτον EF : ἔμμικτον ς.—[r] γὰρ Δ, γ' ἄρ' 𝔄Π.—[s] μὴν Γ.—[t] ταύτης 𝔄Λ.—[u] κατορθῶσιν Λ.—[v] διακρίνεσθαι Π.—[w] ξ. 𝔄ΔΞΠ.—[x] αὖ τῆς 𝔄.—[y] τῆς om 𝔄Δ.—[z] ψυχῆς ἐν τῇ ψυχῆς Λ.—[a] τῆς, in mg τὰς, F.—[b] αὖ τῆς Γ, αὖ Δ : αὐτῆς *ς.—[c] εὑρήσομεν pr Ξ.—[d] λύπας om w.—[e] διαφορᾷ Ew.—[f] πότε ῥιγῶν

ἔμμικτον] Steph. 'γρ. σύμμικτον.' Scilicet in Bas. 2. recte. In versione Ficini, *mixtum hoc esse videtur*. Fisch.

σύμμικτον] Hoc verbum e Bas. 2. restitui. Reliquæ ἔμμικτον, quod quantopere ab hoc loco abhorreat unusquisque sentiet. Stalb.

κακὸν] Ne cui verbum κακὸν vitii suspicionem moveat, ludit Protarchus in ambiguitate voc. πάθος, quo Socrates antea usus erat. Nisi forte illud ad verba δῆλον, ὡς ἔν τινι πονηρίᾳ ψυχῆς καὶ σώματος referre malis. Stalb.

οὐ μὲν δὴ] Fischerus οὐ μὴν δὴ scribi jubet. Temere. Nusquam δὴ post μὴν infertur. Phædon. p. 75. A. ἀλλὰ μὲν δὴ ἔκ γε τῶν αἰσθήσεων δεῖ ἐννοῆσαι. ibid. p. 78. A. ἀλλὰ ταῦτα μὲν δή, ἔφη, ὑπάρξει. Sympos. c. 19. καὶ μὲν δὴ τήν γε τῶν ζώων ποίησιν πάντων τίς ἐναντιώσεται μὴ οὐχὶ—εἶναι σοφίαν, in quibus locis idem vir doctus eodem errore lapsus est. cfr. infra §. 109. Hipp. Maj. p. 290. A. Charmid. p. 159. C. Xenoph. Anab. ii. 2. 3. ii. 4. 6. Stalb.

ἰτέον ἐπὶ τὰς τούτων συγγενεῖς] Transit nunc disputatio ad voluptates doloribus mixtas. Miscentur autem vel solius corporis (ἐν αὐτοῖς τοῖς σώμασιν) vel solius animi (αὐτῆς τῆς ψυχῆς) vel denique animi et corporis conjuncti dolores atque voluptates. Pessime igitur vulgo τὰς δ' αὐτῆς ψυχῆς, quod cum Schleiermach. et Bekk. in τὰς δ' αὖ τῆς ψυχῆς mutavimus. Stalb.

§. 101. διαφθορᾷ] Ald. Bas. 1. διαφορᾷ. Sed in Bas. 2. jam correctum est διαφθορᾷ. Ficinus, *corruptione*. Unde Steph. 'In præced. edit. διαφορᾷ· sed Ficinus quoque lectionem illam agnoscit. Vertit enim, *in restitutione, vel corruptione*.' Fisch.

μαινόμενος ἐνίοτε ψύχηται, ζητῶν, οἶμαι, τὸ μὲν ἔχειν, τοῦ δ' ἀπαλλάττεσθαι, τὸ δὴ λεγόμενον πικρῷ γλυκὺ[g] μεμιγμένον, μετὰ δυσαπαλλακτίας παρόν, ἀγανάκτησιν καὶ ὕστερον[h] ξύντασιν[i] ἀγρίαν ποιεῖ.

ΠΡΩ. Καὶ μάλ' ἀληθὲς τὸ νῦν λεγόμενον.[j]

II. iii. 209. §. 102. ΣΩ. Οὐκοῦν αἱ τοιαῦται μίξεις αἱ μὲν ἐξ ἴσων εἰσὶ λυπῶν τε καὶ ἡδονῶν, αἱ δ' ἐκ τῶν ἑτέρων πλειόνων.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Λέγε[k] δὴ τὰς μέν, ὅταν πλείους λῦπαι[l] τῶν ἡδονῶν γίγνωνται, τὰς τῆς ψώρας λεγομένας[m] νῦν δὴ ταύτας

.....

πότε 𝔄ΔΠ, ποτὲ ῥιγῶν Γ.—[g] πικρῷ γλυκεῖ F. præstat fortasse πικρόγλυκυ.—[h] ὕστερον om Π, in mg ponit Δ.—[i] σύντασιν 𝔄Δ et pr Π, ξύνστασιν pr Γ : ξύστασιν *ς.—[j] νῦν λεγόμενον 𝔄Π et pr Δ : νῦν δὴ λεγόμενον *ς.—[k] λέγω Π.—[l] λῦπαι Σ :

ῥιγῶν] De Attica forma vid. Pierson. ad Mœrid. p. 183. Buttmann. ad Gorg. §. 155. Stalb.

ζητῶν] Valet *cupiens*, ut de Republ. ii. p. 375. E. vi. p. 486. D. Euthyd. p. 306. Stalb.

ξύστασιν ἀγρίαν ποιεῖ] Ad hæc verba Schützius ita annotavit : 'Quanquam,' inquit, 'ferri et explicari potest *ξύστασιν*, haud scimus tamen, an scripserit Plato *ξύντασιν*, quum paullo post dicatur *συντείνει τε καὶ ἐνίοτε πηδᾷν ποιεῖ.*' *ξύντασιν* edidit Bekkerus. At vehementer dubito, an *ξύντασις* non genuinum sit. Vulgata unice vera. Eurip. Hipp. 994. *Πάτερ, μένος μὲν ξύστασίς τε σῶν φρενῶν δεινή.* Alcest. 809. *Τοῦ νῦν σκυθρωποῦ καὶ ξυνεστῶτος φρενῶν.* De sententia veterum, animam voluptate diffundi, tristitia contrahi vid. interptt. ad Cic. Tuscul. iii. 25. et iv. 31. ubi inter alia hæc : 'Eodem vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore contractio.' Cfr. Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 103. Unde intelligitur, *ἀγανάκτησιν* hic recte cum *ξυστάσει ἀγρίᾳ* copulari. Idem usus est apud Thucyd. vii. 71. init. *Ὅτε ἐκ τῆς γῆς πεζὸς ἀμφοτέρων, ἰσοῤῥόπου τῆς ναυμαχίας καθεστηκυίας, πολὺν τὸν ἀγῶνα καὶ ξύστασιν τῆς γνώμης εἶχε*, ubi recte Scholiasta : *ἀντὶ τοῦ ἰσχυρῶς ἠγωνίων καὶ τὰς διανοίας συνετέταντο.* Cave tamen ibi cum quibusdam corrigas *ξύντασιν.* Stalb.

§. 102. *ὅταν πλείους λῦπαι τῶν ἡδονῶν*] Dixerat antea, dupliciter voluptatem et dolorem misceri posse, vel ita, ut voluptatis ac doloris partes æquales sint, vel ut alterutrum magnitudine ab altero superetur, atqué in quodam sensu plus insit voluptatis, quam doloris, aut contra plus doloris, quam voluptatis. Hujus rei nunc exemplum aliquod affert. Sed *ῥῆσις* hæc multis obsepta est difficultatibus, sive singulas ejus partes, sive totam, quæ ea continetur, sententiam consideres. Ac illud quidem manifestum puto, universa hac enuntiatione uberius illustrari, quod antea dixerat, fieri interdum in solo corpore solere, ut, ubi mixti sint dolores atque voluptates, plus doloris adsit, quam voluptatis. Utitur autem rei clarius declarandæ gratia exemplo scabiosorum, ad quod etiam pertinet *γαργαλισμῶν* mentio. Hesychius enim *Γαργαλισμός· κίνησις σώματος* (leg. *κνῆσις*) h. e. *titillatio.* cfr. Hemsterhus. ad Thom. Mag. p. 181. Phædr. p. 253. E. *ὅταν—γαργαλισμοῦ τε καὶ πόθου κέντρων ὑποπλησθῇ.* Dicit igitur, illos intus sentire ardorem et inflammationem, quam ita mitigare studeant, ut partes in superficie cutis positas perfricent. Hic vulgo legebatur *τρίψει καὶ κινήσει*, quod auctore Heusdio p. 102. in *τρίψει καὶ κνήσει* mutavi. Gorg. p. 494. D. *Καὶ πρῶτον μὲν εἰπὲ, εἰ καὶ ψωριῶντα καὶ κνησιῶντα, ἀφθόνως ἔχοντα τοῦ κνῆσθαι, κνώμενον διατελοῦντα τὸν βίον εὐδαιμόνως ἐστὶ ζῆν.* Deinde *τὰ δὲ ἐπιπολῆς* pro *τὸ δὲ ἐπιπολῆς* quin recte cum Schützio correxerim, dubitare non sinit pronomen *αὐτὰ*, quod ad præcedentia non potest non referri. Deinceps participiis *φέροντες—καὶ—με-*

εἶναι καὶ τὰς τῶν γαργαλισμῶν, ὁπόταν ἐντὸς τὸ ζέον ᾖ καὶ
τὸ φλεγμαῖνον, τῇ τρίψει δὲ καὶ τῇ κνήσει[n] μὴ ἐφικνῆταί[o]
τις, τὸ δ' ἐπιπολῆς[p] μόνον διαχέῃ, τοτὲ[q] φέροντες εἰς πῦρ[r]
αὐτὰ καὶ εἰς τοὐναντίον, ἀπορίαις μεταβάλλοντες ἐνίοτε
ἀμηχάνους ἡδονάς· τοτὲ δὲ τοὐναντίον τοῖς ἐντὸς πρὸς τὰς
τῶν[s] ἔξω λύπας ἡδονὰς[t] ξυγκερασθείσας,[u] εἰς ὁπότερ'[v] ἂν
ῥέψῃ,[w] παρέσχοντο τῷ[x] τὰ συγκεκριμένα[y] βίᾳ διαχεῖν[z] ἢ
τὰ διακεκριμένα συγχεῖν καὶ ὁμοῦ λύπας ἡδοναῖς[a] παρα- II. 47.
τιθέναι.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁπόταν αὖ πλείων ἡδονὴ κατὰ τὰ[b] τοιαῦτα πάντα ξυμμιχθῇ, τὸ μὲν[c] ὑπομεμιγμένον τῆς λύπης γαργαλίζει τε καὶ ἠρέμα ἀγανακτεῖν ποιεῖ, τὸ δ' αὖ τῆς[d]

λύπαι ς.—[m] λεγομένης Γ.—[n] κνήσει Heusdius: libri κινήσει.—[o] ἐφικνεῖταί 𝔄.—[p] ἐπὶ πολῆς 𝔄, ἐπὶ πολλῆς Ξ.—[q] τότε ΔΠ.—[r] lacuna in 𝔴.—[s] προστάττων 𝔄Π: πρὸς τὰς τῶν cum *ς corr Δ.—[t] ἡδονὰς Schützius: libri ἡδοναῖς.—[u] ξυγκερασθείσας (ξ) ΓΛΣC, συγκερασθείσας B, συγκερασθείσαις Ξ𝔴.—[v] πότερ' Λ.—[w] ῥίψῃ 𝔴.—[x] τὸ 𝔴.—[y] συγκεκραμένα Λ, συγκεκρυμμένα Ξ.—[z] διασχεῖν ΓΛ.—[a] ἡδονὰς (αῖς) F.—[b] τὰ add C.—[c] μὲν οὖν Γ.—[d] αὐτῆς ς.—[e] πλεῖον Π, πλείων 𝔄 et pr Δ.—[f] ἐγκεχυμένον 𝔄ΓΔ

ταβάλλοντες a singulari numero τίς subito ad pluralem labitur auctor, satis audaci ratione. Dicuntur igitur illi nunc supernas cutis partes (τὰ ἐπιπολῆς) præ dolore, quem intus sentiant, φέρειν εἰς πῦρ καὶ εἰς τοὐναντίον h. e. aquam, eoque ἀπορίαις ἐνίοτε ἀμηχάνους ἡδονὰς μεταβάλλειν, *consilii inopia interdum ingentes voluptates permutare* h. e. illas voluptates, quas fricando excitassent, in consilii inopiam vertere, dum hujusmodi remediis adhibendis faciant, ut has quoque partes inflamment. Ita hæc quidem in expedito esse arbitror. Sed quæ sequuntur paullo impeditiora. Ac particulas τοτὲ δὲ, cave, ad prægressum τότε φέροντες referas; nova enim jam orditur sententia. Scilicet primum illud τότε non habet, quod ei respondeat, sed positum est, ac si pro καὶ ante εἰς τοὐναντίον alterum τότε δὲ sequeretur, cujusmodi exempla in Græco sermone haud raro occurrunt. Itaque inde a verbis τοτὲ δὲ τοὐναντίον τοῖς ἐντὸς ctr. alia doloris et voluptatis conjunctio, quæ scabiosis accidat, memoratur. Quemadmodum enim, dolore intus sæviente, e cutis perfrictione et titillatione magnam illi capiunt voluptatem, ingrato, qui in partibus internis sentitur ardoris sensui oppositam; ita vicissim si quis in externis partibus dolor insideat, eum sic sæpe mitigare student, ut internis (τοῖς ἐντὸς) voluptatem aliquam adhibeant. Itaque τότε δὲ hic ita usurpatur, quasi primæ enuntiationis parti τότε μὲν præmissum esset. Scripsimus autem, Schützio auctore, ἡδονὰς ξυγκερασθείσας, quoniam structura verborum ita procedit: πρὸς τὰς—λύπας παρέσχοντο (*adhibere solent*) ἡδονὰς συγκερασθείσας. Verba εἰς ὁπότερ' ἂν ῥέψῃ ita interpretor: *quomodocunque res eveniat, sive crescant dolores, sive vincant voluptates.* Reliqua non egent explicatione. Ac satis omnino de loco scabioso. Stalb.

πλείων κατὰ τὰ τοιαῦτα] Illustrat jam, eodem exemplo usus, quod antea dixerat, fieri etiam posse, ut in doloris et voluptatis conjunctione major sit copia voluptatis, minor doloris.—Pro κατὰ τὰ τοιαῦτα, quod Fischer e Bas. 2. restituit, Ald. κατὰ τοιαῦτα. Stalb.

γαργαλίζει] Hesychius ἐρεθίζει, Etymol. M. κινεῖ, ὑποσαίνει, προτρέπει, ἐρεθίζει interpretantur. Stalb.

ἡδονῆς πολὺ πλέον[e] ἐγκεχυμένον[f] συντείνει τε καὶ ἐνίοτε πηδᾷν ποιεῖ, καὶ παντοῖα μὲν χρώματα, παντοῖα δὲ σχήματα,[g] παντοῖα δὲ πνεύματα ἀπεργαζόμενον[h] πᾶσαν ἔκπληξιν καὶ βοὰς μετ'[i] ἀφροσύνης[j] ἐνεργάζεται.[k]

II. iii. 210. ΠΡΩ. Μάλα γε.

§. 103. ΣΩ. Καὶ λέγειν τε,[l] ὦ ἑταῖρε, αὐτόν τε[m] περὶ ἑαυτοῦ ποιεῖ καὶ ἄλλον,[n] ὡς ταύταις ταῖς ἡδοναῖς τερπό-

ΛΞΠΣΒCw: ἐκκεχυμένον *s.—[g] παντοῖα δὲ σχήματα om F.—[h] ἀπεργαζόμενον
ὰ
Buttmannus: libri ἀπεργαζόμενα.—[i] μετ' Γ, καὶ μετὰ Δ.—[j] εὐφροσύνης EF, εὐφροσύνης Γ cum corr Ξ et γρ Δ.—[k] ἀπεργάζεται 𝔄ΔΠ.—[l] γε 𝔄ΔΠΣ.—[m] γε F.—[n] καὶ

τὸ δὲ αὖ τῆς ἡδον.] Quod conjecit Schleiermacher. recepit Beck.; Ald. Bas. 1. 2. τὸ δὲ αὐτῆς ἡδονῆς. Stalb.

ἐγκεχυμένον] Scripsi e Bas. 2. et Bekker. Ficinus vertit: *Atque iterum voluptatis uberior pars infusa provocat.* Reliquæ editiones contra loci sententiam præstant ἐκκεχυμένον. Stalb.

συντείνει] De Legg. vii. c. 9. ῥήμασι καὶ ῥυθμοῖς καὶ γοωδεστάτοις ἁρμονίαις ξυντείνοντες τὰς τῶν ἀκροωμένων ψυχάς. Mox vulgo ἀπεργαζόμενα, quod cum Buttmanno et Bekk. in ἀπεργαζόμενον mutavi. Stalb.

§. 103. καὶ λέγειν τε] Ita Ald. Bas. 1. 2. Steph. malebat καὶ λέγειν γε, probante Fisch. Male. Audiamus Schæf. ad Dionys. de Composit. Verb. p. 191. 'Καὶ—τε,' inquit ille, 'sæpe abundanter ponuntur. Aristoph. Lysistr. 1200. χ' ἅ τ' ἔνδον ᾖ φορεῖν. [Hoc loco abstinendum erat.] Pac. 961. Καὐτός τε χερνίπτου; παραδοὺς ταύτην ἐμοί. Brunck. ad Lysistr. 489. ad Equit. 1088. Pors. ad Hecub. 1269.' Obnituntur tamen huic summi viri sententiæ Reisig. Conject. in Aristoph. t. i. p. 212. et Poppo Observat. in Thucyd. p. 135. Atticos unquam καὶ—τε usurpasse præfracte negantes. Ut cum Schæfero faciam, movent me quum alia, tum hæc loca Herodot. ii. 79. 13. καὶ ἀοιδήν τε ταύτην πρώτην καὶ μούνην σφίσι γενέσθαι. Xenoph. Memor. iv. 2. 28. καὶ προΐστασθαί τε ἑαυτῶν τούτους, ubi codd. nihil variant. ibid. ii. 3. 19. καὶ τἄλλα τε, ὅσα ἀδελφὰ ἔφυσεν ἀνθρώποις. Ita enim e codd. haud dubie scribendum. Anab. iv. 1. 3. Καὶ τοῦ Εὐφράτου τε τὰς πηγὰς ἐλέγετο οὐ πρόσω τοῦ Τίγρητος εἶναι, ubi temere Zeunius καὶ—δὲ correxit, probante Schneidero. Cyropæd. i. 4. 17. καὶ λαμπρότερόν τε ἂν φανῆναι τὸ ἔργον τῆς θήρας. ibid. iii. 1. 2. καὶ κόσμον τε καὶ κατασκευὴν τὴν πλείστου ἀξίαν συναπέπεμπε, ut recte codd. habent. de Republ. Lacedæm. viii. 4. Ἔφοροι οὖν ἱκανοὶ μέν εἰσι ζημιοῦν ὃν ἂν βούλωνται, κύριοι δ' ἐκπράττειν παραχρῆμα, κύριοι δὲ καὶ ἄρχοντας μεταξὺ καταπαῦσαι, καὶ εἶρξαί τε καὶ περὶ τῆς ψυχῆς εἰς ἀγῶνα καταστῆσαι. ibid. xv. 3. ἔδωκε δὲ καὶ γέρα ἀπὸ τῶν θυομένων λαμβάνειν, καὶ γῆν τε ἐν πολλαῖς τῶν περιοίκων πόλεων ἀπέδειξεν ἐξαίρετον τοσαύτην, ὥστε μήτε δεῖσθαι τῶν μετρίων μήτε πλούτῳ ὑπερφέρειν, ubi Weiskius καὶ γῆν δὲ correxit, probante Schneidero. Ejusdem generis est καὶ οὔτε, de quo Schæfer. ad Dionys. de Composit. Verb. p. 183. cui repugnat Reisig. l. c. Antiphon. p. 771. ed. Reiske. πρῶτον μὲν οὖν ἀποδείξω ὑμῖν, ὅτι οὔτ' ἐκέλευσα τὸν παῖδα πιεῖν τὸ φάρμακον, οὔτ' ἠνάγκασα, οὔτ' ἔδωκα· καὶ οὔτε παρῆν ὅτ' ἔπιεν. ubi Reiskius καὶ perperam delet. Sed egregie falluntur, qui in his et similibus locis copulam abundare existimant. De qua re ita statuendum. In Homero ubi καί τε conjunguntur, τε aliquid ambiguum et incertum denotat: *etwa, wohl,* quanquam hæ voculæ non ubique satis aptæ sunt ad Græcæ particulæ vim exprimendam. In serioribus autem scriptoribus, ubi καὶ—τε, alio vocabulo interposito, usurpantur, καὶ habet vim copulandi, et τε valet *etiam.* Concedent hæc, qui loca, a nobis excitata, accurate examinaverint. Hinc sponte intelligetur, ubi voculæ mutatio jure fieri queat, ubi non. Stalb.

καὶ ἄλλον] Steph. 'γρ. καὶ περὶ ἄλλου:' haud dubie e Bas. 2. ubi legitur περὶ ἑαυτοῦ καὶ περὶ ἄλλου. Male. Nam opponuntur sibi invicem αὐτόν τε et καὶ

μενος οἷον ἀποθνήσκει· καὶ ταύτας γε δὴ[o] παντάπασιν ἀεὶ μεταδιώκει τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ ἂν[p] ἀκολαστότερός τε καὶ ἀφρονέστερος[q] ὢν τυγχάνῃ. καὶ καλεῖ[r] δὴ μεγίστας ταύτας,[s] καὶ τὸν ἐν αὐταῖς[t] ὅτι μάλιστ' ἀεὶ ζῶντα εὐδαιμονέστατον καταριθμεῖται.[u]

ΠΡΩ. Πάντα, ὦ Σώκρατες, τὰ συμβαίνοντα πρὸς τῶν πολλῶν ἀνθρώπων εἰς δόξαν διεπέρανας.

§. 104. ΣΩ. Περί γε τῶν ἡδονῶν, ὦ Πρώταρχε, τῶν ἐν τοῖς κοινοῖς παθήμασιν αὐτοῦ τοῦ σώματος τῶν ἐπιπολῆς[v] τε καὶ ἐντὸς κερασθέντων· περὶ δὲ τῶν ἐν ψυχῇ, σώματι τἀναντία ξυμβάλλεται, λύπην τε ἅμα πρὸς ἡδονὴν καὶ ἡδονὴν πρὸς λύπην, ὥστ'[w] εἰς μίαν ἀμφότερα κρᾶσιν ἰέναι, ταῦτ'[x] ἔμπροσθε[y] μὲν[z] διήλθομεν, ὡς ὁπόταν αὖ κε-

περὶ ἄλλου 𝔄ΔΠ, καὶ περὶ ἄλλον γρ ΣBCw, καὶ περὶ ἄλλων γρ Ξ.—[o] δεῖ Γ.—[p] ἂν om 𝔄Π et pr Δ.—[q] ἀφρονέστατος Γ.—[r] καλῇ Γ.—[s] καὶ ταῦτα ΣBC.—[t] ταύταις 𝔄Δ Π.—[u] εὐδαιμ. αὐτὸν καταρ. EF.—[v] ἐπὶ πόλης 𝔄, ἐπὶ πολλῆς Ξ.—[w] τ' om Π.—[x] ταῦτ' Γ, καὶ ταῦτα w.—[y] ἔμπροσθε ΓΔ; ἔμπροσθεν *ς.—[z] μὲν om Γ.—[a] δὴ τότε

ἄλλον. Etiam Ficinus vertit: *Cogit præterea, o amice, de se tum ipsum, vel tum alium exclamare.*—καὶ καλεῖ δὴ μεγίστας h. e. *quin maximas eas vocat.* cfr. Hermann. ad Viger. p. 839.—πάντα τὰ συμβαίνοντα—διεπέρανας. Recte Ficinus: *omnia, quæ apud multos in existimationem veniunt.* De forma dicendi οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι, pro quo usitatius est οἱ πολλοί, cfr. Heind. ad Phædon. p. 65. A. καὶ δοκεῖ γέ που, ὦ Σιμμία, τοῖς πολλοῖς ἀνθρώποις. Stalb.

§. 104. ἐν ψυχῇ, σώματι] Agitur nunc de voluptatis et doloris mixtione, quæ fit simul in animo et corpore conjuncto. Sed deesse aliquid ad integritatem loci, omnia clamant. Commemorantur enim hic nonnisi solius corporis voluptates, quum etiam animæ debuerint. Quare ad sensum egregia est Buttmanni emendatio: ἐν ψυχῇ καὶ σώματι, ὅταν ψυχὴ σώματι τἀναντία ξυμβάλληται κ. τ. λ. qua meliorem invenire non potui. Post ἰέναι vulgo pessime majore interpunctione distinguunt. Apertum est, verba ita cohærere: περὶ δὲ τῶν ἐν ψυχῇ—ταῦτα ἔμπροσθεν μὲν διήλθομεν, ὡς ctr. in quibus ταῦτα ad sequentem sententiam referendum. Deinde vix dubitare possis, quin in ὁπόταν αὖ κενῶται labes aliqua insederit. Quorsum enim pertinet istud αὖ? Possis quidem ex ipsa sententia voculam ita defendere, ut πληρούμενος subaudiendum dicas. Verum quis unquam ita scripserit, præsertim ubi verba proxime prægressa de longe alia re agant? Deinde vero etiam haud scio an ad κενῶται,—ἐπιθυμεῖ—, ἀλγεῖ, non sine insigni quadam molestia pronomen τὶς suppleatur, quanquam nolim repugnare, si quis aliter sentiat. Cfr. Matth. Gr. Gr. §. 294. 2. p. 409. Heind. ad Gorg. §. 26. Hoc vero unusquisque dabit, ubi lectum fuerit ὁπόταν τις κενῶται, omnia ita decurrere, ut nihil asperi et duri sentiatur. Hanc vero conjecturam quemadmodum non ausim præstare veram, ita mox haud cunctanter reposui ξυμπίπτει γιγνομένη, quamvis omnes editiones γενομένη exhibent. Scilicet quum συμπίπτειν indicet rem, cum alia quadam actione artissime et necessario conjunctam, non magis dici licuit συμπίπτει γενομένη, quam λανθάνει βιώσας aut συμβαίνει γενόμενον, sed semper dicendum συμπίπτει γιγνόμενον, συμπίπτει γεγονός, συμπίπτει μέλλον cum infinitivo, συνέπεσε γενόμενον. Thom. Mag. p. 819. καὶ συμπεσεῖν συμβῆναι. Phavorin. Συμπίπτειν λέγεται καὶ τὸ συμβαίνειν. et in v. Συμπεσεῖν· οἱ δὲ μεθ' Ὅμηρον τὴν λέξιν καὶ ἐπὶ τυχηρῶν ἀποβάσεων τιθέασι. Exemplis in re omni dubitatione exemta nihil opus. Stalb.

νῶται πληρώσεως ἐπιθυμεῖ, καὶ ἐλπίζων μὲν χαίρει, κενούμενος δὲ ἀλγεῖ, ταῦτα δὲ τότε[a] μὲν οὐκ ἐμαρτυράμεθα, νῦν δὲ λέγομεν, ὡς ψυχῆς πρὸς σῶμα διαφερομένης ἐν πᾶσι τούτοις πλήθει ἀμηχάνοις οὖσι μίξις μία λύπης τε καὶ ἡδονῆς ξυμπίπτει γενομένη.

ΠΡΩ. Κινδυνεύεις ὀρθότατα λέγειν.

II. iii. 211. §. 29. F. §. 105. ΣΩ. Ἔτι τοίνυν ἡμῖν τῶν μίξεων λύπης τε καὶ ἡδονῆς λοιπὴ μία.

ΠΡΩ. Ποία, φῄς;

ΣΩ. Ἣν αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτῇ πολλάκις λαμβάνειν σύγκρασιν[b] ἔφαμεν.

ΠΡΩ. Πῶς οὖν δὴ[c] τοῦτ᾽ αὐτὸ λέγομεν;

ΣΩ. Ὀργὴν καὶ φόβον καὶ πόθον καὶ θρῆνον καὶ ἔρωτα καὶ ζῆλον καὶ φθόνον καὶ ὅσα τοιαῦτα, ἆρ᾽ οὐκ αὐτῆς τῆς ψυχῆς τίθεσαι[d] ταύτας λύπας τινάς;

ΠΡΩ. Ἔγωγε.

ΣΩ. Οὐκοῦν αὐτὰς ἡδονῶν μεστὰς εὑρήσομεν ἀμηχάνων; ἢ δεόμεθα ὑπομιμνήσκεσθαι τὸ ὅς τ᾽[e] ἐφέηκε[f] τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς τὸ

𝔄ΔΠ.—[b] σύγκρισιν ϛ.—[c] δὴ add 𝔄ΓΔΛΠΣBCF𝔴.—[d] τίθεσθαι 𝔴.—[e] ὥστ᾽ vel ὥστε
έ ὅστε
𝔄ΓΔΛΞΠΣBCEF𝔴.—[f] φαίηκε Π, ἔφη μὲν Γ.—[g] ὥστε F, ὥστε ceteri.—[h] πολὺν Π,

§. 105. *τῶν μίξεων λύπης τε καὶ ἡδονῆς*] Incipit hinc disputatio subtilissima de voluptatibus et doloribus in solo animo mixtis. Quæ quidem tam elegans est, tam acuta, tam vera, ut hæc legentibus non possit non ardentissimum desiderium eorum librorum excitari, qui a veteribus philosophis de anima ejusque natura scripti in magno illo litterarum naufragio tristi fato perierunt. Sed fruamur præsentibus bonis! Stalb.

ποία φῄς;] Steph. ' For. *ποίαν φῄς;*' recte. Fisch.

ποίαν φῄς;] Ald. Bas. 1. 2. *ποία, φῄς;* Verum fateor, simile huic exemplum me non meminisse, nisi forte huc revocare liceat, quæ monuerunt Lobeck. et Hermann. ad Soph. Aj. 569. Τὸν παῖδα τόνδε πρὸς δόμους ἐμοὺς ἄγων Τελαμῶνι δείξει, μητρί τ᾽, Ἐριβοίᾳ λέγω. Sed etiam in hac loquendi ratione, prægresso nominativo, λέγω plerumque cum accusativo conjungitur. Recepi igitur Stephani emendationem. Stalb.

σύγκρισιν] Steph. ' γρ. σύγκρασιν.' Scilicet in Bas. 2. Ficinus neutrum expressit, vertit enim, *quam sæpe ipsam in se ipsa animam accipere diximus*. Fisch.

σύγκρασιν] Ita e Bas. 2. edidi. Quanquam ob prægressum *μίξις* magis placet Buttmanni emendatio *συγκεράσασαν*, pro quo tamen malim *συγκεράννυσαν*. Stalb.

πῶς οὖν τοῦτ᾽] Steph. ' γρ. πῶς οὖν δὴ τοῦτ᾽ :' quæ est Bas. 2. lectio. Fisch.

πῶς οὖν δὴ] Recte Bas. 2. cfr. ad §. 76. de Republ. viii. 545. D. de Legg. i. 638. B. Stalb.

§. 105. *οὐκοῦν αὐτὰς*] Hic nescio quem sermonis hiatum animadvertere mihi videor. Num forte olim legebatur *οὐκοῦν αὖ ταύτας?* Ita certe nihil asperi habebit hæc transitio. Stalb.

ὑπομιμνήσκεσθαι τὸ ὅς τ᾽ ἐφέηκε—πολὺ] Steph. ' Platonem scripsisse puto, *ὑπομιμνήσκεσθαι τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς, τὸ—ὅς τ᾽ ἐφέηκε πολύφρονά περ*

πολύφρονά περ χαλεπῆναι,
ὅς τε[g] πολὺ[h] γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο,[i]
καὶ τὰς ἐν τοῖς θρήνοις καὶ πόθοις[j] ἡδονὰς ἐν λύπαις οὔσας Π. 48.
ἀναμεμιγμένας;

ΠΡΩ. Οὔκ, ἀλλ' οὕτω ταῦτά γε καὶ οὐκ ἄλλως ἂν ξυμβαίνοι γιγνόμενα.

§. 106. ΣΩ. Καὶ μὴν καὶ τάς γε[k] τραγικὰς θεωρήσεις, ὅταν ἅμα χαίροντες κλάωσι,[l] μέμνησαι;

πάνυ Δ.—[i] καταλιβομένοιο Γ.—[j] πόθοις ς cum mg F: πότοις ceteri.—[k] τε Σω.—

χαλεπῆναι, Ὅς τε πολὺ etc. Ante autem hæc,—ὅς τ' ἐφέηκε etc. est apud Homerum, Καὶ χόλος, versus initium, Il. Σ.' Bene. Jam ante Stephanum hæc verba mendose scripta visa erant Cornario; qui putabat rectam loci lectionem hanc esse, ᾗ δεόμ. ὑπομιμν. τὸ, Καὶ χόλος (non χόλον) ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρ. περ χαλεπ. ὅς τε πολὺ γλυκ. μέλ. καταλειβ. Nobis quidem sic videbatur. Verba Ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρ.—καταλειβομένοιο sumta sunt ex oratione Achillis ad Thetidem matrem, apud Homerum Il. Σ. 108. Hi versiculi quum Protarcho satis noti essent, ut ipse videret, quo pertinerent verba ὅς τ' ἐφέηκε· non necesse erat, ut Socrates adjiceret verba Καὶ χόλος. Verba τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς, quæ leguntur post ἐφέηκε in libris editis omnibus, et quæ Ficinus quoque expressit in versione, *Quæ fecit excandescentia et ira virum prudentissimum sævire*, haud dubie sunt, ut glossema, e marginibus codicum in texta profectum, tollenda. Certe locum eum, quem iis Stephanus assignavit, obtinere nullo modo possunt: sed articulum τὸ ante nomen πολύφρονα ejiciendum esse, neminem facile futurum, quin sponte videat, speramus. Fisch.

ὑπομιμνήσκεσθαι τὸ κ. τ. λ.] Hæc verba haud dubie interpolatorum manus experta sunt. Namque τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς mirum in modum reliquam turbant orationem. Articulum τὸ ante πολύφρονα expellendum esse, manifestum puto. Jam vero hæc τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς aut ab auctore ipso interpretationis caussa addita sunt, aut per depravationem ex aliis verbis orta, aut denique e glossemate serius adjecta. Quod primo loco posui, vel propterea fieri non potuit, quia absurde facturus fuisset philosophus, si quid adjecisset, quod neque cum reliquis bene coiret, nec loco obscuro aliquid lucis affunderet. Neque etiam alterum verisimile est, partim quia veteris alicujus lectionis nulla prorsus vestigia comparent, partim vero etiam, quia ut versiculis Homericis aliquid interponeretur, non fuit necessarium, quandoquidem Homeri lectio inter Græcos ita vigebat, ut cuique hæc legenti versuum illorum memoria sponte rediret. Itaque tertium relinquitur, ut verba τοῖς θυμοῖς καὶ ταῖς ὀργαῖς e glossemate profecta existimemus; idque sane tanto facilius fieri potuit, quanto major in librariis fuit harum rerum ignorantia. Accedit, quod verbis ejectis satis expedita est totius loci et sententia et structura. Scilicet sumta sunt verba ex oratione Achillis ad Thetidem matrem Il. Σ. 108. Ὡς ἔρις ἔκ τε θεῶν, ἔκ τ' ἀνθρώπων ἀπόλοιτο, Καὶ χόλος, ὅστ' ἐφέηκε πολύφρονά περ χαλεπῆναι· Ὅστε πολὺ γλυκίων μέλιτος καταλειβομένοιο Ἀνδρῶν ἐν στηθέσσιν ἀέξεται, ἤϋτε καπνός. Stalb.

πόθοις] Bas. 2. πότοις. male. Ficinus, *desideriis*. Fisch.

ἐν λύπαις οὔσας] Beck. malit λύπαις οὔσας. Infr. §. 117. τὸ δὲ μὴ συμμίχθαι ἐν αὐταῖς ἀναγκαίους λύπας. Stalb.

§. 106. κλάωσι] De forma κλάωσι cfr. Kœn. ad Gregor. Corinth. p. 75. et Bast. ibid. p. 347. De reliqua constructione cfr. Phædon. p. 61. C. καὶ ἅμα λέγων ταῦτα καθῆκε τὰ σκέλη. ibid. p. 102. D. καὶ ἅμα μειδιάσας, ἔοικα, ἔφη, καὶ ξυγγραφικῶς ἐρεῖν. p. 103. C. καὶ ἅμα βλέψας εἰς τὸν Κέβητα εἶπεν. Protagor. p. 335. C. καὶ ἅμα ταῦτα εἰπὼν ἀνιστάμην, ὡς ἀπιών. Charmid. p. 162. B. καὶ ἅμα ταῦτα λέγων ὑπεγέλασέ τε καὶ εἰς Κριτίαν ἀπέβλεπε. Xenoph. Anab. i. 4. 5. Paullo alia ratio est eorum locorum, in quibus ἅμα participio subjicitur, ut de Republ. vii. p. 521.—Mox Ald. Bas. 1. 2. μίξις λύπης γε καὶ ἡδονῆς. Male. Stalb.

ΠΡΩ. Τί δ' οὔ;

II. iii. 212. ΣΩ. Τὴν δ' ἐν ταῖς κωμῳδίαις διάθεσιν ἡμῶν τῆς ψυχῆς, ἆρ' οἶσθ' ὡς ἔστι κἀν τούτοις μίξις λύπης τε[m] καὶ ἡδονῆς;

ΠΡΩ. Οὐ πάνυ κατανοῶ.

ΣΩ. Παντάπασι γὰρ οὐ ῥᾴδιον, ὦ Πρώταρχε, ἐν τούτῳ ξυννοεῖν τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε πάθος.

ΠΡΩ. Οὔκουν ὥς γ' ἔοικεν ἐμοί.

ΣΩ. Λάβωμέν γε μὴν αὐτὸ[n] τοσούτῳ μᾶλλον, ὅσῳ σκοτεινότερόν ἐστιν, ἵνα καὶ ἐν ἄλλοις ῥᾷον[o] καταμαθεῖν τις οἷός τ' ᾖ μίξιν λύπης τε καὶ ἡδονῆς.

ΠΡΩ. Λέγοις ἄν.

ΣΩ. Τό τοι νῦν δὴ ῥηθὲν ὄνομα φθόνου πότερα λύπην τινὰ ψυχῆς θήσεις, ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Οὕτως.[p]

ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν[q] ὁ φθονῶν[r] γε ἐπὶ κακοῖς τοῖς τῶν πέλας ἡδόμενος ἀναφανήσεται.

ΠΡΩ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Κακὸν μὴν ἄγνοια[s] καὶ ἣν δὴ λέγομεν ἀβελτέραν ἕξιν.

[l] κελεύουσι Π.—[m] γε ΛΒC.—[n] αὐτὸς Γ.—[o] ῥᾷον 𝔄ΔΠ: ῥᾴδιον *ς.—[p] ὄντως w.—

ῥᾷον] Ita præeunte Bekkero dedi. Reliquæ editt. ῥᾴδιον exhibent. Stalb.

τὸ τοίνυν νῦν δὴ ῥηθὲν] E conjectura recepi. Vulgo τὸ τοίνυν δὴ ῥηθὲν sine sensu. Bekker. τό τοι νῦν δὴ ῥηθέν. Sed non video, quænam hic sit particulæ τοι vis et significatio. De τοίνυν in transitionibus inchoativis cfr. Devarius de Particulis p. 354. Stalb.

ἀλλὰ μὴν ὁ φθονῶν γε κ. τ. λ.] Laudantur hæc verba a Stobæo Ecl. Ethic. 38. p. 226. De invidiæ definitione conferri meretur Xenoph. Memor. iii. 9. 8. φθόνον δὲ σκοπῶν, ὅ,τι εἴη, λύπην μέν τινα ἐξεύρισκεν αὐτὸν ὄντα, οὔτε μέντοι τὴν ἐπὶ φίλων ἀτυχίαις, οὔτε τὴν ἐπ' ἐχθρῶν εὐτυχίαις γιγνομένην, ἀλλὰ μόνους ἔφη φθονεῖν τοὺς ἐπὶ ταῖς τῶν φίλων εὐπραξίαις ἀνιωμένους. Stalb.

κακὸν μὴν ἄγνοια] In Ald. perperam scriptum est, κακὸν μὴν ἄνια, itidemque in Basil. sed hujus margini est adscriptum, ἄνοια, ἢ ἄγνοια. Quamvis autem ἄνοια ex uno veteri libro annotatum invenirem, malui ἄγνοια, sicut et Ficinus legit, quum sequatur, τῶν ἀγνοούντων αὑτούς. Sic tamen et pag. sequente, ἄνοια γὰρ, ἡ μὲν τῶν ἰσχυρῶν, etc. non ἄγνοια illæ edit. habent, sed manifesto errore. Steph. qui sic in Not. secundis: 'In præced. edd. ἄνια, quod nihil significat. nam pro *mœrore* scribendum esset ἀνία: sed hoc et poeticum est, et significationem ab hoc loco plane alienam habet. Restabat igitur ut in illius mendosæ vocis locum substitueretur vel ἄνοια, vel ἄγνοια: quum unum vet. exemplar hanc, alterum illam vocem haberet: sed ἄγνοια et iis quæ sequuntur dicere possumus confirmari, et Ficinum quoque ita legisse. Adde quod ἄνοια quoque pro ἄγνοια habuisti antea etiam, p. 38. et in aliis præterea locis extare (in illis præced. edd.) annotatur in iis quæ p. 49. C. sunt adscripta.'

ἄγνοια] Bas. 2. ἄνοια. Sed Cornar.

ΠΡΩ. Τί μήν;

§. 107. ΣΩ. Ἐκ δὴ[t] τούτων ἰδὲ[u] τὸ γελοῖον ἥν τινα φύσιν ἔχει.

ΠΡΩ. Λέγε μόνον.

ΣΩ. Ἔστι δὴ πονηρία μέν τις τὸ κεφάλαιον, ἕξεώς τινος ἐπίκλην λεγομένη·[v] τῆς δ' αὖ πάσης πονηρίας ἐστὶ τοὐ- II. iii. 213.
ναντίον[w] πάθος ἔχον ἢ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων.

ΠΡΩ. Τὸ γνῶθι σαυτὸν λέγεις, ὦ Σώκρατες;

ΣΩ. Ἔγωγε. τοὐναντίον μὴν[x] ἐκείνῳ δῆλον ὅτι τὸ μη-

[q] μὲν H.—[r] φωνῶν Ξ.—[s] ἄνοια mei omnes.—[t] δὲ ΓΔΠ.—[u] ἰδὲ Δ : ἴδε ς.—[v] λεγο-

reponendum monuit ἄγνοια. Certe Ficinus ita legit; vertit enim, *malum quidem ignorantia est:* et ea, quæ disseruntur deinceps a Socrate ab ista lectione sane non abhorrent plane. At quum ἄνοια comprehendat ἄγνοιαν· quum verba ἀβελτέρα ἕξις adjecta sint interpretandi superioris vocabuli caussa; quum et Aldus et Hopperus invenerint in codicibus, quos inspexerant, ἄνοια· Stephanum puto non debuisse mutare hanc scripturam. Fisch.

κακὸν μὴν ἄγνοια] Ald. Bas. 1. 2. κακὸν μὴν ἀνοία, quod Fischer ita defendit, ut ἄγνοιαν moneat ἀνοίᾳ jam comprehendi. Sed hoc nihil est. Modo sequentia attente legas et videbis ἄγνοιαν a Cornario rectissime esse reductum. Etiam Ficinus: *Malum quidem ignorantia est.* Nec repugnat quod ἀβελτέρα ἕξις additur, modo ἀγνοίας notionem e Platonis mente capias. Suidas t. i. p. 5. Ἀβέλτερος, ἀσύνετος, ὁ τὸ βέλτιον μὴ γιγνώσκων. cfr. Toup. in Suid. t. i. p. 6. Hesych. Ἀβέλτερος, ἀνόητος, μωρὸς, ὁ τὸ βέλτιον μὴ γιγνώσκων, ἠλίθιος. Ἀβελτερία, ἀφροσύνη, ἄνοια. Stalb.

§. 107. τὸ κεφάλαιον] I. e. *quod caput rei attinet, ut in universum dicam.* Tim. p. 17. C. χθές που τῶν ὑπ' ἐμοῦ ῥηθέντων λόγων περὶ πολιτείας ἦν τὸ κεφάλαιον, οἵα τε καὶ ἐξ οἵων ἀρίστη κατεφαίνετ' ἄν μοι γενέσθαι. ibid. p. 19. B. ὡς ἐν κεφαλαίῳ πάλιν ἐπανελθεῖν. Sympos. c. 2. ἔστι γὰρ ἰατρικὴ, ὡς ἐν κεφαλαίῳ εἰπεῖν, ἐπιστήμη τῶν τοῦ σώματος ἐρωτικῶν. Euthyph. §. 9. καὶ τοῦτο μὲν ἀληθὲς λέγεις, ὦ Σώκρατες, τό γε κεφάλαιον. De re ipsa cfr. de Republ. v. p. 452. §. 3. καὶ τοῦτο ἐνεδείξατο, ὅτι μάταιος, ὃς γέλοιον ἄλλο τι ἡγεῖται ἢ τὸ κακὸν καὶ ὁ γελωτοποιεῖν ἐπιχειρῶν πρὸς ἄλλην τινὰ ὄψιν ἀποβλέπων ὡς γελοίου (leg. γέλοιαν), ἢ τὴν τοῦ ἄφρονός τε καὶ κακοῦ, ἢ σπουδάζειν, πρὸς ἄλλον τινὰ σκοπὸν στησάμενος ἢ τὸν τοῦ ἀγαθοῦ. Stalb.

ἐπίκλην] Hesych. Ἐπίκλην· ἡ ἐπίκλησις, παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς. Fisch.

ἐπίκλην λεγομένη] H. e. *ab habitu quodam animi nominata.* Tim. p. 38. C. Ἥλιος καὶ Σελήνη καὶ πέντε ἄλλα ἄστρα, ἐπίκλην ἔχοντα πλανήτων. Stalb.

τῆς δ' αὖ πάσης πονηρίας κ. τ. λ.] Laudatur hic locus a Stobæo Ecl. Eth. 21. p. 179. ed. Cant. usque ad verba πάθος σφόδρα γε. Post πάσης πονηρίας ἐστὶ vulgo τοὐναντίον πάθος legebatur. Male. Nam constructio ita procedit: τὸ ἔχον ἐναντίον πάθος, ἢ τὸ λεγόμενον ctr. hoc sensu: ex universa autem pravitate τὸ γελοῖον ea pars est, quæ repugnat præcepto illi Delphico γνῶθι σεαυτὸν, 'cujus præcepti,' ut ait Cicero de Legg. i. 22. 'tanta vis, tanta sententia est, ut ea non homini cuipiam, sed Delphico deo tribueretur.' Cfr. egregiam Socratis cum Euthydemo de hac Delphici templi inscriptione disputationem in Xenoph. Mem. iv. 2. 24. et intpp. ad Cicer. Tusc. i. 22. Ceterum quod h. l. τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ἐν Δελφοῖς γραμμάτων dicitur, id in Erast. p. 138. A. τὸ τῆς Πυθίας γράμμα, Charmid. p. 164. D. τὸ ἐν Δελφοῖς γράμμα vocatur. Stalb.

δῆλον ὅτι] Ita scripsi, jubente periodi structura. Editt. rell. δηλονότι. De verbis λεγόμενον ὑπὸ τοῦ γράμματος assentior Beckio, ista spuria judicanti.

δαμῆ γιγνώσκειν αὐτὸν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ γράμματος ἂν εἴη.

ΠΡΩ. Τί μήν;

ΣΩ. Ὦ Πρώταρχε, πειρῶ δὴ[y] αὐτὸ τοῦτο τριχῇ τέμνειν.

ΠΡΩ. Πῇ φῄς; οὐ γὰρ μὴ[z] δυνατὸς[a] ὦ.

ΣΩ. Λέγεις δὴ δεῖν ἐμὲ τοῦτο διελέσθαι τὰ νῦν;

ΠΡΩ. Λέγω,[b] καὶ δέομαί γε πρὸς τῷ[c] λέγειν.

§. 108. ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν οὐ τῶν ἀγνοούντων αὑτοὺς κατὰ τρία ἀνάγκη τοῦτο τὸ πάθος πάσχειν ἕκαστον;

ΠΡΩ. Πῶς;

ΣΩ. Πρῶτον μὲν κατὰ χρήματα, δοξάζειν εἶναι πλουσιώτερον ἢ κατὰ τὴν αὑτῶν οὐσίαν.

ΠΡΩ. Πολλοὶ γοῦν εἰσὶ τὸ τοιοῦτον[d] πάθος ἔχοντες.[e]

ΣΩ. Πλείους δέ γε,[f] οἳ μείζους καὶ καλλίους αὑτοὺς δοξάζουσι, καὶ πάνθ᾽[g] ὅσα κατὰ τὸ σῶμα εἶναι διαφερόντως τῆς οὔσης αὐτοῖς[h] ἀληθείας.

μὲν
μένην Π, λεγομένης w.—[w] : τοὐναντίον H.—[x] μὴν F.—[y] δὲ 𝔄ΔΠ.—[z] μὴ om pr Π.—[a] δυνατὸν H.—[b] λέγω add 𝔄ΓΔΛΞΠΣBCHw.—[c] τὸ ΛΠ et pr Δ.—[d] τοιοῦτο ΣB
οἷς
CH.—[e] ἔχοντος Ξ.—[f] λέγε w.—[g] πάνθ᾽ Γ.—[h] αὐτοῖς 𝔄ΓΔΛΞΣBCHw, αὐτῆς F:

Itaque ea uncis inclusimus. Schleiermacher olim scriptum fuisse suspicabatur *γιγνώσκειν αὖ τὸν λεγόμενον ὑπὸ τοῦ γράμματος*, quibus periphrasis pronominis *ἑαυτὸν* contineretur. Quæ ratio argutior videtur quam verior. Neque enim video ullam hujus circumlocutionis caussam et rationem.—*αὐτὸ τοῦτο* sc. *τὸ μηδαμῆ γιγνώσκειν ἑαυτὸν* sive *τὴν ἀγνοίαν*. Stalb.

καὶ δέομαί γε] Steph. '*γρ. λέγω καὶ δέομαί γε, πρ.*' Scilicet in Bas. 2. Etiam in libris Stobæi est, *λέγω καὶ δέομαί γε*. Ficinus vertit, *Et obsecro quidem, quod majus est*. Fisch.

λέγω καὶ δέομαί γε] Vulgo *λέγω* ante *καὶ δέομαι* deest, quod non dubitavi e Bas. 2. et Stobæo in textum recipere. Nam elegans est hæc ejusdem verbi repetitio. Malim tamen *καὶ δέομαί τέ*. Stalb.

§. 108. *πλουσιώτερον*] Steph. '*For. πλουσιωτέρους*.' At pertinet ad *ἕκαστον*, quod recte sequitur pluralis numerus *αὐτῶν*. Fisch.

πλουσιώτερον] Non necessarium puto, ut cum Steph. *πλουσιωτέρους* scribatur. Nam *πλουσιώτερον*, quod omnes edd. tuentur, refertur ad *ἕκαστον*, cui recte subjicitur numerus pluralis *αὐτῶν*. de Legg. vi. p. 754. D. *πρῶτον μὲν φύλακες ἔστωσαν τῶν νόμων, ἔπειτα τῶν γραμμάτων, δι᾽ ὧν ἂν ἕκαστος ἀπογράψῃ τοῖς ἄρχουσι τὸ πλῆθος τῆς αὑτῶν οὐσίας*. de Republ. viii. p. 550. E. *τὸ ταμιεῖον, ἦν δ᾽ ἐγώ, ἐκεῖνο ἑκάστῳ χρυσίου πληρούμενον ἀπόλλυσι τὴν τοιαύτην πολιτείαν· πρῶτον μὲν γὰρ δαπάνας αὑτοῖς ἐξευρίσκουσι*. Stalb.

ἢ κατὰ τὴν αὐτῶν οὐσίαν] *Quam pro opibus, quas vere possident*. cfr. Matth. Gr. Gr. §. 449.—Pro *εἰσὶ τὸ τοιοῦτο* Stob. *εἰσὶ τοιοῦτο*. Stalb.

ἔχοντές εἰσιν] I. e. *ἔχουσι*, usu pervulgari. cfr. Heind. ad Phædon. §. 113. Ast. ad Legg. ix. §. 6. Stalb.

διαφερόντως τῆς οὔσης] *Magis quam revera sunt*. de Legg. iii. p. 685. D. *καλῶς ἐδόκει ἀνευρημένη καὶ κατακεκοσμημένη καὶ διαφερόντως τῆς ἐπὶ Τροίαν ἀφικομένης*. Ἀλήθεια ut Lat. *veritas* sæpissime opponitur inani ostentationi,

ΠΡΩ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Πολὺ δὲ πλεῖστοί[i] γε, οἶμαι, περὶ τὸ τρίτον εἶδος II. iii. 214.
τούτων[j] ἐν ταῖς ψυχαῖς διημαρτήκασιν, ἀρετὴν[k] δοξάζοντες βελτίους ἑαυτούς, οὐκ ὄντες.

ΠΡΩ. Σφόδρα μὲν οὖν.

ΣΩ. Τῶν ἀρετῶν δ' ἆρ' οὐ σοφίας πέρι τὸ πλῆθος πάν- II. 49.
τως ἀντεχόμενον μεστὸν ἐρίδων καὶ δοξοσοφίας ἐστὶ ψευδοῦς;[l]

αὐτῆς *ς.—[i] πλεῖσταί Γ.—[j] τούτων ante ἐν ponunt 𝔄ΔΠ, post ψυχαῖς *ς.—[k] ἀρετὴν om ΣBCHw et pr Ξ, ἀρετῆς *ς.—[l] δοξοσοφίας ἐστὶ ψευδοῦς Π, δοξοσοφίας ἐστὶ ψεύδους 𝔄ΓΔΛCHw et corr B, δοξοσοφίας ψευδοῦς Σ: δοξοσοφίας ἐστὶ καὶ ψεύδους

personis vel rebus fictis ctr. vid. Reiske ad Dionys. de Compos. Verb. p. 272. ed. Schæf. Gronov. Observat. iv. 7. Spalding ad Quintil. t. iii. p. 593. Stalb.

αὐτῆς] Steph. 'Substituendum puto *αὐτοῖς*:' ut legitur in libris Stobæi. Fisch.

ἐν ταῖς ψυχαῖς] Videri possit deesse *τὸ* ante *ἐν ταῖς ψυχαῖς*. Verum et alia hic non immerito suspecta fuerint, ex quibus est pronomen *τούτων*, item genitivus *ἀρετῆς*, quem fortasse non male mutaremus in dativum *ἀρετῇ*, atque hunc ad sequentia pertinere vellemus: ut non *βελτίους* sine adjectione sed *ἀρετῇ βελτίους* Plato diceret. Verum ne hæc quidem emendatio mihi satisfacit: atque alius quidam restat scrupulus, quod hic *ἀρετῆς* meminerit, et tamen statim post mentionem faciat *ἀρετῶν*, quasi rei cujus nondum hoc in loco meminisset. Steph.

πολὺ δὲ πλεῖστοί γε κ. τ. λ.] Manifesto corrupta sunt. Ald. Bas. 1. 2. *περὶ τὸ τρίτον εἶδος ἐν ταῖς ψυχαῖς τούτων διημαρτήκασιν ἀρετῆς, δοξάζοντες*. Bekk. post *διημαρτήκασιν* interpunctione illata *ἀρετὴν* scripsit, quod nos recepimus. Sed residet adhuc aliud vitium in verbis *ἐν ταῖς ψυχαῖς τούτων*. Stobæus habet *τούτων ἐν ταῖς ψυχαῖς διημ. ἀρετῇ*. Hinc Schleiermach. extudit: *τρίτον εἶδος τούτων*, aut *τὸ τῶν*, *ἐν ταῖς ψυχαῖς διημαρτήκασιν, ἀρετὴν δοξάζ. κ. τ. λ.* Repone mecum: *περὶ τὸ τρίτον εἶδος τούτων τὸ ἐν ταῖς ψυχαῖς διημαρτ. ἀρετὴν δοξάζ. κ. τ. λ.* Nempe discernitur tertium hoc genus a duobus reliquis eo, quod quum illa ad corpus et res externas referantur, hoc ad animum spectat. Ceterum de sensu totius loci conferatur locus de Legg. iii. §. 8. Stalb.

τῶν ἀρετῶν δ' ἆρ', οὐ] Affertur alia lectio quæ habet, *τῶν ἀρετῶν δ' ἄρα καὶ σοφίας πέρι*. in qua lectione (quæ interrogationem non habebit) hoc est incommodi, quod participio *ἀντεχόμενον* alia dabitur quam sua constructio. Sed in nostra ad illud incommodum aliud accedit, quod non habeat genitivus *ἀρετῶν* quo referri possit. At Ficinus tertiam quandam sequitur. ita enim vertit hunc locum ac si legisset, *τῶν ἀρετῶν δὲ πέρι, ἆρ' οὐ σοφίας τὸ πλῆθος ἀντεχόμενον* etc. hæc enim sunt ejus verba, *Quantum vero ad virtutes animi pertinet, nonne vulgus sapientiam prorsus sibi vendicans, plenum est contentionibus, etc.* Quid ego hic? dico, si non legamus *καὶ σοφίας*, sed alteram lectionem retineamus, tum *σοφίας* appellatione intelligendam fore *τὴν φρόνησιν*: et *τῶν ἀρετῶν* exponendum *inter virtutes*. quum tamen participium *ἀντεχόμενον* constructionem illam non admittat cum præpositione *περὶ* (ut modo dixi) lubenter me quoque, si per vetus aliquod exemplar liceat, ita mutaturum illius præpositionis sedem, ut a Ficino in sua interpretatione mutari videmus: ut intelligamus, *quod ad virtutes attinet*, quæ interpretatio non alium sensum efficeret quam si *τῶν ἀρετῶν* sine præpositione *περὶ*, legentes, interpretaremur, *inter virtutes*. Steph.

οὐ σοφίας (πέρι) τὸ πάντως ἀντεχ.] Stob. *οὐ σοφίας περὶ τὸ πλῆθος πᾶν ἀντεχόμ.* Cornar. rescribi jubebat *ἄρα καὶ σοφίας*; quod ne nauci quidem faciendum. Sagacior Steph. secutus Ficinum. Nam *ἀντέχεσθαι* solum genitivum requirere. Recte vero. Nec decebat Fischerum huic summi viri sententiæ ita refragari, ut ipse ad loci interpretationem nihil conferret. Sed multum dubito an philosophus non scripserit *τῶν δ' ἀρετῶν*

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ;
τε καὶ εἰλικρινὲς omissum esse πότερον, usu admodum frequenti. Quo concesso, quis non mirabitur structuræ insolentiam: τί ποτε χρὴ φάναι πρὸς ἀλήθειαν εἶναι; πότερον τὸ καθαρόν τε καὶ εἰλικρινὲς, ἢ τὸ σφόδρα τε καὶ τὸ πολὺ καὶ τὸ μέγα καὶ τὸ λίαν, ἱκανόν; Numquam profecto mihi persuaderi patiar, ἱκανὸν pertinere ad πρὸς ἀλήθειαν εἶναι. Hoc enim si voluisset auctor, haud dubie scripturus fuisset: τί ποτε χρὴ φάναι πρὸς ἀλήθειαν εἶναι ἱκανόν; Et quid tandem significabit ἱκανὸν εἶναι πρὸς ἀλήθειαν? Num quid aliud, nisi hoc: *sufficere ad veritatem* h. e. *satis esse ad veritatem efficiendam?* De hoc vero nunc non agitur, sed potius de eo, utrum id, quod purum sit, an vero illud quod magnitudine sua excellat, ad veritatem propius accedat. Quod quidem aptissime significatur formula πρὸς ἀλήθειαν εἶναι, *juxta veritatem esse* h. e. *cum veritate convenire.* Quæ quum ita sint, haud scio, an verba καὶ τὸ ἱκανὸν genuina sint; modo ἱκανὸν intelligas, quod *justam mensuram* habet, quo significatu nihil usitatius. Itaque hoc quæritur, *utrum, quod verum sit et sincerum, prope accedat ad veritatem, an illud, quod sit multum et magnum atque tale, quod suam habeat mensuram.* Sed duo adhuc restant, quæ alicui fortasse scrupulum injiciant. Namque primo τί ποτε χρὴ φάναι dictum est pro πότερον χρὴ φάναι, quia deinceps duo memorantur, de quibus dubitatio locum habere queat. Verum hic pronominis τίς usus nihil habet insolentiæ. Xenoph. Cyrop. i. 3. 17. ὁπότε δὲ κρῖναι δέοι, ὁποτέρου ὁ χίτων εἴη, τοῦτ' ἔφη σκεπτέον εἶναι, τίς κτῆσις δικαία ἐστί· πότερα τὸν βίᾳ ἀφελόμενον ἔχειν, ἢ τὸν ποιησάμενον ἢ πριάμενον κεκτῆσθαι. Ita etiam in N. F. evang. Luc. vii. 42. Μὴ ἐχόντων δὲ αὐτῶν ἀποδοῦναι, ἀμφοτέροις ἐχαρίσατο. Τίς οὖν αὐτῶν, εἰπὲ, πλεῖον αὐτὸν ἀγαπήσει; ubi vid. interptt. Eodem modo utuntur Latini *quis* pro *uter*. Phædr. Fab. i. 13. 7. 'rursus intendit cutem Majore nisu; et simili quæsivit modo, Quis major esset?' ubi sermo est de rana et bove. Vid. ibi Burmann. et Heusinger. Alterum, quod offendat, hoc est, quod sensus requirere videatur τί ποτε χρὴ φάναι μᾶλλον πρὸς ἀλήθειαν εἶναι. Sed videtur tantum, non flagitat revera. Etenim quod interrogatur πότερόν ἐστι πρὸς ἀλήθειαν, id, si rem ad vivum resecueris, hunc sensum præbebit: *utrum cum veritate convenit, ei respondet?* In qua sententia meo quidem judicio non egebimus comparativo μᾶλλον, quoniam nonnisi alterutrum, aut *sincerum et genuinum*, aut *magnum et multum*, ad veritatem accedere ponitur, neque vero ambo simul, alterum magis, alterum minus. Ita hoc quidem loco ne minimam quidem mutationem necessariam arbitror. STALB.

μηδὲν—ἐπιστήμης] Male vulgo post ἐπιστήμης majorem interpunctionem inferunt. Verba hoc modo cohærent: μηδὲν ἡδονῆς τε καὶ ἐπιστήμης ἐπιλείπειν ἐλέγχων, εἰ τὸ μὲν αὐτῶν ἑκατέρου κ. τ. λ. Protagor. p. 310. D. ὡς οὔτ' ἂν τῶν ἐμῶν ἐπιλείποιμι οὐδὲν, οὔτε τῶν φίλων. ubi vid. Heind. STALB.

προελόμενοι] STEPH. ' For. καὶ προε-

ΠΡΩ. Τί οὖν προελώμεθα; ii. 53.

ΣΩ. Τὸ λευκὸν ἐν τοῖς πρῶτον,[s] εἰ βούλει, θεασώμεθα γένος.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

§. 121. ΣΩ. Πῶς οὖν ἂν[t] λευκοῦ καὶ τίς καθαρότης ἡμῖν εἴη; πότερα τὸ μέγιστόν τε καὶ πλεῖστον ἢ τὸ ἀκρατέστατον,[u] ἐν ᾧ χρώματος μηδεμία μοῖρα ἄλλη μηδενὸς ἂν[v] εἴη;

ΠΡΩ. Δῆλον ὅτι τὸ[w] μάλιστ' εἰλικρινὲς[x] ὄν.

ΣΩ. Ὀρθῶς. ἆρ' οὖν οὐ[y] τοῦτο[z] ἀληθέστατον, ὦ Πρώταρχε, καὶ ἅμα δὴ[a] κάλλιστον τῶν λευκῶν πάντων θήσομεν, ἀλλ' οὐ τὸ πλεῖστον οὐδὲ τὸ μέγιστον;

Γ et post lituram Δ.—[s] πρῶτον 𝔄ΔΠ : πρώτοις *ς.—[t] ἂν ΔΠ : αὖ *ς.—[u] ἀκρατότατον Η et corr Σ, ἀκρότατον γρ ΣBCEw.—[v] ἐν 𝔄ΔΠ.—[w] τὸ om Λ.—[x] μάλισθ' εἰλικρινὲς Γ.—[y] οὐ add ΔΠ.—[z] του Π.—[a] δὴ καὶ F.—[b] καθαροῦ 𝔄Π et pr (ut vide-

λόμενοι.' non male: sed sine idonea tamen caussa. nam sermo quotidianus fere negligit hæc orationis vincula. Fisch.

προελόμενοι] Quod Stephanus malebat, non modo non necessarium, sed ne usitatum quidem existimo. Namque post οὕτω, τοῦτο, τόδε enuntiationes explicativæ absque copula subsequi solent, sive explicatio ad rem ipsam et materiam spectet, sive ad formam rei, ut h. l. Cfr. Heind. ad Phædon. §. 36. ad Sophist. §. 52. Stalb.

ἐν τοῖς πρῶτον] Ita cum Bekk. scripsi. Ficinus: *album si vis primo genus consideremus.* Cfr. Hemsterhus. ad Lucian. t. i. p. 171. ed. Bip. Matth. Gr. Gr. §. 289. Vulgo ἐν τοῖς πρώτοις. Stalb.

§. 121. πῶς οὖν ἂν] Ita reponi jubebant grammaticæ rationes. Dedit etiam Bekk. Vulgo pessime πῶς οὖν αὖ. Sophist. p. 233. A. Πῶς οὖν ἄν ποτέ τις πρός γε τὸν ἐπιστάμενον—δύναιτο ὑγιές τι λέγων ἀντειπεῖν; ibid. Τί ποτ' οὖν ἂν εἴη τὸ τῆς σοφιστικῆς δυνάμεως θαῦμα. ibid. p. 238. Πῶς οὖν ἂν ἢ διὰ στόματος φθέγξαιτο ἄν τις ἢ καὶ τῇ διανοίᾳ τοπαράπαν λάβοι τὰ μὴ ὄντα. Sed satis usitata est hæc particularum constructio. Cfr. Creuzer. ad Plotin. de Pulcritud. p. 362. Nolim vero inversam collocationem damnare. Cf. Phædon. p. 64. A. πῶς ἂν οὖν δὴ τοῦθ' οὕτως ἔχοι. Aristoph. Equit. 17. πῶς ἂν οὖν ποτε Εἴποιμ' ἂν αὐτὸ δῆτα κομψευριπικῶς. Stalb. qui sic in Addend. 'Errore factum est, ut collocationem particularum πῶς ἂν οὖν non damnandam dicerem. Volebam contrarium. Nam πῶς ἂν οὖν est longe frequentissimum. Quare non probo Creuzeri rationem, qui ad Plotin. p. 362. lectionem cod. Voss. πῶς ἂν οὖν ἴδοις ψυχὴν prætulit rariori structuræ: πῶς οὖν ἂν ἴδοις ψύχην, quam habet edit. Basil. et cod. Marc. C. Cfr. Plat. Hipp. Maj. p. 237. A. Τίς οὖν ἂν ἡμῖν τοιοῦτος λόγος φανείη; Xenoph. Cyrop. ii. 1. 17. τί οὖν ἄν. Clearchus Athen. ii. 488. εἴη οὖν ἄν. Xenoph. de Republ. Athen. i. 8. εἴη μὲν οὖν ἄν. In Aristoph. Pace 1024. per metri necessitatem legendum: τίς οὖν ἂν οὐκ ἐπαινέσειεν.'

ἀκρατέστατον] Steph. 'Legitur etiam ἀκρότατον· sed Ficinus alteram lectionem sequitur, quæ etiam præstare videtur.' recte. In Bas. 2. est ἀκρότατον. Sed Ficinus vertit, *an quod ita sincerum, ut nihil in eo coloris alterius insit.* Nam ἀκρατέστατον ductum est ab ἄκρατος, hoc est, Hesychio interprete, ἀμιγής, ἀσυγκέραστος, ita ut verba ἐν ᾧ—ἂν εἴη interpretationis caussa a Socrate adjecta appareat. Fisch.

ἀκρατέστατον] Vulgatam lectionem recte habere cum res ipsa, tum ea, quæ proxime sequuntur ἐν ᾧ χρώματος μηδεμία μοῖρα luculenter evincunt. Nempe ἀκρατέστατον ductum est ab ἄκρατος, h. e. ἀμιγής, ἀσυγκέραστος, ut Hesychius interpretatur. Stalb.

ΠΡΩ. Ὀρθότατά γε.

ΣΩ. Σμικρὸν ἄρα καθαρὸν λευκὸν[b] μεμιγμένου[c] πολλοῦ λευκοῦ λευκότερον ἅμα καὶ κάλλιον[d] καὶ ἀληθέστερον ἐὰν φῶμεν γίγνεσθαι, παντάπασιν ἐροῦμεν ὀρθῶς.

ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν.

ΣΩ. Τί οὖν; οὐ δή που πολλῶν δεησόμεθα[e] παραδειγμάτων τοιούτων ἐπὶ τὸν τῆς ἡδονῆς πέρι λόγον,[f] ἀλλ' ἀρκεῖ
II. iii. 223. νοεῖν ἡμῖν αὐτόθεν, ὡς ἄρα καὶ ξύμπασα ἡδονὴ σμικρὰ μεγάλης καὶ ὀλίγη πολλῆς καθαρὰ λύπης ἡδίων καὶ ἀληθεστέρα καὶ καλλίων γίγνοιτ' ἄν.

ΠΡΩ. Σφόδρα μὲν οὖν, καὶ τό γε[g] παράδειγμα ἱκανόν.[h]

ΣΩ. Τί δὲ[i] τὸ[j] τοιόνδε; ἆρα περὶ ἡδονῆς οὐκ ἀκηκόαμεν ὡς ἀεὶ[k] γένεσίς ἐστιν, οὐσία δὲ οὐκ ἔστι τὸ παράπαν

tur) Δ.—[c] μεμιγμένον Π.—[d] κάλλιστον Π.—[e] δεηθησόμεθα F.—[f] λέγον Π.—[g] δὲ Π.—[h] παράδειγμα ἱκανὸν in mg ponit Δ.—[i] δαὶ Δ.—[j] τὸν Γ, περὶ τὸ pr E.—[k] ἀεὶ

σμικρὸν ἄρα καθαρὸν λευκὸν—ἐροῦμεν ὀρθῶς] Ficinus vertit: *si ergo quod parvum purumque album est, admixto multo albo, albius simul, et pulcrius et verius esse dicamus, recte penitus asseremus?* Qua versione philosophi sententia pervertitur. Neque enim Plato dicit, album colorem, si multum albi coloris admisceatur, candidiorem et pulchriorem futurum; sed hoc potius, exiguam quandam albi coloris particulam, modo puri ac sinceri, candidiorem, puriorem et veriorem esse, quam multitudinem quidem, sed permixtæ albedinis; ut Schützius bene animadvertit. Itaque *μεμιγμένον* non est *admixtum*, sed *mixtum, impurum*; et *μεμιγμένου πολλοῦ λευκοῦ* non sunt genitivi absoluti, ut Ficinus putavit, sed reguntur hi genitivi a comparativo *λευκότερον*. STALB.

αὐτόθεν] Est *ex hoc ipso exemplo*. Lachet. p. 183. C. *ἔξεστι δὲ καὶ αὐτόθεν ἡμῖν σκέψασθαι.* Gorg. p. 470. *τί δαί; συγγενόμενος ἂν γνοίης, ἄλλως δὲ αὐτόθεν οὐ γιγνώσκεις, ὅτι εὐδαιμονεῖ.* Phædr. p. 265. C. *τόδε τοίνυν αὐτόθεν λάβωμεν, ὡς ἀπὸ τοῦ ψέγειν πρὸς τὸ ἐπαινεῖν ἔσχεν ὁ λόγος μεταβῆναι.* STALB.

§. 122. *μεγάλης καὶ ὀλίγη*] Haud scio an hic lateat vitium. Neque enim voluptas pura, etiamsi parva sit, sic simpliciter verior dici potest magna et multa voluptate; potest quippe etiam magna voluptas esse purissima. Neque etiam antea tale quid de colore contenderat Socrates, sed hoc potius dixerat, magnam albedinis partem, si non sit pura, sed mixta, minus sinceram et veram esse, quam minimam, nec tamen alienis partibus affectam. Quare nondum displicet, quod jam diu in margine notaveram *ὡς ἄρα καὶ ξύμπασα ἡδονὴ σμικρὰ μεγάλης μεμιγμένης καὶ ὀλίγη πολλῆς κ. τ. λ.* Postea Heindorf. idem conjecisse non sine voluptate animadverti. STALB.

γένεσις—οὐσία] Postquam effectum est, nil interesse, quam magna sit voluptas, sed quam sincera et pura, Socrates paullo celerius progreditur ad aliam quæstionem, unde, quodnam pretium voluptati statuendum sit, clarius pateat. Ponit enim nunc duo rerum genera, alterum earum, quæ non pendeant aliunde, sed per se absolvantur (*das Absolute*); alterum illarum, quæ quoniam semper, quum ex aliis aptæ sint, alio tendant atque referantur (*das Relative*). Ac illud quidem natura sua præclarum et venerandum dicit, hoc non item, quia non sit sibi ipsum sufficiens, sed indigeat alienis. Jam ad illud pertinet *ἡ οὐσία* (*das Ideale*), ad hoc vero *ἡ γένεσις* (*das Reale*). Hæc enim ad illam tendit tanquam ad suum finem, neque contra. Quum vero ostensum sit antea, voluptatem oriri ex harmoniæ turbatæ restitutione, ita ut eam *γένεσιν* esse concedi debeat, hinc sponte intelligitur, male

ἡδονῆς; κομψοὶ[l] γὰρ δή[m] τινες αὖ τοῦτον τὸν λόγον ἐπιχειροῦσι μηνύειν ἡμῖν, οἷς δεῖ χάριν ἔχειν.

ΠΡΩ. Τί δή;

ΣΩ. Διαπερανοῦμαί[n] σοι τοῦτ' αὐτὸ[o] ἐπανερωτῶν, ὦ Πρώταρχε φίλε.

ΠΡΩ. Λέγε καὶ ἐρώτα μόνον.

§. 123. ΣΩ. Ἐστὸν δή τινε δύο,[p] τὸ μὲν αὐτὸ καθ' αὑτό, τὸ δὲ ἀεὶ ἐφιέμενον ἄλλου. §. 33. F.

ΠΡΩ. Πῶς τούτω[q] καὶ τίνε λέγεις;

ΣΩ. Τὸ μὲν σεμνότατον ἀεὶ πεφυκός, τὸ δ' ἐλλιπὲς[r] ἐκείνου.

ΠΡΩ. Λέγ' ἔτι[s] σαφέστερον.

ΣΩ. Παιδικά που καλὰ[t] κἀγαθὰ[u] τεθεωρήκαμεν ἅμα καὶ ἐραστὰς ἀνδρείους αὐτῶν.

ΠΡΩ. Σφόδρα γε.

ΣΩ. Τούτοις τοίνυν ἐοικότα δυοῖν οὖσι δύ' ἄλλα ζήτει[v] κατὰ πάνθ'[w] ὅσα λέγομεν εἶναι τὸ τρίτον[x] ἑτέρῳ.

Δ.—[l] : κομψοὶ Ξ.—[m] δὴ ΓΞ.—[n] διαπερανοῦμαι...] hæc non alteri dat Ξ.—[o] αὐτὸ om 𝔄ΔΠ.—[p] δύω 𝔄ΓΛΣBCFH.—[q] τοῦτο 𝔄Π.—[r] ἐλλειπὲς 𝔄.—[s] ἔτι 𝔄Δ : τι *ϛ.—[t] πολλὰ Δ.—[u] κἀγαθὰ Γ : καὶ ἀγαθὰ *ϛ.—[v] ζήτει ΔΛΠΣF : ζητεῖ *ϛ.—[w] πάνθ'

eos statuere, qui illam τἀγαθὸν, *bonum summum*, habeant, quippe quod sibi sufficiens (ἱκανὸν) esse debeat neque ab aliis aptum. Stalb.

κόμψοι] Sæpe simpliciter dicuntur philosophi sine ulla ironiæ significatione, ut de Republ. vi. p. 505. B. ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε γε οἶσθα, ὅτι τοῖς μὲν πολλοῖς ἡδονὴ δοκεῖ εἶναι τὸ ἀγαθὸν, τοῖς δὲ κομψοτέροις φρόνησις. Vid. Ruhnken. ad Tim. p. 162. Stalb.

§. 123. λέγε τὶ] For. λεγ' ἔτι. Steph. qui sic in Not. 'Emendationem confirmant quidam loci in quibus ita utitur particula ἔτι ante hoc ipsum comparativum.' Recte conjecit Steph. Stalb.

παιδικά που καλὰ καὶ ἀγαθὰ] Cur hoc cum Bekk. mutaverim, e sequentibus patebit.—Mox cum eodem ζήτει reposui pro vulg. ζητεῖ, sensu postulante. Stalb.

ἑτέρῳ] Sic Ficinus quoque legit. vertit enim, *duo quædam consimilia quære per omnia, quæcunque dicimus alteri tertium esse.* Sed Cornarius ἑτέρῳ corruptum judicabat, pro quo restituendum esset σωτῆρι, ut etiam hoc loco Plato respexisse videretur ad proverbium τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, quo utitur dialogo hoc extremo et in Charmide p. 248. Bas. 2. et de Rep. ix. p. 459. aliisque locis. Conjectura ipsa elegans est : sed displicebat nobis vel propterea, quod σωτῆρι a verbo ἑτέρῳ, qua figuram, qua sonum, litterarum, nimium discrepat, et quod sic desideratur articulus τῷ. Fisch.

κατὰ πάντα ὅσα λέγομεν—ἑτέρῳ] Hæc perobscura sunt. Ficinus vertit : *duo quædam consimilia quære per omnia, quæcunque dicimus alteri tertium esse.* E quibus verbis eum vulgatam lectionem habuisse, facile intelligitur. Cornarius, homo ingenii non acutissimi, vocem ἑτέρῳ corruptam arbitratus τρίτον σωτῆρι legendum esse censuit. Quam conjecturam ille pingui Minerva fecit, ut innumeras alias. Neque enim intelligitur, quænam ratio sit allusionis istius ad illud τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι, neque carere sic possumus articulo τῷ. Nihil esse mutandum, recte monuit Schleiermacher, qui locum acute ita interpretatur : *Der Ausdruck ist nur für eine einfache*

ΠΡΩ. Λέγε σαφέστερον, ὦ Σώκρατες, ὅ τι λέγεις.[y]

II. iii. 224. ΣΩ. Οὐδέν τι ποικίλον, ὦ Πρώταρχε· ἀλλ' ὁ λόγος
ἐρεσχελεῖ[z] νῷν, λέγει δ' ὅτι τὸ μὲν ἕνεκά του τῶν ὄντων
ἔστ' ἀεί, τὸ δ' οὗ χάριν ἑκάστοτε τὸ τινὸς ἕνεκα γιγνόμε-
νον ἀεὶ γίγνεται.

§. 124. ΠΡΩ. Μόγις ἔμαθον διὰ τὸ πολλάκις λεχ-
θῆναι.

ΣΩ. Τάχα δ' ἴσως, ὦ παῖ, μᾶλλον μαθησόμεθα προ-
II. 54. ελθόντος τοῦ λόγου.

ΠΡΩ. Τί γὰρ οὔ;

ΣΩ. Δύο δὴ τάδε ἕτερα λάβωμεν.

ΠΡΩ. Ποῖα;

ΣΩ. Ἓν μέν τι[a] γένεσιν πάντων, τὴν δὲ[b] οὐσίαν ἕτερον ἕν.

ΠΡΩ. Δύ'[c] ἀποδέχομαί σου ταῦτα, οὐσίαν καὶ γένεσιν.

ΣΩ. Ὀρθότατα. πότερον οὖν τούτων ἕνεκα ποτέρου, τὴν γένεσιν οὐσίας ἕνεκα φῶμεν ἢ τὴν οὐσίαν εἶναι γενέσεως ἕνεκα;

§. 125. ΠΡΩ. Τοῦτο[d] ὃ προσαγορεύεται οὐσία, εἰ[e] γενέσεως ἕνεκα τοῦτ' ἔστιν ὅ πέρ[f] ἐστι, νῦν πυνθάνει;

Γ.—[x] τι ἕτερον corr Σ.—[y] ὅτι καὶ λέγεις ΞF.—[z] ἐρεσχερεῖ Γ, ἐρεσχηλεῖ corr 𝔄.—[a] τοι Λ.—[b] δὲ om H.—[c] δύ' Γ.—[d] τοῦτο...] hæc non alteri dant ΓΔΛΠΣBCFH.—

Sache scherzhaft gekünstslt, um das Verhältniss auszudrücken, welches eines zum andern hat, selbst also das Dritte zu beiden seyend. Quæ sententia egregie confirmatur verbis sequentibus: *οὐδέν τι ποικίλον, ἀλλ' ὁ λόγος ἐρεσχελεῖ νῷν.* Enimvero *ἐρεσχελεῖν*, auctore Mœr. p. 159. ed. Pierson. Ἀττικῶς dicitur *τὸ διαπαίζειν.* Phavorin. Ἐρεσχελεῖ· *ἀντὶ τοῦ φλυαρεῖ καὶ ἀντὶ τοῦ ἀτιμάζει.* Hesych. Ἐρεσχελεῖ· *ἀηδίζεται, ὀχλεῖται, ἐρεθίζει, ἀδολεσχεῖ, χλευάζει, παίζει, σκώπτει, διαμάχεται*, ut Albertus edidit. Cfr. Thom. Mag. p. 363. et Bekkeri Anecdot. Græc. t. i. p. 258. De Rep. viii. p. 564. *ὡς πρὸς παῖδας ἡμᾶς παιζούσας καὶ ἐρεσχελούσας, ὡς δὴ σπουδῇ λεγούσας.* Stalb.

οὐδέν τι ποικίλον] H. e. *nihil, quod deludat ac difficile sit intellectu.* Sympos. p. 29. ed. Wolf. Καὶ δὴ *καὶ ὁ περὶ τὸν ἔρωτα νόμους ἐν μὲν ταῖς ἄλλαις πόλεσι νοῆσαι ῥᾴδιος—ὁ δὲ ἐνθάδε καὶ ὁ ἐν Λακεδαίμονι ποικίλος*; quod postea ita explicatur: *ἐνθάδε δὲ πολὺ τούτων κάλλιον νενομοθέτηται, καὶ ὅπερ εἶπον, οὐ ῥᾴδιον κατανοῆσαι.* Gorg. p. 491. D. *οὐδὲν ποικίλον*; ubi vid. Heind.—De iis, quæ nunc de *οὐσίᾳ* et *γενέσει* disputantur, alio loco monui. Stalb.

§. 124. *πότερον οὖν τούτων ποτέρου ἕνεκα*] De hac interrogandi forma, utriusque linguæ auctoribus satis usurpata, præter alios cfr. Heind. ad Gorg. p. 9. et ad Hipp. Maj. p. 140. Stalb.

τοῦτο—πυνθάνῃ] Steph. ‘ Hæc quoque a Socrate dicuntur apud Ficinum, qui *νῦν πυνθάνῃ* a præcedentibus sejungit, et vertit, *An percipis?* Idem *φαίνομαι* et sex proxime sequentia vocabula tribuit Protarcho. Sic autem ea reddit, ac si legisset, *ἀλλὰ πρὸς θεῶν τί ἐπερωτᾷς με*;’ recte. vertit enim, *Sed per deos quid me interrogas?* Sed verba *τοῦτο ὃ προσαγ.* Protarcho, et verbum *φαίνομαι* Socrati, et verba *πρὸς θεῶν—με* Protarcho, tribuuntur in exemplo versionis Ficini, Basilcæ a. 1539. ex officina Frobe-

ΣΩ. Φαίνομαι.

ΠΡΩ. Πρὸς θεῶν[g] ἆρ' ἂν ἐπανερωτᾷς[h] με;[i]

ΣΩ. Τοιόνδε[j] τι λέγω,[k] ὦ Πρώταρχέ μοι,[l] πότερα[m]
πλοίων ναυπηγίαν ἕνεκα φῂς γίγνεσθαι μᾶλλον ἢ πλοῖα II. iii. 225.
ἕνεκα[n] ναυπηγίας;[o] καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτ' ἐστί, λέγω[p]
τοῦτ' αὐτό,[q] ὦ Πρώταρχε.

ΠΡΩ. Τί οὖν οὐκ αὐτὸς ἀπεκρίνω σαυτῷ, ὦ Σώκρατες;

[e] : εἰ ΔΠΣ. ἢ w.—[f] ἔστιν ὅπερ om H.—[g] θεῶν οὖν ἆρ' corr Σ.—[h] ἐπανερωταῖς 𝔄Δ Π: ἐπερωτᾷς *ς.—[i] με om Σ.—[j] τοιόνδε...] hæc eidem dant ΞEH.—[k] τινα λόγον corr Σ.—[l] μοι 𝔄ΓΔΛΞΠBCEFHw, με Σ: σοι *ς.—[m] πότερον Ξ.—[n] ἕνεκα add 𝔄Γ ΔΠ.—[o] ναυπηγείας Λ.—[p] : λέγω ΞCE, πότερα λέγω corr Σ.—[q] τούτων corr Σ.—

niana emisso: et verba τοῦτο—πυνθάνῃ ita conversa leguntur, *Hoc quod appellatur Essentia, an generationis caussam dicamus? hoccine est, quod nunc percontaris?* Fieri potest, ut hæc a Grynæo mutata sint, qui præfuit illi editioni. Neque enim eam nobis vacavit cum superioribus editionibus comparare. Fisch.

§. 125. τοῦτο, ὃ προσαγορεύεται—ὅπερ ἐστιν] In antiquissima Ficini versione Socrati tribuuntur, ita ut νῦν πυνθάνῃ (quod vertitur: *an percipis?*) a reliquis sejungatur, et sex proxime sequentia vocabula Protarcho tribuantur. Recte habet vulgata. Stalb.

προς θεῶν, ἆρ' ἂν ἐπανερωτᾷς με;] Ita Bekker. Reliquæ editt. ἆρ' ἂν ἐπερωτᾷς με; Certum est, utramque scripturam esse vitiosam. Etenim quamnam vim particula ἂν habeat, nemo quisquam explicuerit. Hinc Schleiermacherus ἆρ' οὖν ἔτι ἐρωτᾷς; legendum conjecit. Verum nec hæc scriptura omnes removet difficultates. Fatuus enim et ineptus futurus esset Protarchus, e Socrate quærens, num adhuc ab eo interrogetur. Accedit, quod ita nec Socratis responsio justam habitura esset rationem. Quocirca vide, an scribi debeat: ποῖον ἆρ' ἐπανερωτᾷς με; cui interrogationi bene respondent Socratis verba τοιόνδε τι λέγω κ. τ. λ. Verum autem puto ἐπανερωτᾷς, quod cum Bekkero revocavi. Nempe quærit Protarchus, quidnam sit, quod denuo interroget Socrates præter illa, quæ antea jam erat de οὐσίᾳ et γενέσει sciscitatus. Ita legitur Tim. p. 26. D. Stalb.

σοι] Ald. Bas. 1. 2. μοι. recte. Ficinus, *Ejuscemodi quid interrogo.* Fisch.

πλοίων ναυπηγίαν] Notanda est verborum collocatio. Nemque ἕνεκα post ναυπηγίαν demum infertur, quum proprie post πλοίων debuisset. Sed ita solent Græci, ne vocabula sibi invicem opposita interjecta præpositione divellantur. Notæ sunt omnibus formulæ ἐπ' αὐτὸς αὐτῷ, ἐπ' ἄλλος ἄλλῳ pro αὐτὸς ἐπ' αὐτῷ, ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ. Itaque haud scio an mox non scribendum sit cum Bekkero ἢ πλοῖα ἕνεκα ναυπηγίας, quum præpositionis repetitio per usum loquendi non requiratur. Gorg. p. 468. A. πότερον οὖν τὰ μεταξὺ ταῦτα ἕνεκεν τῶν ἀγαθῶν πράττουσιν, ὅταν πράττωσιν, ἢ τἀγαθὰ τῶν μεταξύ; Stalb.

τί οὖν οὐκ αὐτὸς ἀπεκρίνω σαυτῷ;] *Quin tu tibi ipse respondes?* h. e. *age igitur, jam tibi ipse responde!* Frequens est in Platone et Xenophonte, aliisque scriptoribus hic usus aoristi post τί οὖν et τί οὐ illati. Protagor. p. 310. A. Τί οὖν οὐ διηγήσω ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν; ibid. p. 317. D. Τί οὖν, ἔφην ἐγὼ, οὐ καὶ Πρόδικον ἢ Ἱππίαν ἐκαλέσαμεν; Gorg. p. 503. B. ἢ εἴ τινα ἔχεις τῶν ῥητόρων τοιοῦτον εἰπεῖν, τί οὐχὶ καὶ ἐμοὶ αὐτὸν ἔφρασας, τίς ἔστι; ubi vid. Heind. Sophist. p. 251. E. Τί οὖν οὐ καθ' ἓν ἀποκρινάμενος ἐφ' ἑκάστου τὰ ξυμβαίνοντα ἐσκέψω; Menexen. p. 236. C. ΣΩ. Εἰ μὴ ἀδικῶ γε. ἐμάνθανον γέ τοι παρ' αὐτῆς καὶ ὀλίγου πληγὰς ἔλαβον, ὅτι ἐπελανθανόμην. MEN. Τί οὖν οὐ διῆλθες; ΣΩ. Ἀλλ' ὅπως μή μοι χαλεπανεῖ ἡ διδάσκαλος, ἂν ἐξενέγκω αὐτῆς τὸν λόγον. Xenoph. Cyrop. ii. 1. 4. Τί οὖν, ἔφη ὁ Κῦρος, οὐ καὶ τὴν δύναμιν ἔλεξάς μοι, εἰ οἶσθα, πόση τις ἡ προσιοῦσα, καὶ πάλιν τὴν ἡμετέραν; ubi recte Weiskius: 'hæc interrogatio alacritatem quandam animi et aviditatem sciendi exprimit, ut Latinorum: *quin tu mihi—recenses?*' Hieron. i. 3. Τί οὖν οὐχὶ καὶ σὺ ὑπέμνησάς με τὰ ἐν

ΣΩ. Οὐδὲν ὅ τι οὔ· σὺ[r] μέντοι τοῦ λόγου[s] συμμέτεχε.[t]

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Φημὶ δὴ γενέσεως μὲν[u] ἕνεκα φάρμακά τε καὶ πάντα ὄργανα καὶ πᾶσαν ὕλην παρατίθεσθαι πᾶσιν, ἑκάστην δὲ γένεσιν ἄλλην ἄλλης οὐσίας τινὸς[v] ἑκάστης ἕνεκα γίγνεσθαι, ξύμπασαν δὲ γένεσιν οὐσίας ἕνεκα γίγνεσθαι[w] ξυμπάσης.[x]

ΠΡΩ. Σαφέστατα μὲν οὖν.

§. 126. ΣΩ. Οὐκοῦν ἡδονή γε, εἴ περ γένεσίς ἐστιν, ἕνεκά τινος οὐσίας ἐξ ἀνάγκης γίγνοιτ' ἄν.

ΠΡΩ. Τί μήν;

ΣΩ. Τό γε μὴν οὗ[y] ἕνεκα τὸ[z] ἕνεκά του γιγνόμενον ἀεὶ γίγνοιτ' ἄν, ἐν τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μοίρᾳ[a] ἐκεῖνό ἐστι· τὸ δὲ τινὸς ἕνεκα γιγνόμενον εἰς ἄλλην, ὦ ἄριστε, μοῖραν θετέον.

ΠΡΩ. Ἀναγκαιότατον.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν ἡδονή γε[b] εἴ περ γένεσίς ἐστιν, εἰς ἄλλην ἢ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ μοῖραν αὐτὴν τιθέντες ὀρθῶς θήσομεν;

II. iii. 226. ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν.

ΣΩ. Οὐκοῦν, ὅ περ ἀρχόμενος εἶπον τούτου τοῦ λόγου, τῷ μηνύσαντι τῆς ἡδονῆς πέρι τὸ γένεσιν μέν, οὐσίαν δὲ

[r] οὔ καὶ σὺ corr Σ.—[s] λεγομένου (ν supra) ιυ.—[t] συμμέτεχε 𝔄ΔΠ: μέτεχε *ς.—[u] ἐμ' 𝔄.—[v] τινος om F.—[w] ξυμπάσης F, ξύμπασαν...γίγνεσθαι om 𝔄ΓΔ et pr Π.—[x] ξυμπασηι 𝔄.—[y] οὗ τὸ Π.—[z] τὸ (ω̂ supra) C, τῶ (δ supra) BF, τῶ Γ.—[a] μοῖραν Η.—[b] τε Λ.—[c] ἐν τινοῦν Η.—

τῷ ἰδιωτικῷ βίῳ; οὕτω γὰρ ἂν σοι οἶμαι μάλιστα ἐγὼ δύνασθαι δηλοῦν τὰ διαφέροντα κ. τ. λ. Memor. iii. 11. 15. Τί οὖν οὐ σύ μοι—ἐγένου συνθηρατὴς τῶν φίλων; ubi vid. Schneid. Adde Heind. ad Charmid. p. 60. Eurip. Heracl. 805. τί τήνδε γαῖαν οὐκ εἰάσαμεν; ubi Elmsleius laudat Æschyl. Prom. 746. Aristoph. Vesp. 213. Lysistr. 181. et ibid. 1103. ubi præsens usurpatur, Τί οὐ καλοῦμεν δῆτα τὴν Λυσιστράτην. Stalb.

οὐδὲν ὅ,τι οὔ] Ficinus, *nihil prohibet*, quasi legisset οὐδὲν κωλύει. Supplendum ἀποκρινοῦμαι i. e. πάντα σοι ἐρῶ. Mox quod Bekk. συμμέτεχε pro vulgat. μέτεχε edidit, id multum vereor, ut idoneis rationibus defendi possit. Duriter certe dictum μέτεχε τοῦ λόγου σὺν ἐμοί, quando duo tantum colloquuntur.—Ceterum in Aldin. vices colloquentium hæ sunt: ΣΩ. Τοιόνδε τι λέγω—τοιαῦτ' ἐστί. ΣΩ. Λέγω— ΠΡΩ. Οὐδὲν ὅ, τι οὔ. ΣΩ. Σὺ μέντοι τοῦ λόγου ctr. Pessime.—In seqq. ἑκάστην δὲ γένεσιν ἄλλην ἄλλης οὐσίας τινος ἑκάστης ἕνεκα—γίγνεσθαι ξυμπάσης notabis oppositionem inter ἑκάστη et ξύμπασα atque inde oriundam periodi conformationem. Stalb.

§. 126. τό γε μὴν, οὗ ἕνεκα] Ita paullo post: τῶν, ὅσοι ἐξιώμενοι ἢ πείνην ἢ δίψαν—χαίρουσι. Sed jam supra monui de hoc articuli usu. Quod autem ἐκεῖνο post τό γε, vi demonstrativa præditum, infertur, neminem hoc offendet, qui legerit adnotationes Heindorfii ad Phædon. §. 83. et Schneideri ad Xenoph. Cyrop. v. 2. 28. Stalb.

μηδ' ἡντινοῦν[c] αὐτῆς εἶναι, χάριν ἔχειν δεῖ.[d] δῆλον γὰρ ὅτι οὗτος τῶν φασκόντων ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι καταγελᾷ.[e]

ΠΡΩ.[f] Σφόδρα γε.

ΣΩ. Καὶ μὴν ὁ αὐτὸς οὗτος ἑκάστοτε καὶ τῶν ἐν ταῖς γενέσεσιν[g] ἀποτελουμένων καταγελάσεται.[h]

§. 127. ΠΡΩ. Πῶς δὴ καὶ ποίων λέγεις;

ΣΩ. Τῶν ὅσοι ἐξιώμενοι ἢ[i] πείνην ἢ δίψαν[j] ἤ[k] τι[l] τῶν τοιούτων, ὅσα γένεσις ἐξιᾶται,[m] χαίρουσι διὰ τὴν γένεσιν ἅτε ἡδονῆς οὔσης αὐτῆς, καί φασι ζῆν οὐκ ἂν δέξασθαι μὴ διψῶντές τε καὶ πεινῶντες καὶ τἆλλα, ἅ τις ἂν εἴποι, πάντα τὰ ἑπόμενα τοῖς τοιούτοις παθήμασι μὴ πάσχοντες.

ΠΡΩ. Ἐοίκασι γοῦν.

ΣΩ. Οὐκοῦν τῷ γίγνεσθαί[n] γε[o] τοὐναντίον ἅπαντες τὸ II. 55.
φθείρεσθαι φαῖμεν ἄν.

ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον.

ΣΩ. Τὴν δὴ[p] φθορὰν καὶ γένεσιν αἱροῖτ' ἂν ὁ[q] τοῦθ' αἱρούμενος, ἀλλ' οὐ τὸν τρίτον ἐκεῖνον βίον, τὸν ἐν ᾧ μήτε χαίρειν μήτε λυπεῖσθαι, φρονεῖν δ' ἦν[r] [δυνατὸν] ὡς οἷόν τε καθαρώτατα.

§. 128. ΠΡΩ. Πολλή τις, ὡς ἔοικεν, ὦ Σώκρατες, II. iii. 227.

[d] ἔχειν δεῖ ΓC et corr Ξ, ἔχειν δεῖν 𝔄ΔΠ, δεῖν ἔχειν H : δεῖ ἔχειν *ς.—[e] καταγελάσεται ΓH et γρ BCw.—[f] ὁ libris deest.—[g] γένεσι Γ et pr Ξ.—[h] καταγελάσεται ἀποτελουμένων Γ.—[i] ἢ om 𝔄ΔΠ.—[j] πεινῆν ἢ διψῆν Γ.—[k] εἴ Σ.—[l] τοι C.—[m] ἐξιαται (ου) H.—[n] τὸ γενέσθαι 𝔄Π et pr Δ.—[o] τε Λ, om ΔΠ.—[p] δὲ w.—[q] τις 𝔄ΔΠ.

τἀγαθὸν εἶναι] Sponte reposui pro ἀγαθὸν εἶναι. Stalb.

καταγελᾷ] Steph. 'Quidam vet. καταγελάσεται, ut statim post legitur.' Nimirum Bas. 2. Ficinus, *ab hoc deriderí :* mox, *ridebit*. Sed καταγελᾷ hic verum est. nam καταγελᾷ est fut. Atticum, ut καταγελάσεται positum est pro fut. passivo. Fisch.

καταγελᾷ] Neque enim καταγελᾷ esse potest futurum, quoniam Attici nunquam καταγελάσω, sed semper καταγελάσομαι dixisse reperiuntur, neque καταγελάσεται sensu passivo accipiendum. Protagor. p. 355. C. ἂν οὖν τύχῃ ὁ ἐρόμενος ἡμᾶς ὑβριστὴς ὤν, γελάσεται καὶ ἐρεῖ κ. τ. λ. ibid. p. 357. D. νῦν δὲ, ἂν ἡμῶν καταγελᾶτε, καὶ ὑμῶν αὐτῶν καταγελάσεσθε. Sensus hic est: *idem ille, qui voluptatem in continua generatione sitam esse existimat, eos etiam ridebit, qui his generationibus tantum pretium statuunt, ut eas ipsi vitæ præferendas arbitrentur.* Unde patet, verissimum esse καταγελᾷ. Mox καὶ μὴν ὁ αὐτὸς οὗτος e Bekker. dedi. In reliquis editt. articulus deest. Stalb.

§. 127. ἐξιώμενοι] De verbo ἐξιᾶσθαι cfr. quæ dicta sunt ad §. 35.—Mox vocem δυνατὸν utpote vitii suspectam, uncis inclusi, præeunte Bekkero. Videtur ea e glossemate sequentium verborum enata esse. Hesych. et Timæus Ὡς οἷόν τε· ὡς δυνατόν.—Ald. Bas. 1. 2. vitiose καθαρότατα, quod Stephanus jam correxit. Stalb.

ἀλογία ξυμβαίνει γίγνεσθαι, ἐάν τις τὴν ἡδονὴν ὡς ἀγαθὸν ἡμῖν τιθῆται.[s]

ΣΩ. Πολλή, ἐπεὶ[t] καὶ τῇδε ἔτι λέγωμεν.

ΠΡΩ. Πῇ;

ΣΩ. Πῶς οὐκ ἄλογόν ἐστι μηδὲν ἀγαθὸν εἶναι μηδὲ καλὸν μήτε ἐν σώμασι μήτ' ἐν πολλοῖς ἄλλοις πλὴν ἐν ψυχῇ, καὶ ἐνταῦθα ἡδονὴν[u] μόνον, ἀνδρίαν δὲ ἢ σωφροσύνην ἢ νοῦν ἤ τι τῶν ἄλλων[v] ὅσ'[w] ἀγαθὰ εἴληχε ψυχή, μηδὲν τοιοῦτον εἶναι; πρὸς τούτοις δὲ ἔτι τὸν μὴ χαίροντα, ἀλγοῦντα δὲ ἀναγκάζεσθαι φάναι κακὸν εἶναι τότε ὅταν ἀλγῇ, κἂν ᾖ ἄριστος πάντων, καὶ τὸν χαίροντα αὖ, ὅσῳ μᾶλλον χαίρει, τότε ὅταν χαίρῃ, τοσούτῳ[x] διαφέρειν πρὸς ἀρετήν.

ΠΡΩ. Πάντ' ἐστὶ ταῦτα, ὦ Σώκρατες, ὡς δυνατὸν ἀλογώτατα.[y]

§. 34. F. §. 129. ΣΩ. Μὴ τοίνυν ἡδονῆς μὲν πάντως[z] ἐξέτασιν πᾶσαν ἐπιχειρῶμεν ποιήσασθαι, νοῦ δὲ καὶ ἐπιστήμης οἷον

—[r] δεῖν Ξ.—[s] τὲ θῆται Γ.—[t] ἐπειδὴ ΞΣ.—[u] ἡδονὴ ΞΕ.—[v] τοιούτων Δ.—[w] ὅσ' Γ. —[x] τοσούτω 𝔄ΔΛΠΣBCHw : τοσοῦτον *ς.—[y] ἀλγότατον Λ.—[z] μὲν πάντως 𝔄ΔΠ :

§. 128. *πολλή τις—ἀλογία*] Nemo non dixerit scribendum esse *πολλήν τινα* et *ἀλογίαν*: sed si locus hic emendetur, alium etiam quendam ei similem, aut etiam alios quosdam, emendare oportebit. Steph.

Mireris hic Stephanum, *πολλήν τινα—ἀλογίαν* corrigere tentantem. Fischerus vulgatam propterea sanam esse putabat, quoniam *ἀλογία ξυμβαίνει γίγνεσθαι* dictum esset pro *ἀλογία γίγνεται*. Verum enim hac ratione quomodo ea loca explicabis, ubi *ξυμβαίνει* cum accusativo et infinitivo jungitur? Utramque enim structuram usitatam esse constat. Scilicet aliquantum refert, utrum subjectum, quod dicunt, verbo *συμβαίνει* præmittatur, an vero postponatur. Illud si fit, nominativus casus usurpari consuevit; sin hoc, accusativus. De Republ. iv. p. 438. E. *ἐπιστήμη—ποιὰ δή τις συνέβη καὶ αὐτὴ γενέσθαι.* Parmenid. §. 16. Heind. *ἑκάστη τῶν παρ' ἡμῖν ὄντων ἑκάστου ἂν ἐπιστήμη συμβαίνει εἶναι.* Phædon. p. 67. C. *κάθαρσις εἶναι συμβαίνει τοῦτο.* Contra Protagor. p. 333. C. *συμβαίνει μέντοι ἴσως, καὶ ἐμὲ τὸν ἐρωτῶντα καὶ τὸν ἀποκρινόμενον ἐξετάζεσθαι.* Phædon. p. 74. A. *ἆρ' οὖν συμβαίνει τὴν ἀνάμνησιν εἶναι μὲν ἀφ' ὁμοίων, εἶναι δὲ καὶ ἀπ' ἀνομοίων*; Polyb. ix. 23. *διὰ τὸ προσφάτως αὐτὰ γεγονέναι, τελέως ἐναργῆ συμβαίνει τὴν γνῶσιν αὐτῶν ὑπάρχειν.* Stalb.

ἐνταῦθα ἡδονὴν] Ald. Bas. 1. 2. *ἡδονή.* Male.—*ἐνταῦθα* sc. *ἐν ψυχῇ.*—*μηδὲν τοιοῦτον* sc. *μηδὲ ἀγαθὸν, μηδὲ καλόν.*—Pro *εἴληχε ψυχὴ* Ald. Bas. 1. 2. *εἴληχε ψυχῇ.* Non omnino male. Stalb.

κἂν ᾖ ἄριστος] *Quamvis optimus sit.* —*διαφέρειν πρὸς ἀρετὴν virtute excellere*; quæ locutio frequentior est, quam ut exemplis illustrari debeat. Stalb.

§. 129. *μὴ τοίνυν ἡδονῆς κ. τ. λ.*] Absoluta de voluptatis natura et variis generibus disputatione Socrates accedit ad mentis et sapientiæ naturam accuratius considerandam. In qua re ille sic versatur, ut quanta sit ejus præstantia et dignitas, luculenter ostendat. Stalb.

ἡδονῆς μὲν] Bekkero debetur; Ald. Bas. 1. 2. *ἡδονῆς μέντοι.* Quod cur ferri nequeat, facile videbunt, qui particularum Græcarum usum bene callent. Cfr. §. 136. *πάντως ἔγωγε οἶμαι ἡγεῖσθαι ξύμπαντας.* Stalb.

ἐξέτασιν ποιήσασθαι] Dictum pro *ἐξετάσαι*, usu frequentissimo. Isocrat. Areo-

φειδόμενοι σφόδρα[a] φανῶμεν· γενναίως δέ, εἴ πῇ[b] τι σαθρὸν ἔχει, πᾶν περικρούωμεν, ἕως ὅ τι καθαρώτατόν ἐστ᾽ αὐτῶν φύσει, τοῦτο[c] κατιδόντες εἰς τὴν κρίσιν χρώμεθα τὴν κοινὴν τοῖς τε[d] τούτων καὶ τοῖς τῆς ἡδονῆς μέρεσιν ἀληθεστάτοις.

ΠΡΩ. Ὀρθῶς. II. iii. 228.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἡμῖν τὸ μέν, οἶμαι, δημιουργικόν ἐστι τῆς περὶ τὰ μαθήματα ἐπιστήμης, τὸ δὲ περὶ παιδείαν καὶ[e] τροφήν; ἢ πῶς;

μέντοι ς.—[a] σφόδρα φειδόμενοι Γ.—[b] εἴποι Λ.—[c] τοῦτο φύσει Γ.—[d] τῆς τε 𝔄ΓΛΣΒ

pagit. p. 206. ἔδοξε τῷ δήμῳ κοινὴν ποιήσασθαι τὴν ἀπόδοσιν. de Permutat. p. 686. οὐχ οὕτω γ᾽ ἂν τολμηρὰν ἐποιησάμην τὴν ὑπόσχεσιν, εἰ μὴ καὶ δείξειν ἔμελλον ὑμῖν, καὶ ῥᾳδίαν ποιήσειν τὴν διάγνωσιν αὐτῶν. Lucian. Prometh. p. 18. διάλογος δὲ σεμνοτάτας ἐποιεῖτο τὰς συνουσίας φύσεώς τε πέρι καὶ ἀρετῆς φιλοσόφων. Aliud est, si dicitur ἐξέτασιν ποιῆσαι, h. e. *auctorem esse perscrutationis, die Untersuchung veranstalten, geschehen lassen.* Sic σπονδὰς ποιεῖν de diis induciarum auctoribus apud Aristoph. Pac. 212. et 1199. εἰρήνην ποιεῖν de Trygæo pacis suasore. Ran. 778. 785. ubi κρίσιν ποιεῖν est *judicium instituere.* Sed interdum activum pro medio usurpatur, ut Menexen. §. 1. ubi ταφὰς ποιεῖν legitur. Itaque non recte suspectum habuerunt locum Xenoph. Anab. ii. 2. 27. ubi de militibus Græcorum: Οἱ μὲν οὖν πρῶτοι ὁμοίῳ τρόπῳ τινὶ ἐστρατοπεδεύοντο, οἱ δ᾽ ὕστεροι σκοταῖοι προσιόντες, ὡς ἐτύγχανον ἕκαστοι, ηὐλίζοντο καὶ κραυγὴν πολλὴν ἐποίουν, καλοῦντες ἀλλήλους, ὥστε καὶ τοὺς πολεμίους ἀκούειν. cfr. Cyrop. iii. 1. 4. ubi vid. Fischer. iii. 3. 23. Codices discrepant. Omnino in hac formula activum longe usitatissimum, etiam apud seriores. Ita Plutarch. Phocion. c. 33. ὡς δὲ θόρυβον καὶ κραυγὴν ἐποίουν. Stalb.

εἴ πῇ τι σαθρὸν ἔχει] De voc. σαθρὸν cfr. Toup. ad Long. p. 322. Fischer. ad Euthyphr. §. 5. collat. Gorg. p. 479. B. p. 493. E. Simillimus huic locus est Theætet. p. 179. D. σκεπτέον τὴν φερομένην ταύτην οὐσίαν διακρούοντα, εἴτε ὑγιὲς εἴτε σαθρὸν φθέγγεται; ad quem locum Scholiasta ita annotat: ἐκ μεταφορᾶς τῶν διακωδωνούντων τὰ κεράμια, εἰ ἀκέραιά εἰσιν. Ad hoc scholion illustrandum, teste Wyttenbachio in animadverss. ad Plutarchi Moral. part. i. p. 479. Ruhnkenius in Adversariis adscripserat hæc: ‘Schol. ad Nub. 317. ibiq. Kuster. Plutarch. t. ii. p. 64. Corrig. Diog. Laert. p. 330. κομπεῖν confirmat Eustath. ad Il. M. p. 896. Suid. v. κροῦσις. Kust. ad Suid. t. iii. p. 207. et 245. ad Hesych. i. p. 336. Phavor. qui sequens scholion conjungit. Themist. p. 299. ad Lucian. t. ii. p. 842. Menag. ad Laert. p. 112. Phrynich. Ms. v. περικρούμενος. Toup. ad Longin. p. 192.’ Eadem imagine utitur Lucian. Parasit. 3. t. ii. p. 841. Φέρε δὴ καθ᾽ ἕκαστον τοῖς τῆς τέχνης εἴδεσιν ἐφαρμόζοντες τὴν παρασιτικὴν, εἰ συνᾴδει, σκοπῶμεν, καὶ ὁ περὶ αὐτῆς λόγος· ἀλλὰ μὴ καθάπερ αἱ πονηραὶ χύτραι διακρουόμεναι, μὴ σαθρὸν ὑποφθέγγηται. Damascius apud Suid. s. v. πρόσοιτο. t. iii. p. 207. ἦν δὲ ἱκανὸς ἰδεῖν ὅπη τε σαθρὸν φθέγγεται ὁ λόγος καὶ ὅπη ὑγιές. Ex his aliisque compluribus locis Wyttenbachius l. c. scribendum hic esse conjecit εἴ πῄ τι σαθρὸν ἠχεῖ, quod etsi elegantissimum est, tamen non necessarium puto. Stalb.

οὐκοῦν ἡμῖν τὸ μὲν κ. τ. λ.] Structura verborum paullo impeditior hæc est: οὐκοῦν ἡμῖν τῆς περὶ τὰ μαθήματα ἐπιστήμης τὸ μὲν δημιουργικόν ἐστι, τὸ δὲ περὶ παιδείαν καὶ τροφήν; Dicuntur autem μαθήματα nunc sensu latiore ἅτινα μανθάνομεν, unde τὸ μὲν αὐτῶν δημιουργικόν ἐστι, h. e. *artes et opificia spectat,* τὸ δὲ περὶ τροφὴν καὶ παιδείαν, h. e. *ad eruditionem et vitæ cultum refertur.* Aliter hæc verba nolim interpretari. Scripsimus vero cum Bekk. περὶ παιδείαν καὶ τροφὴν, quemadmodum hæc verba sexcenties conjuncta reperiuntur. Vulgo ἢ τροφήν. Tim. p. 19. D. καὶ ἐν τῷ πολεμεῖν τὰ προσήκοντα ἀποδιδοῦσι τῇ παιδείᾳ καὶ τροφῇ. Phædon. p. 107. D. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἔχουσα εἰς ᾅδου ἡ ψυχὴ ἔρχεται πλὴν τῆς παιδείας τε καὶ τροφῆς,

ΠΡΩ. Οὕτως.

§. 130. ΣΩ. Ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς διανοηθῶμεν

ἃ δὴ καὶ λέγεται μέγιστα ὠφελεῖν ἢ βλάπτειν τὸν τελευτήσαντα εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τῆς ἐκεῖσε πορείας. ibid. p. 81. D. τὰς τῶν φαύλων (ψυχὰς) αἳ περὶ τὰ τοιαῦτα ἀναγκάζονται πλανᾶσθαι, δίκην τίνουσαι τῆς προτέρας τροφῆς κακῆς οὔσης. ibid. p. 84. A. ἡ ψυχὴ—τὸ ἀληθὲς καὶ τὸ θεῖον, καὶ τὸ ἀδόξαστον θεωμένη καὶ ὑπ' ἐκείνου τρεφομένη, ubi deinceps: ἐκ δὴ τῆς τοιαύτης τροφῆς οὐδὲν δεινὸν μὴ φοβηθῇ. de Republ. ii. p. 376. E. θρέψονται δὲ δὴ ἡμῖν οὗτοι καὶ παιδευθήσονται τίνα τρόπον; ubi paullo post: τίς οὖν ἡ παιδεία; ἢ χαλεπὸν εὑρεῖν βελτίω τῆς ὑπὸ τοῦ πολλοῦ χρόνου εὑρημένης; ἔστι δέ που ἡ μὲν ἐπὶ σώμασι γυμναστική, ἡ δ' ἐπὶ ψυχῇ μουσική. Criton. §. 5. ἢ γὰρ οὐ χρῆν ποιεῖσθαι παῖδας, ἢ ξυνταλαιπωρεῖν καὶ τρέφοντα καὶ παιδεύοντα. ibid. §. 12. ἀλλὰ τοῖς περὶ τὴν τοῦ γενομένου τροφήν τε καὶ παιδείαν, ἐν ᾗ καὶ σὺ ἐπαιδεύθης; quo loco paullo ante post τούτοις ἡμῶν voc. τοῖς νόμοις, et mox post ἐπὶ τούτῳ τεταγμένοι voc. νόμοι unicuique locum attente legenti ab interpolatorum manibus profectum esse videbitur. Alcibiad. i. p. 121. A. τῆς δὲ σῆς γενέσεως καὶ τροφῆς καὶ παιδείας. de Legg. xi. p. 920. A. ὅσοι γενέσει καὶ τροφαῖς εὖ πεπαίδευνται. ibid. p. 926. E. μετὰ μὲν οὖν τὴν πρώτην ἑκάστοις εἴρηνται τροφαὶ καὶ παιδεύσεις. ibid. p. 927. B. καὶ εὐλαβούμενον περὶ τροφήν τε καὶ παιδείαν ὀρφανῶν. Sed satis exemplorum in re Platonis lectoribus minime ignota. STALB.

§. 130. ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς] Ante hæc verba dubitari non potest, quin particula aliqua disputationis sive brevior sive longior interierit. Nam quum verbis prægressis artes divisæ sint in δημιουργικὰς et in eas, quæ ad παιδείαν καὶ τροφὴν pertineant, qui tandem fit, ut nunc repente de artibus χειροτεχνικαῖς agatur, earum vero, quæ ad παιδείαν spectare dicuntur, nulla prorsus fiat a reliquis separatio? Quid? quod in sequenti disputatione in χειροτεχνικαῖς etiam commemorantur ἰατρική, καὶ γεωργία καὶ μουσικὴ καὶ κυβερνητικὴ καὶ στρατηγητικὴ quatenus eæ usu et exercitatione sensuum nitantur. Quas artes omnes quis dubitare audebit, quin ab auctore ad τὰς περὶ τροφὴν καὶ παιδείαν referri debuerint? Nam illud quidem non vereor, ne quis ea, quæ mox de philosophia, tanquam reliquarum scientiarum omnium matre ac gubernatrice, exponuntur, huc revocare studeat, quam nemo quisquam unquam τὴν περὶ τροφὴν καὶ παιδείαν ἐπιστήμην a Platone vocatam esse docuerit. Neque vero Socrates istam de artium discrimine disputationem tam negligenter et sine ratione instituere potuit, qui antea de speciebus in unaquaque quæstione, sapienter quidem instituta, caute et accurate investigandis tam sollerter præceperit. Quæ quum ita sint, nullus dubito, quin me non sine idonea caussa ante οὐκοῦν plura intercidisse statuere concessuri sint omnes, qui loci rationes bene perspexerint. Hoc autem loco ut lacunam esse sumam, quum alia faciunt, tum etiam hoc, quod verba ἐν δὴ ταῖς χειροτεχνικαῖς, sic statim ab initio posita, nihil habent, quorsum referantur. Quodsi vero quærimus, quid in deperdita ista colloquii parte probabiliter tractatum fuerit; sequentia, etsi non disertum rei indicium faciunt, tamen hoc certe ostendunt, artes δημιουργικὰς et eas, quæ ad educationem spectare dicuntur, rursus divisas fuisse in plures alias partes quarum aliæ χειροτεχνικαὶ judicatæ esse videntur, aliæ non χειροτεχνικαί. Ac has quidem postquam a ceteris distinxerat, videtur eas in una posuisse philosophia, de qua, quum breviter monitum esset, uberior quæstio rejecta est in finem totius de artibus disputationis. Quæ si recte a nobis conjectata sunt; judicari etiam licebit de eo, utrum major an minor colloquii pars perierit. Nam sane hæc res non paucis tantummodo verbis declarari poterat, sed copiosiore disputatione indigebat. Ceterum non possum non hac occasione oblata profiteri, mihi semper omnes Platonis codd. quorum quidem hodie notitiam aliquam accepimus, ex uno aliquo fonte fluxisse unamque familiam constituere visos esse. Qui quamvis in litteris, syllabis, apicibus multum interdum discrepant, tamen ubi graviores corruptelæ aut lacunæ, quarum multo major numerus olim reperietur, quam fortasse existimabant, qui verbis inhærentes res ipsas negligere solent, deprehenduntur, tam amice inter se conspirent, ut omnes eodem parente natos esse vix possis dubitare. Quanquam hic quoque e stirpe vitiosa vitiosior proles exiit. Certius hac de re olim judicare licebit, ubi Iman. Bekkerus, vir de Platone jam

πρῶτα εἰ τὸ μὲν ἐπιστήμης αὐτῶν μᾶλλον ἐχόμενον, τὸ δὲ ἧττον ἔνι, καὶ δεῖ[f] τὰ μὲν ὡς καθαρώτατα νομίζειν, τὰ δ' ὡς ἀκαθαρτότερα.[g]

ΠΡΩ. Οὐκοῦν χρή.

ΣΩ. Τὰς τοίνυν ἡγεμονικὰς διαληπτέον ἑκάστων αὐτῶν χωρίς;

ΠΡΩ. Ποίας καὶ πῶς;

ΣΩ. Οἷον πασῶν που τεχνῶν ἄν τις ἀριθμητικὴν χωρίζῃ καὶ μετρητικὴν[h] καὶ στατικήν,[i] ὡς ἔπος εἰπεῖν φαῦλον τὸ[j] καταλειπόμενον ἑκάστης ἂν γίγνοιτο.

CEF, τε pr Ξ.—[e] καὶ 𝔄ΔΠ : ἢ *ϛ.—[f] δὴ 𝔄ΔΠ.—[g] ἀκαθαρτότατα ΠΕϛ.—[h] μερικὴν

nunc immortaliter meritus, copias, dudum, ut audio, paratas, tandem publici juris fecerit. Pæne oblitus essem addere, Sydenhamum pro ἐν δὴ χειροτεχνικαῖς tentasse ἐν δὴ χειροτεχνίαις. Male. Cfr. de Republ. ix. p. 590. B. Βαναυσία δὲ καὶ χειροτεχνία διὰ τί, οἴει, ὄνειδος φέρει; Stalb.

τὸ δὲ ἧττόν ἐστι] Ita de certa Schleiermacheri conjectura dedi. Vulgo ἧττον ἔνι, quod ferri non potest. Neque enim verba cohærent ita: ἔνι ταῖς χειροτεχνικαῖς κ. τ. λ. sed potius hoc modo: εἰ τὸ μὲν αὐτῶν—ἐπιστήμης μᾶλλον ἐχόμενόν ἐστι. Intelligit vero ἐπιστήμην scientiam e rerum οὐσίᾳ depromtam. Cfr. de Republ. vii. p. 534. A. Alcinous doctr. Platon. p. 340. Ὁ (λόγος) περὶ τὰ νοητὰ ἐπιστήμη τέ ἐστι καὶ ἐπιστημονικὸς λόγος, ὁ δὲ (ita leg. pro vulg. τε) περὶ τὰ αἰσθητὰ δοξαστικός τε καὶ δόξα.—ἐπιστήμης τῆς περὶ τὰ νοητὰ καὶ δόξης τῆς περὶ τὰ αἰσθητὰ ἀρχαὶ νόησίς τε καὶ αἴσθησις. Stalb.

καὶ δεῖ τὰ μὲν] Sc. τὰ τῆς ἐπιστήμης ἐχόμενα.—Mox νομίζειν ὡς καθαρώτατα est *pro purissimis habere*, usu satis trito. Supplendum ὄντα. Cfr. Heind. ad Sophist. p. 409. Monui propter Fischerum, qui Bas. 2. lectionem ὡς ἀκαθαρτότερα, quam Bekk. etiam recepit, propterea damnavit, quoniam particula ὡς jungi sibi velit superlativum. Etiam Ficinus comparativum habuit. Vertit enim: *aliquid impurissimum, impurius aliquid arbitrari*. Ald. ὡς ἀκαθαρτότατα. Fateor tamen, vulgatam lectionem mihi non genuinam videri. Quæritur enim, εἰ τὸ μὲν μᾶλλον ἐχόμενόν ἐστι ἐπιστήμης, τὸ δὲ οὔ. Quare vix dubito, quin reponi debeat: καὶ δεῖ τὰ μὲν ὡς καθαρώτερα νομίζειν, τὰ δὲ ὡς ἀκαθαρτότερα. Stalb.

ἑκάστην] De Stephani conjectura dedi τὰς—ἑκάστην pro vulgat. ἑκάστων. de Republ. i. p. 346. D. καὶ αἱ ἄλλαι πᾶσαι (τέχναι) οὕτω τὸ ἑαυτῆς ἑκάστη ἔργον ἐργάζεται. cfr. Heind. ad Gorg. §. 127. et Matth. Gr. Gr. §. 301. A. not. Vulgata lectio sensum pervertit.—Segregandas autem a χειροτεχνικαῖς universe dictis censet ἡγεμονικὰς τέχνας h. e. eas, quibus reliquæ omnes veluti fundamento nitantur, ita ut, iis sublatis, nihil retineant nisi aliquam probabilitatis et verisimilitudinis speciem, sollertia quadam sensuum effectam, (ἐμπειρίᾳ καὶ τριβῇ) sed omni certa ratione destitutam. De ἐμπειρίᾳ καὶ τριβῇ sæpenumero conjuncta cfr. infr. c. 54. εἰ μέλλεις μὴ τριβῇ μόνον καὶ ἐμπειρίᾳ, ἀλλὰ τέχνῃ ὑγίειαν καὶ ῥώμην ἐμποιήσειν. Gorg. p. 464. E. τοῦτο γὰρ πρός σε λέγω, ὅτι τοῦ ἡδέος στοχάζεται ἄνευ τοῦ βελτίστου· τέχνην δὲ αὐτὴν οὔ φημι εἶναι, ἀλλ' ἐμπειρίαν, ὅτι οὐκ ἔχει λόγον οὐδένα, ᾧ προσφέρει, ἃ προσφέρει, ὁποῖα ἄττα τὴν φύσιν ἐστίν. ibid. p. 501. A. ἡ δὲ ἑτέρα τῆς ἡδονῆς—κομιδῇ ἀτέχνως ἐπ' αὐτὴν ἔρχεται, οὔτε τι τὴν φύσιν σκεψαμένη τῆς ἡδονῆς οὔτε τὴν αἰτίαν, ἄλογός τε παντάπασιν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, οὐδὲν διαριθμησαμένη τριβὴ καὶ ἐμπειρία. Legg. ix. p. 357. Refert autem ad ἡγεμονικὰς artes eas, quæ, quoniam instrumentorum et mensurarum ope utantur, reliquis longe certiores fiant, veluti ἀριθμητική, μετρητική et στατική, de quibus mox accuratius exponitur. Stalb.

ΠΡΩ. Φαῦλον μὲν δή.[k]

ΣΩ. Τὸ γοῦν μετὰ ταῦτ' εἰκάζειν λείποιτ' ἂν καὶ τὰς αἰσθήσεις καταμελετᾷν ἐμπειρίᾳ καί τινι τριβῇ, ταῖς τῆς στοχαστικῆς προσχρωμένους δυνάμεσιν, ἃς πολλοὶ τέχνας
II. 56. ἐπονομάζουσι, μελέτῃ καὶ πόνῳ τὴν ῥώμην ἀπειργασμένας.[l]

ΠΡΩ. Ἀναγκαιότατα λέγεις.

§. 131. ΣΩ. Οὐκοῦν μεστὴ μέν που μουσικὴ πρῶτον,
II. iii. 229. τὸ ξύμφωνον ἁρμόττουσα οὐ μέτρῳ ἀλλὰ μελέτης στοχασμῷ· καὶ ξύμπασα αὐτῆς[m] αὐλητική,[n] τὸ μέτρον ἑκάστης

Λ.—[i] στοχαστικὴν mg H.—[j] τὸ om pr ΔΠ.—[k] μὲν δή 𝔄ΓΔΛΠΣΒCHw : μέντοι *ς. —[l] ἀπειργασμένας 𝔄ΓΔΛΞΠΒCHw : ἀπειργασμένους *ς.—[m] αὐτῶν ΛΗ.—[n] αὐλη-

φαῦλον μέντοι] Bekk. dedit *φαῦλον μὲν δή*, quod minus rectum videtur. De particula *μέντοι* in affirmationibus usurpari consueta jam supra monui. Stalb.

τὸ γοῦν μετὰ ταῦτ'—ἀπειργασμένας] Plura vulgo turbata leguntur. Ficinus vertit: *residuum quippe imaginatione quadam ac sensuum experientia et exercitatione conjecturisque incederet, quas plerique artes vocant, cura et labore vim adeptas.* Ex hac versione primo *ἀπειργασμένας* cum Schleiermachero rescripsimus. Vulgo *ἀπειργασμένους*. Deinde *οἱ πολλοὶ* dedimus, quanquam editt. omnes articulum omittunt. Vulgus enim hisce rebus omnem artis ambitum contineri arbitratur, neque vero viri prudentes et sapientes. Ceterum ne quis *προσχρωμένους* in *προσχρωμένοις* mutandum censeat, quod cohæreat cum *λείποιτ' ἄν*, accusativus utique ferendus. Stalb.

§. 131. *οὐκοῦν μεστή μέν που μουσική*] Non dubito, quin hic quoque aliquid a librariis turbatum sit, quamvis summa est librorum editorum consensio. Nam offendit magnopere quod voc. *μεστή* sic nude ponitur. Quid exciderit, non ausim definire; quanquam, si Ficini est in talibus locis aliqua auctoritas, ex hujus versione: *annon ubi musica iis plena est, concentum primo contemperat,* pronomen *αὐτῶν* hic excidisse conjicias. Fortasse etiam in voc. *πρῶτον* latet vitium, quod sive mecum ad *οὐκοῦν—μουσική* trahas, sive cum aliis ad sequentia *τὸ ξύμφωνον μελέτης στοχασμῷ* referas, utroque modo oratio asperi quid et inconcinni habebit, quanquam ea, quam nos inivimus, ratio alteri longe præferenda. Stalb.

τὸ ξύμφωνον] I. e. *τὴν ξυμφωνίαν*.—*μελέτης στοχασμός*, paullo rariore structura, significat *conjiciendi sollertiam per exercitationem partam*, ut adeo genitivus caussam efficientem indicet. Stalb.

ξύμπ. αὖ πληκτική] Novæ occurrunt difficultates. Nam pro *ξύμπασα αὖ πληκτική*, quod ex Heusdii correctione reposui, Ald. Bas. 1. 2. Steph. Bekk. cett. habent *ξύμπασα αὐτῆς αὐλητική*. Verum quid chordæ cum re tibiaria habeant commune, nemo dixerit, nisi quis (ut sunt lepida interdum hominum capita) veteres musicos chordas etiam inflasse opinetur. Præclaram Heusdii emendationem confirmat versio Ficini: *et universa ejus pulsandi facultas.* Verum enim ne sic quidem omnis huic loco exemta est dubitandi materies. Nam vide mihi, an sapienti scriptori ita loqui liceat: *plena est illis musica ars, primum harmoniam non mensura efficiens, sed conjectura; et omnis rursus fidium pulsandarum scientia.* Quasi vero quis universo generi, *musicæ*, singularem aliquam ejus speciem *πληκτικὴν* sic addere possit sine risu et indignatione lectorum! Quare, quod supra jam suspicatus sum, *πρῶτον* illud non habere, quorsum idonea ratione referatur, id nunc alia etiam de caussa contendo. Videtur enim post *μουσική* aliquid excidisse, in quo artis illius alia quædam species tractabatur. Veluti si olim fuisse statuas: *οὐκοῦν μεστὴ μέν που μουσική* (*στοχασμοῦ* s. *ἐμπειρίας καὶ τριβῆς*)· *πρῶτον μὲν αὐλητική, τὸ ξύμφωνον ἁρμόττουσα οὐ μέτρῳ, ἀλλὰ μελέτης στοχασμῷ· καὶ ξύμπασα αὖ πληκτική, τὸ μέτρον κ. τ. λ.* Tale quid, opinor, requiritur, quo loco pristina integritas restituatur. Sequentia integra puto, modo ordinem eorum hunc esse putes: *τῷ στοχάζεσθαι θηρεύουσα*

χορδῆς τῷ στοχάζεσθαι φερομένης[o] θηρεύουσα, ὥστε πολὺ μεμιγμένον ἔχειν τὸ μὴ σαφές, σμικρὸν δὲ τὸ βέβαιον.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἰατρικήν τε καὶ γεωργίαν καὶ κυβερνητικὴν καὶ στρατηγικὴν[p] ὡσαύτως εὑρήσομεν ἐχούσας.

ΠΡΩ. Καὶ πάνυ γε.

ΣΩ. Τεκτονικὴν δέ γε, οἶμαι, πλείστοις μέτροις τε καὶ ὀργάνοις χρωμένην, τὰ πολλὴν ἀκρίβειαν αὐτῇ πορίζοντα τεχνικωτέραν τῶν πολλῶν[q] ἐπιστημῶν παρέχεται.

ΠΡΩ. Πῇ;

ΣΩ. Κατά τε ναυπηγίαν καὶ κατ' οἰκοδομίαν καὶ ἐν πολλοῖς[r] ἄλλοις τῆς ξυλουργικῆς. κανόνι γάρ, οἶμαι, καὶ τόρνῳ χρῆται καὶ διαβήτῃ[s] καὶ στάθμῃ καί τινι προσαγωγίῳ[t] κεκομψευμένῳ.

τικὴ καὶ κιθαριστικὴ τὸ rc Σ.—[o] θηρευομένης Π.—[p] στρατηγητικὴν 5.—[q] πάλαι Δ.—[r] τοῖς Η.—[s] διαβῆτι ΞF.—[t] προσαγωγείω ꝪΔΠ, προσαγωγίω Σ, προαγωγία Η:

τὸ μέτρον ἑκάστης χορδῆς φερομένης. Stalb.

ἃ πολλὴν ἀκρίβειαν] Editt. omnes τὰ πολλὴν ἀκρίβειαν, quo perturbatur verborum ordo. Schützius scribi jubebat ταῦτα πολλὴν ἀκρίβειαν. Ego lenissima mutatione ἃ πολλὴν ἀκρίβειαν, quod Heind. quoque conjecerat. Nempe ad τεκτονικὴν χρωμένην ex antecedentibus repetendum εὑρήσομεν. Sensus hic est: *architecturam vero inveniemus multis utentem instrumentis, ut amussi, regula, circino, perpendiculo, quæ efficiunt, ut ea multam habeat* ἀκρίβειαν *atque ad veram artis formam plerisque scientiis propius accedat.* Stalb.

τῆς ξυλουργικῆς· κανόνι γὰρ] Ficinus legisse videtur, ξυλουργικῆς κακόνι οἶμαι —Vertit enim: *multisque aliis ad lignarium fabrum quodammodo pertinentibus utitur amussi* etc. Male. Stalb.

διαβήτῃ] Hesych. Διαβάτης: ὄργανόν τι τεκτονικόν. Sed legi debet διαβήτης, ut intelligitur ex hac glossa: σταφυλή· ὁ διαβήτης, ἀπὸ μέρους. Nam etsi Ficinus vocabulum διαβήτης vertit *circinus*: etsi non ignoro, διαβήτην vocari *circinum*: tamen hoc loco certum videtur intelligi *libellæ* eam partem, quæ *gnomon* vocatur. Sequitur enim στάθμη h. e. *perpendiculum.* Figura ejus extat in notis Philandri ad Vitruv. vii. 3. p. 307. Fisch.

διαβήτῃ] διαβήτης h. l. non est *circinus*, ut alibi. cfr. Beck. ad Aristoph. Av. 1001. Scholiast. ad Nub. 178. sed potius *libella* (*die Bleiwage der Zimmerleute*). Sequitur enim στάθμη, *perpendiculum*, de quo vid. intptt. Vitruvii vii. 3. Schol. Aristoph. Ran. 800. διαβήτης· σταφυλή· ὅπερ ἐστὶν ὄνομα παρὰ τοῖς ἀρχιτέκτοσιν ἐπὶ καθιεμένης μολύβδου τιθέμενον. Schol. Homeri ad Iliad. ii. 765. Cfr. Valck. ad Eurip. Hipp. 468. Stalb.

στάθμῃ] Hesych. Στάθμη· σπάρτος, ἐν ᾧ ἀπορθοῦσιν οἱ τέκτονες:—ἢ κανὼν, καὶ τὸ ἐν τῷ διαβήματι μολυβδοῦν σκεῦος—. Alio vocabulo appellatur σταφυλή. Hesych. Σταφυλή· ὁ διαβήτης, ἀπὸ μέρους· ἐπεὶ σταφυλὴ καταχρηστικῶς ἐλέγετο ἡ τοῦ διαβήτου μέση κρεμαμένη μολυβίς—. Fisch.

προσαγώγιον] Ald. Bas. 1. 2. male προαγώγιον, quod Fisch. et Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 155. correxerunt. Schol. ad h. l. τεκτονικὸν ὄργανον, ὃ προσάγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα. Suid. Προσαγώγιον· τὸ τῶν τεκτόνων ὄργανον, ὃ προσάγοντες εὐθύνουσι τὰ στρεβλὰ ξύλα. Hesych. Προσαγώγιον· διαβήτης, ἢ τὸ τῶν τεκτόνων ὄργανον. Dicitur hoc instrumentum κεκομψευμένον h. e. *scite factum, bene elaboratum.* Etenim κομψεύειν et κομψεύεσθαι, apud Platonem non solum de sermone arguto et ad ani-

ΠΡΩ. Καὶ πάνυ γε, ὦ Σώκρατες, ὀρθῶς λέγεις.

§. 132. ΣΩ. Θῶμεν τοίνυν διχῇ τὰς λεγομένας τέχνας, τὰς μὲν μουσικῇ ξυνεπομένας ἐν τοῖς ἔργοις ἐλάττονος ἀκριβείας μετισχούσας,[u] τὰς[v] δὲ τεκτονικῇ πλείονος.

ΠΡΩ. Κείσθω.

II. iii. 230. ΣΩ. Τούτων δὲ ταύτας ἀκριβεστάτας εἶναι[w] τέχνας, ἃς[x] νῦν δὴ[y] πρώτας[z] εἴπομεν.[a]

ΠΡΩ. Ἀριθμητικὴν φαίνει[b] μοι λέγειν καὶ ὅσας[c] μετὰ ταύτης τέχνας ἐφθέγξω νῦν δή.

ΣΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ἀλλ', ὦ Πρώταρχε, ἆρ' οὐ διττὰς αὖ καὶ ταύτας λεκτέον; ἢ πῶς;

ΠΡΩ. Ποίας δὴ λέγεις;

ΣΩ. Ἀριθμητικὴν[d] πρῶτον ἆρ' οὐκ ἄλλην μέν τινα τὴν τῶν πολλῶν φατέον, ἄλλην δ' αὖ τὴν τῶν φιλοσοφούντων;

ΠΡΩ. Πῇ ποτὲ διορισάμενος οὖν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην θείη τις ἂν ἀριθμητικήν;

προαγωγίῳ *ς.—[u] *μετεχούσας* w.—[v] *τὰ* 𝔄.—[w] *εἶναι* om Γ.—[x] *ἃς* om 𝔄Π et pr Δ.—[y] *νῦν δὴ* 𝔄ΔΠ : *δὴ νῦν* *ς.—[z] *πρῶτον* Σ.—[a] *εἴπωμεν* pr Δ, *εἴποιμεν* 𝔄Π.—[b] *φαί·*

mos capiendos apto usurpatur, sed etiam de rebus sollerter et artificiose factis; est igitur omnino scite et eleganter aliquid effingere, quo te jactes et efferas. Cfr. *κεκομψευμένην* adnotationem Ruhnkenii ad Tim. p. 154. Stalb.

§. 132. *θῶμεν δὴ διχῇ*] Dupliciter dividit artes, prouti eæ vel minus ad certam rationem accedant, vel magis illam assequantur. Et his quidem longe certiores esse dicit eas, quas antea *πρώτας* h. e. *ἡγεμονικὰς* appellaverit. Ad *ἀκριβεστάτας εἶναι* supplendum e prægressis *λέγωμεν* s. *θῶμεν*.—Mox *φθέγγεσθαι* rursus pro *λέγειν* ponitur. Stalb.

ἀριθμητικὴν] Dividit nunc has ipsas artes *ἡγεμονικὰς* in duas partes, quarum altera sit *τῶν πολλῶν*, altera *τῶν φιλοσοφούντων*. Pertinet huc aliqua ex parte locus Politici p. 258. D. *ἆρ' οὖν οὐκ ἀριθμητικὴ μὲν καί τινες ἕτεραι ταύτῃ ξυγγενεῖς τέχναι ψιλαὶ τῶν πράξεών εἰσι, τὸ δὲ γνῶναι παρέχονται μόνον*; ΣΩΚ. *Ἔστιν οὕτως*. ΞΕ. *Αἱ δέ γε περὶ τεκτονικὴν αὖ καὶ ξύμπασαν χειρουργίαν ὥσπερ ἐν ταῖς πράξεσιν ἐνοῦσαν ξύμφυτον τὴν ἐπιστήμην κέκτηνται, καὶ ξυναποτελοῦσι τὰ γιγνόμενα ὑπ' αὐτῶν σώματα, πρότερων οὐκ ὄντα*. ΣΩΚ. *Τί μήν*; ΞΕ. *Ταύτῃ τοίνυν ξύμπασας ἐπιστήμας διαιρεῖ, τὴν μὲν πρακτικὴν προσειπὼν, τὴν δὲ μόνον γνωστικήν*. Quod autem *οἱ πολλοὶ* et *οἱ φιλοσοφοῦντες* sibi invicem opponuntur, *φιλοσοφεῖν* dicuntur omnes ii, qui subtilius et certa ratione in alicujus rei exploratione et tractatione versantur. Verbi usum satis illustrarunt Morus ad Isocrat. Panegyr. p. 7. ed. Spohn. Heusdius in Cornelii Anne den Tex Dissertat. de vi musices ad excolendum hominem e sententia Platonis. Trajecti 1816. 8. p. 110. sq. coll. Budæi Commentar. Ling. Gr. p. 1072. Stalb.

ἄλλην] Steph. 'For. *τὴν μὲν ἄλλην*. Talis autem videtur esse omissio, cum alibi, tum supra p. 36.' bene. Locus est §. 21. *ψευδεῖς, αἱ δ' ἀληθεῖς*—. Ficinus legisse videtur *ἄλλην καὶ ἄλλην*. vertit enim, *Quanam ratione quis partiens aliam atque aliam arithmeticam asseret?* At quum Plato etiam alibi ante *ὁ δὲ* omittere soleat *ὁ μέν*· nihil mutandum censeo. Fisch.

ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην] Notabis dictionem pro *τὴν μὲν ἄλλην, τὴν δὲ ἄλλην*, de quo jam supra monui. Ficinus legisse videtur *ἄλλην καὶ ἄλλην*. Vertit enim: *quanam ratione quis partiens aliam*

ΣΩ. Οὐ σμικρὸς ὅρος, ὦ Πρώταρχε. οἱ μὲν γάρ που μονάδας[e] ἀνίσους καταριθμοῦνται τῶν περὶ ἀριθμόν,[f] οἷον στρατόπεδα δύο καὶ βοῦς δύο καὶ δύο τὰ σμικρότατα ἢ καὶ τὰ[g] πάντων μέγιστα· οἱ δ' οὐκ ἄν ποτε αὐτοῖς συνακολουθήσειαν, εἰ μὴ μονάδα μονάδος ἑκάστης τῶν μυρίων[h] μηδεμίαν ἄλλην ἄλλης[i] διαφέρουσάν τις[j] θήσει.

ΠΡΩ. Καὶ μάλα γ'[k] εὖ λέγεις οὐ σμικρὰν διαφορὰν τῶν περὶ ἀριθμὸν[l] τευταζόντων,[m] ὥστε λόγον ἔχειν δύ'[n] αὐτὰς εἶναι.

§. 133. ΣΩ. Τί δὲ λογιστικὴ[o] καὶ μετρητικὴ[p] ἡ[q] κα-

ας
νει 𝔄F.—[c] ὅσα C.—[d] ἀριθμητικὴ F, ἀριθμητικὴν μὲν Γ.—[e] μονάδος E.—[f] ἀριθμοῦ Γ.—[g] τὰ om F et pr Ξ.—[h] μυρίων ΔΠ: μορίων *ς.—[i] ἄλην Γ.—[j] τι 𝔄 et pr ΔΠ.
τευ
—[k] γ' add Δ.—[l] ἀσθμὸν w.—[m] ἐταξόντων corr Δ, ταξάντων γρ Δ, ξόντων Γ.—[n] δύ' Γ, δι' ΔΠ.—[o] λογικὴ Λ.—[p] μετρικὴ Λς.—[q] ἡ add rc Σ.—[r] καὶ κατὰ Λ.—

atque aliam arithmeticam asseret. Male. —*οὐ σμικρὸς ὅρος non parvum inter utrumque discrimen obtinet.* Hanc enim explicationem sequens Protarchi responsio postulat. Malim tamen *οὐ σμικρὸς ὁ ὅρος.* Stalb.

ΣΩ. Οὐκοῦν τῷ λόγῳ ἐπειράθημεν χωρὶς ἑκάτερον ἑκατέρου θέντες[h] εἰς τὸν βίον ἑκάστων, ἄμικτον μὲν ἡδονὴν φρονήσει, φρόνησιν δὲ ὡσαύτως ἡδονῆς[i] μηδὲ τὸ σμικρότατον ἔχουσαν;

ΠΡΩ. Ἦν ταῦτα.[j]

ΣΩ. Μῶν οὖν ἡμῖν αὐτῶν τότε πότερον[k] ἱκανὸν ἔδοξεν εἶναί τῳ;

ΠΡΩ. Καὶ πῶς;

§. 37. F. §. 143. ΣΩ. Εἰ δέ γε[l] παρηνέχθημέν τι[m] τότε, νῦν ὁστισοῦν ἐπαναλαβὼν ὀρθότερον εἰπάτω, μνήμην καὶ φρόνησιν καὶ ἐπιστήμην[n] καὶ ἀληθῆ δόξαν τῆς αὐτῆς ἰδέας τιθέ-
II. iii. 239. μενος, καὶ σκοπῶν εἴ τις ἄνευ τούτων δέξαιτ' ἄν οἱ[o] καὶ ὁτιοῦν

[f] τόδε ΆΠ et pr Δ.—[g] μᾶλλον τῶν Eϛ.—[h] θέντος corr Λ.—[i] ὡσαύτως ἡδονῆς ΆΔΠ: ἡδονῆς ὡσαύτως *ϛ.—[j] τα Λ.—[k] ὁπότερον corr Σ.—[l] τι F.—[m] τοι pr F.—[n] φρόνησιν καὶ ἐπιστήμην ΆΔΠ: ἐπιστήμην καὶ φρόνησιν *ϛ.—[o] ἢ F.—[p] ἢ γίγνεσθαι ΆΔ

structione ἐπειραθημεν—θέντες vid. not. ad §. 30. Stalb.

§. 143. εἰ δέ γε παρηνέχθημέν τι τότε] Ficinus: *quodsi quis forte tunc prætervectus est, nunc resumens rectius asseveret:* ut in Cod. suo invenisse videatur: παρηνέχθη μέν τις τότε. Neque tamen hinc reponendum existimemus παρηνέχθη μέν τι τότε. Bene se habet vulgata. Verte: *si quid tunc aberravimus.* Atque ita nonnunquam Plato, ubi pertractatum est, quod tractandum erat, argumentum: Tim. p. 54. A. Ἂν οὖν τις ἔχῃ κάλλιον ἐκλεξάμενος εἰπεῖν εἰς τὴν τούτων ξύστασιν, ἐκεῖνος οὐκ ἐχθρὸς ὢν, ἀλλὰ φίλος, κρατοῖ. Ibid. Τῷ τοῦτο ἐλέγξαντι καὶ ἀνευρόντι δὲ μὴ οὕτως ἔχον, κεῖται φίλια τὰ ἆθλα. Legg. vii. 796. D. Εἰ δέ τινα ταύτης ὑμεῖς ἔχετε βελτίω, θέντες εἰς κοινὸν λέγετε. Epist. viii. 353. E. Εἰ μὲν δή τις ὀρθότερον ἄμεινόν τε ἔχει τοῦ ὑπ' ἐμοῦ ῥηθησομένου, ἐνέγκων εἰς τὸ μέσον, ὀρθότατα φιλέλλην ἂν λεχθείη. Heusd.

εἰ δέ γε κ. τ. λ.] Ald. uti nunc video, divisim exhibet παρηνέχθη μέν. Sed genuina est vulgata.—De verbis ἀναλαβεῖν et ἐπαναλαβεῖν *resumendi* et *retractandi* significatione positis jam aliquoties monui. Ceterum ita sæpius Plato, ubi argumentum aliquod pertractatum est. Quam in rem Heusdius attulit idonea exempla.—τῆς αὐτῆς ἰδέας τιθέμενος sc. εἶναι. h. e. *ad unum idemque genus referens.* Stalb.

οἶ] Steph. 'Pro οἶ, id est *sibi*, in edit. Ald. scriptum οἷ perperam. In Germ. autem mutatum fuit in ἤ. Paulo post Ficinus legisse videtur εἰ μήτε δοξ.' Bene. Ald. habet οἷ, et Bas. 1. 2. ἤ. Sed jam Cornar. reponendum οἱ, vel οἶ, monuerat ante Stephanum. Neque aliter legit Scholiastes Augustanus, qui notavit ad hunc locum ista, οἶ· περισπώμενον, ἑαυτῷ, ὡς ἐνταῦθα· ὀξύτονον δὲ οἵτινες σημαίνει καὶ τὸ ὅπου. Etymol. M. Οἶ, σημαίνει—ἄρθρον ἀντωνυμικὸν συζυγοῦν τῇ ἐμοὶ, σοὶ, οἷ· ἥτις ἐγκλιθεῖσα, σημαίνει ἀντωνυμίαν ἀντὶ τοῦ αὐτῷ—ὀρθοτονουμένη δὲ, σημαίνει ἑαυτῷ·—ὥσπερ δὲ λέγεται σφεῖς αὐτοὶ, καὶ ἑξῆς σφῶν αὐτῶν, σφᾶς αὐτοὺς, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῦ ἑνικοῦ οἶ αὐτῷ. vid. Abresch. Diluc. Thucyd. p. 714. et Kœn. ad Gregorium de Dialectis p. 34. Cæterum Ficinus vertit, *consideret, utrum absque his aliquis, vel se, vel alium, aut esse quicquam, aut quicquam fieri, exoptet:* quasi legerit ἢ οἱ ἢ ἄλλῳ. Melius Cornar. *consideret, an quis absque his quodcunque tandem sibi esse, aut contingere, expetat.* Fisch.

οἱ] Ita cum Bekk. dedi. Pro οἱ Ald. οἷ. Perperam. Pejus etiam Bas. 1. 2. ἢ pro οἱ. Sed quod Scholiasta et Etymologus M. pronomen οἶ, quando circumflexu notetur, ἑαυτῷ significare tra-

εἶναι ἢ γίγνεσθαι,[p] μὴ ὅτι δή γε ἡδονήν, εἴθ' ὡς πλείστην εἴθ' ὡς σφοδροτάτην, εἰ[q] μήτε ἀληθῶς δοξάζοι[r] χαίρειν, μήτε τὸ παράπαν γιγνώσκοι τί ποτε πέπονθε πάθος, μήτ' αὖ μνήμην τοῦ πάθους μηδ' ὁντινοῦν χρόνον ἔχοι. ταὐτὰ[s] δὲ λέγε[t] καὶ περὶ φρονήσεως, εἴ τις[u] ἄνευ πάσης ἡδονῆς καὶ τῆς[v] βραχυτάτης[w] δέξαιτ' ἂν φρόνησιν ἔχειν μᾶλλον ἢ μετά τινων ἡδονῶν, ἢ πάσας ἡδονὰς χωρὶς φρονήσεως μᾶλλον ἢ μετὰ φρονήσεως αὖ τινός.

ΠΡΩ. Οὐκ ἔστιν, ὦ Σώκρατες, ἀλλ' οὐδὲν δεῖ ταῦτά γε[x] πολλάκις ἐπερωτᾶν.

§. 144. ΣΩ. Οὐκοῦν τό γε τέλεον καὶ πᾶσιν αἱρετὸν II. 61.
καὶ τὸ παντάπασιν ἀγαθὸν οὐδέτερον ἂν τούτων εἴη;

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ ἄν;[y]

ΣΩ. Τὸ τοίνυν ἀγαθὸν ἤτοι σαφῶς ἢ καί τινα τύπον

Π: ἢ καὶ γίγνεσθαι *ς.—[q] εἰ Ficinus, ἢν 𝔄ΓΔΛΞΠΣ, ἦν BCw, ἣν FH: ἢ *ς.—[r] δοξάζειν 𝔄Π et pr Δ.—[s] ταυτὰ B: ταῦτα *ς.—[t] λέγω 𝔄ΔΠ.—[u] ἥτις 𝔄ΔΠ.—[v] τῆς om w.—[w] βραχὺ ταύτης Λ.—[x] τε 𝔄ΔΠ, om F.—[y] οὐδέτερον mg Σ, om ΛΣC

dunt, id non eam habet vim, ut illud vice versa, quando ἑαυτῷ significet, continuo etiam circumflexu ornandum arbitremur. Quo modo qui concluserunt, ii saltum fecere ingentem. Imo vero quemadmodum accusativus ἕ, ubi nulla vis in pronomen cadit, inclinari solet, ita dativus eundem habuit usum. Quocirca recte hodie legitur in Phædon. p. 117. E. Ὁ δὲ περιελθὼν ἐπειδή οἱ βαρύνεσθαι ἔφη τὰ σκέλη, κατεκλίθη ὕπτιος. Protagor. p. 316. C. Τοῦτο δὲ οἴεταί οἱ μάλιστα γενέσθαι, εἰ σοὶ συγγένοιτο. Facile autem intelligitur, in oratione obliqua, si is, qui loquens introducitur, sui ipsius mentionem injiciat, pronomen semper suum retinere debere accentum. Cujus rei caussas uberius exponere nunc non vacat. Satis est, receptæ scripturæ rationes explicuisse. Stalb.

σφοδροτάτην] Male vulgo post σφοδροτάτην colon interpositum et pro εἰ μήτε sine ratione ἢ μήτε editum est. Ficinus: *siquidem his privatus neque revera gaudere se opinabitur.* Hinc jam Cornar. veram eruit scripturam: εἰ μήτε, quam cum Bekk. in textum restituere non dubitavimus. Stalb.

ἢ μήτε ἀληθῶς] Ficinus, *si quidem his privatus neque revera gaudere se opinabitur.* Unde eum legisse certum est εἰ μήτε ἀληθῶς δοξάζοι χαίρειν· ut Cornarius quoque emendandum censuit. Fisch.

μηδ' ὁντινοῦν χρόνον] H. e. *ne per brevissimum quidem temporis spatium.*—Statim post ταὐτὰ λέγε cum Bekkero dedi. Ceteræ editt. ταῦτα λέγε. Advertas autem, quæso, sermonis liberiorem conformationem. Etenim quum supra dixisset νῦν ὁστισοῦν ἐπαναλαβὼν ὀρθότερον εἰπάτω—σκοπῶν, εἴ τις ctr. nunc eum hoc fere modo perrecturum esse speraveram: ταὐτὰ δὲ λεγέτω καὶ περὶ φρονήσεως, σκοπῶν, εἴ τις ἄνευ πάσης ἡδονῆς κ. τ. λ. Stalb.

§. 144. *ἤτοι σαφῶς ἢ καί τινα τύπον*] Accuratius scripturus erat ἤτοι σαφῶς ἢ καί τινι τύπῳ ληπτέον. Vocabulum τύπος, quum proprie de imaginum adumbratione dicatur, a philosophis de descriptione ac definitione minus accurata est subtili usurpatur. Unde h. l. opponitur σαφῶς. De Republ. ii. p. 414. A. ὡς ἐν τύπῳ, μὴ δι' ἀκριβείας εἰρῆσθαι. Ibid. vi. p. 491. C. Ἔχεις γὰρ τὸν τύπον, ὧν λέγω. Ἔχω, ἔφη, καὶ ἡδέως γ' ἂν ἀκριβέστερον, ἃ λέγεις, πυθοίμην. quod ibid. p. 504. D. ita dicitur: καὶ αὐτῶν τούτων οὐχ ὑπογραφὴν δεῖ, ὥσπερ νῦν θεάσασθαι, ἀλλὰ τὴν τελεωτάτην ἀπεργασίαν μὴ παριέναι. Ibid. viii. p. 559. A. Προελώ-

αὐτοῦ ληπτέον, ἵν',[z] ὅ περ ἐλέγομεν,[a] δευτερεῖα ὅτῳ δώσομεν ἔχωμεν.[b]

ΠΡΩ. Ὀρθότατα λέγεις.

ΣΩ. Οὐκοῦν ὁδὸν μέν τινα ἐπὶ τἀγαθὸν εἰλήφαμεν;

ΠΡΩ. Τίνα;

II. iii. 240. ΣΩ. Καθά περ εἴ τίς τινα ἄνθρωπον ζητῶν τὴν οἴκησιν πρῶτον ὀρθῶς, ἵν' οἰκεῖ,[c] πύθοιτ'[d] αὐτοῦ, μέγα τι δή που πρὸς τὴν εὕρεσιν ἂν ἔχοι[e] τοῦ ζητουμένου.

ΠΡΩ. Πῶς δ' οὔ;

ΣΩ. Καὶ νῦν δή τις λόγος ἐμήνυσεν ἡμῖν, ὥς περ καὶ κατ' ἀρχάς, μὴ ζητεῖν ἐν τῷ ἀμίκτῳ βίῳ τἀγαθὸν ἀλλ' ἐν τῷ μικτῷ.

ΠΡΩ. Πάνυ γε.

ΣΩ. Ἐλπὶς μὴν πλείων ἐν τῷ μιχθέντι καλῶς τὸ ζητούμενον ἔσεσθαι φανερώτερον ἢ ἐν[f] τῷ μή;

ΠΡΩ. Πολύ γε.

§. 145. ΣΩ. Τοῖς δὴ θεοῖς, ὦ Πρώταρχε, εὐχόμενοι κεραννύωμεν,[g] εἴτε[h] Διόνυσος εἴθ' Ἥφαιστος εἴθ' ὅς τις θεῶν ταύτην τὴν τιμὴν εἴληχε τῆς συγκράσεως.[i]

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ὅπου
FH*w* et pr ΞΕ.—[z] ἵν' 𝔄Γ, ἵνα *w*.—[a] λέγομεν 𝔄 et pr ΔΠ.—[b] ἔχοιμεν Γ.—[c] οἰκῇ 𝔄ΔΠ.—[d] πύθοιτ' Γ, πείθοιτο 𝔄ΔΠ.—[e] εὕρεσιν ἀνέχοι 𝔄.—[f] ἐν om Λ.—[g] κεραννύο-

μεθα δή τι παράδειγμα ἑκατέρων, αἵ εἰσιν, ἵνα τύπῳ λάβωμεν αὐτάς. Aristotel. Eth. Nicom. i. 1. παχυλῶς καὶ τύπῳ. Ibid. i. 11. καθόλου καὶ τύπῳ. Ibid. ii. 2. τύπῳ καὶ οὐκ ἀκριβῶς. Theophrast. Charact. i. τύπῳ λαβεῖν. Cfr. Toup. ad Longin. p. 305. ed. Weiske. Stalb.

καθάπερ] Similem huic structuram explicuit Heind. ad Theætet. §. 76. et ad Protagor. §. 47. Stalb.

ἵν' οἰκεῖ] Bas. 2. ὅπου οἰκεῖ.—ἡ οἴκησις, ἵνα οἰκεῖ dictum ut Criton. §. 5. ἡ εἴσοδος, ὡς εἰσῆλθες. et sexcenta alia.—Mox Ald. Bas. 1. 2. continua scriptura καταρχάς. Stalb.

§. 145. τοῖς δὴ θεοῖς, ὦ Πρώταρχε, εὐχόμενοι—τῆς συγκράσεως] Exscripsit hunc locum Athenæus x. c. 16. p. 423. usque ad verba ὡς κάλλιστα συμμιγνύναι. Scribit autem c. 17. ita: Τῷ δὲ κεραννύειν κέχρηται Πλάτων μὲν ἐν Φιλήβῳ· τοῖς δὲ θεοῖς, ὦ Πρώταρχε, εὐχ. κερ. quum c. 16. pro particula δὴ exhibeat οὖν et verba ὦ Πρώταρχε omittat. Quo uno exemplo patet, quanta cum cautione hujusmodi citationes seriorum scriptorum ad usum criticum revocandæ sint. Reliqua ille sic exhibet: εἴθ' Ἥφαιστος—εἴληχεν τῆς συγκράσεως. Καθάπερ γὰρ ἡμῖν οἰνοχ.—παρεστᾶσι κρῆναι· καὶ μέλιτος—τήνδε τῆς φρον.—αὐστηροῦ τινος καὶ ὑγιεινοῦ ὕδ.—Olympiodorus ad h. l. ἐπὶ κράσεως θεοί εἰσι, τῆς μὲν φυσικῆς τε καὶ ἐγκοσμίου ὁ Ἥφαιστος, τῆς δὲ ψυχικῆς τε καὶ ὑπερκοσμίου ὁ Διόνυσος κ. τ. λ. Ita Platonici recentiores hunc locum interpretati esse videntur. Quos noli imitari. Nam additur εἴθ' ὅστις θεῶν. Scilicet solebat poculum, priusquam hauriretur, deo alicui consecrari. Ad quem morem lepide alludit Socrates h. l. Stalb.

ΣΩ. Καὶ μὴν καθά περ ἡμῖν οἰνοχόοις τισὶ παρεστᾶσι[j] κρῆναι, μέλιτος μὲν ἂν[k] ἀπεικάζοι τις[l] τὴν τῆς ἡδονῆς, τὴν δὲ τῆς φρονήσεως νηφαντικὴν καὶ ἄοινον αὐστηροῦ καὶ ὑγιεινοῦ τινὸς ὕδατος· ἃς[m] προθυμητέον ὡς κάλλιστα συμμιγνύναι.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Φέρε δὴ πρότερον·[n] ἆρα πᾶσαν ἡδονὴν πάσῃ φρονήσει μιγνύντες τοῦ καλῶς ἂν μάλιστ'[o] ἐπιτύχοιμεν;

μεν 𝔄ΔΠ.—[h] εἴθ' Γ.—[i] συγκρίσεως pr H.—[j] παρεστᾶσι 𝔄ΓΔΛΞΣBCFHw : παρεστῶσι *ς.—[k] ἂν om F et pr Ξ.—[l] τό τις rc Π.—[m] ἃς om 𝔄 et pr ΔΠ.—[n] πότερον

καθάπερ] Quum καθάπερ ad οἰνοχόοις pertineat, et intelligendum sit παρεστῶσι κρῆναι ἡμῖν καθάπερ οἰνοχόοις τισὶ, vix crediderit quispiam istam a Platone sedem datam fuisse pronomini ἡμῖν. Ac dicendum certe eum id collocavisse post κρῆναι, aut etiam ante καθάπερ (neque enim syllabæ μὴν et μῖν quæ concurrunt, eundem tunc sonum habebant: atque ut eundem haberent, talem soni in vocibus contiguis similitudinem ab eo multis in locis videmus non vitari) aut dura quadam ordinis inversione, ut ita dicam, usum hic esse: quam tamen exemplo apud eum ipsum non arbitror carere. Sed hoc addo, particulam καὶ ante μέλιτος videri posse desiderari: neque tamen vel hanc vel aliam necessariam esse, meo judicio: sed sive addatur particula, sive non addatur, post κρῆναι ponendum esse quod vocamus punctum superius. STEPH. Ficin. *nobis—fontes adstant.* FISCH.

οἰνοχόοις] Ita vertisse videri possit et Ficin. hunc locum quasi non μέλιτος et αὐστηροῦ καὶ ὑγιεινοῦ τινος ὕδατος scriptum esset, sed μέλιτι et αὐστηρῷ καὶ ὑγιεινῷ τινι ὕδατι. Retinendam esse tamen nostram lectionem puto, et vel accipiendum ἀπεικάζει μέλιτος, perinde ac si dictum esset ἀπεικάζων λέγοι εἶναι μέλιτος: vel (ut verbum illud suum dativum habeat) cum μέλιτος subaudiendum esse κρήνη. Quod autem de hoc genitivo, idem et de sequentibus dico. STEPH.

καθάπερ οἰνοχόοις τισὶ] Dictum pro ἡμῖν καθάπερ οἰνοχόοις τισί. Dicuntur autem *οἰνοχόοι pocillatores*, qui vinum temperant et ministrant. Unde explicabis loci elegantiam. STALB.

παρεστᾶσι] Quam lectionem servavit Athen. restituerunt Fisch. et Bekk.; Ald. Bas. 1. 2. παρεστῶσι, quam scripturam nominativus κρῆναι respuit. Deinceps ad μέλιτος et αὐστηροῦ ὕδατος subadiendum κρήνη. Ante μέλιτος quod Fischer καὶ e libris Athenæi in textum revocavit, id haud scio, an non recte fecerit. Omnes edd. copulam omittunt. Ac recte profecto, siquidem huc quoque pertinent, quæ supra ad §. 6. observavimus. Nam Ficini quidem, qui vertit: *et melli quidem voluptatis fontem comparare quis potest*, in talibus parva est auctoritas. Elegantissime autem voluptatis et sapientiæ mixtio comparatur vini dulcis cum aqua salutari, sed austera temperationi. Similia loca sunt de Legg. i. p. 636. D. ibid. vi. c. 16. Tim. p. 41. D. ubi δημιουργὸς diversa rerum elementa in cratere temperat. STALB.

κρῆναι. μέλιτος] Ald. κρῆναι, μέλιτος. Nos revocavimus interpunctionem edd. Bass. et ante μέλιτος inseruimus καὶ e libris Athenæi. Nam primo ipsa orationis series desiderat hoc vinculum: deinde certissimum est, Ficini quoque in libris ita scriptum extitisse. Vertit enim, *Et melli quidem voluptatis fontem comparare quis potest.* Ad μέλιτος intell. κρήνη. FISCH.

φέρε δὴ πρότερον ἆρα πᾶσαν ἡδονὴν πάσῃ] Ita omnes editt. unanimi consensu. Etiam Ficin. *Dic age primum; si omnem voluptatem* ctr. Sed Cornarius πρότερον mutari jussit in πότερον. Quod viri docti conamen vix memoratu dignum. STALB.

τοῦ καλῶς] Wyttenbachius ad Phæd. §. 65. positum opinatur pro τοῦ καλοῦ. Etenim adverbia sæpenumero cum articulo conjuncta pro substantivis usurpari, veluti τὸ ἀδίκως pro ἡ ἀδικία, τὸ δικαίως pro ἡ δικαιοσύνη. Illustraturum se olim esse ait hunc usum in adnotationibus ad Plutarchum. Ego vero hujusmodi ex-

ΠΡΩ. Ἴσως.

II. iii. 241. ΣΩ. Ἀλλ' οὐκ ἀσφαλές.[p] ᾗ δὲ ἀκινδυνότερον[q] ἂν μιγνύοιμεν, δόξαν μοι δοκῶ[r] τινὰ ἀποφήνασθαι ἄν.

§. 146. ΠΡΩ. Λέγε[s] τίνα.

ΣΩ. Ἦν ἡμῖν ἡδονή[t] τε ἀληθῶς, ὡς οἰόμεθα, μᾶλλον[u] ἑτέρας ἄλλη καὶ δὴ[v] καὶ[w] τέχνη τέχνης ἀκριβεστέρα;

pr Ξ.—[o] μάλιστ' Γ.—[p] ἀσφαλῶς ΓΕ.—[q] ἀκιδνότερον Γ.—[r] δοκῶν Λ.—[s] λέγε δὴ Λ.—[t] ἦν ἡμῖν ἡδονήν Π.—[u] μᾶλλον om 𝔄ΔΠ.—[v] δὴν pr Ξ.—[w] καὶ post δὴ add 𝔄ΓΔ

empla nulla repertum iri credo, sed ita mihi habeo persuasum, ubicunque articulus adverbiis junctus occurrat, aut nomen aliquod aut verbum ex orationis serie intelligi debere. Quocirca hic e prægressis *ξυμμιγνύναι* suppleverim. In loco Phædonis autem p. 114. B. recte rescripsit Heind. ex Theodoreto: *οἳ δὲ δὴ ἂν δόξωσι διαφερόντως πρὸς τὸ ὁσίως βιῶναι προκεκρίσθαι.* Stalb.

δόξαν μοι δοκῶ ἀποφήνασθαι ἂν] Ficin. vertit: *me declaraturum confido.* Recte quidem; sed, ut vis particulæ *ἂν* clarius pateat, equidem malim: *mihi videor declarare posse.* Etenim ubi post verba *sperandi, existimandi, declarandi,* infinitivus adjunctam habet particulam *ἂν*, semper vis potentialis, quam dicunt grammatici, inest enuntiationi. Unde vernaculo sermone verba *dürfen, mügen, sollen, können* fere adhibenda sunt. Falluntur enim, qui hujus constructionis eandem vim esse contendunt, quam alterius, qua nudus futuri temporis infinitivus usurpatur. Sophist. p. 229. B. *Καί μοι δοκοῦμεν τῇδε ἄν πῃ τάχιστα εὑρεῖν.* Phædon. p. 100. E. *τοῦτο γάρ μοι δοκεῖ ἀσφαλέστατον εἶναι καὶ ἐμαυτῷ ἀποκρίνασθαι καὶ ἄλλῳ, καὶ τούτου ἐχόμενος ἡγοῦμαι οὐκ ἄν ποτε πεσεῖν, ἀλλ' ἀσφαλὲς εἶναι καὶ ἐμοὶ καὶ ὁτῳοῦν ἄλλῳ ἀποκρίνασθαι, ὅτι τῷ καλῷ τὰ καλὰ γίγνεται καλά.* Demosth. Philipp. i. p. 43. *ἣν (παρασκευὴν) ἀπαλλάξαι ἂν τῶν τοιούτων πραγμάτων ὑμᾶς ἡγοῦμαι.* Nec rarus est in hac structura infinitivus præsentis. Sophist. p. 223. A. *τοῦτ' οὖν ἔγωγε εἰπὼν τὸ προσῆκον ὄνομ' ἂν ἡγοῦμαι καλεῖν αὐτόν.* Demosth. Philipp. i. p. 40. *ἡγοῦμαι καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνειν* h. e. *καὶ πρῶτος ἀναστὰς εἰκότως ἂν συγγνώμης τυγχάνοιμι, ὡς ἡγοῦμαι.* Occurrit etiam futurum cum particula *ἂν* ut apud Æschin. c. Ctesiph. §. 148. *Οἶμαι τοίνυν ἅπαντας ἂν ὑμᾶς ὁμολογήσειν, τάδε δεῖν ὑπάρξαι τῷ δημοτικῷ.* Quodnam inter hæc tria tempora cum *ἂν* constructa significationis discrimen obtineat, non obscurum erit iis, qui voculam *ἂν* per se spectatam in temporis notationem nullam vim habere meminerint. Patebit etiam nunc, opinor, aliquantum differre, utrum *ἂν* infinitivis adjiciatur, an vero omittatur, et recte sane dici: *νομίζω τοῦτο γίγνεσθαι, τοῦτο γενέσθαι,* et *γενήσεσθαι,* in quo genere dicendi lapsos esse viros doctos jure mireris. Cfr. Jacobs. in Athen. p. 15. p. 33. Wunderlich Observ. Crit. in Æschyl. p. 175. et not. ad §. 114. Stalb.

§. 146. *ἡδονή τε ἀληθής—τέχνης ἀκριβεστέρα*] Editt. omnes *ἡδονή τε ἀληθῶς,* quod Bekker. quoque servavit. Nos recipere non dubitavimus Schleiermacheri emendationem *ἀληθής.* Nam quominus *ἀκριβεστέρα* ad utrumque et *ἡδονὴν* et *τέχνην* referatur, ita ut *μᾶλλον* superflue illatum existimetur, cfr. Matth. Gr. Gr. §. 458. illud impedit, quod supra non de *ἀκριβείᾳ*, sed potius de *ἀληθείᾳ* voluptatum agebatur. Stalb.

ἑτέρας ἄλλη] Usitatius fuisset *ἄλλης ἄλλη.* Sed vid. Heind. ad Sophist. p. 300. Stalb.

καὶ δὴ καὶ τέχνη] E Bas. 2. et Bekk. reposui. Reliquæ editt. *καὶ δὴ τέχνη.* Tim. p. 22. A. *οἷ δὴ Σόλων ἔφη πορευθεὶς σφόδρα τε γενέσθαι παρ' αὐτοῖς ἔντιμος, καὶ δὴ καὶ τὰ πάλαια ἀνερωτῶν—ἀνευρεῖν.* De Republ. ii. init. *Ὁ γὰρ Γλαύκων ἀεί τε ἀνδρειότατος ὢν τυγχάνει—, καὶ δὴ καὶ τότε Θρασυμάχου τὴν ἀπόῤῥησιν οὐκ ἀπεδέξατο.* Ibid. lib. ix. p. 586. E. *Τῷ φιλοσόφῳ ἄρα—ὑπάρχει τε τἄλλα τὰ ἑαυτοῦ πράττειν, καὶ δὴ καὶ τὰς ἡδονὰς τὰς ἑαυτοῦ ἕκαστον καὶ τὰς βελτίστας καὶ τὸ δυνατὸν τὰς ἀληθεστάτας καρποῦσθαι.* Ibid. lib. x. p. 618. A. *ζώων τε γὰρ ἁπάντων βίους καὶ δὴ καὶ τοὺς ἀνθρωπίνους ἅπαντας.* De Legg. i. p. 642. E. *θυσίας τε ἐθύσατό τινας, ἃς ὁ*

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Καὶ ἐπιστήμη δὴ ἐπιστήμης διάφορος, ἡ μὲν ἐπὶ τὰ γιγνόμενα καὶ ἀπολλύμενα ἀποβλέπουσα, ἡ δὲ ἐπὶ τὰ μήτε γιγνόμενα μήτε ἀπολλύμενα, κατὰ ταὐτὰ δὲ ὡσαύτως[x] ὄντα[y] ἀεί. ταύτην εἰς τὸ ἀληθὲς ἐπισκοπούμενοι ἡγησάμεθα ἐκείνης ἀληθεστέραν[z] εἶναι.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς.

ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ τἀληθέστατα τμήματα ἑκατέρας ἴδοι-

ΛΠΣΒCΗ*w* et pr Ξ.—[x] δὲ ὡσαύτως Γ et pr Σ: δὲ καὶ ὡσαύτως *s.—[y] ἐν τῷ Η.—

θεὸς ἀνεῖλε, καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον, εἶπεν κ. τ. λ. Sophist. p. 216. A. ὅς φησιν ἄλλους τε θεοὺς τοῖς ἀνθρώποις, ὁπόσοι μετέχουσιν αἰδοῦς δικαίας, καὶ δὴ καὶ τὸν ξένιον οὐχ ἥκιστα θεὸν συνοπαδὸν γιγνόμενον ὕβρεις τε καὶ εὐνομίας τῶν ἀνθρώπων καθορᾷν. Ibid. p. 242. A. ἀεί τε ἀπειρηκὼς ἐγὼ τυγχάνω, καὶ δὴ καὶ τανῦν. Ibid. p. 259. E. ἄλλως τε οὐκ ἐμμελὲς καὶ δὴ καὶ παντάπασιν ἀμούσου τινὸς καὶ ἀφιλοσόφου. Xenoph. Cyrop. i. 6. 21. γνοίης δ' ἂν ὅτι τοῦθ' οὕτως ἔχει ἐν ἄλλοις τε πολλοῖς, καὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς κάμνουσιν. Stalb.

ἐπιστήμη δὴ ἐπιστήμης διάφορος] De duplici scientia ex mente Platonis jam supra dictum. Adde Plotin. Ennead. v. 8. 4. p. 545. A. Stalb.

ταύτην κ. τ. λ.] Ne quem offendat illigata sermonis ratio ταύτην εἰς τὸ ἀληθὲς ἐπισκοπούμενοι κ. τ. λ. pro quo utique expectes καὶ ταύτην vel ταύτην δὲ εἰς τὸ ἀληθὲς ἐπισκοπ. sæpe ante οὗτος omittitur copula. Stalb.

εἰ τἀληθέστατα τμήματα κ. τ. λ.] Ficinus: *si utriusque portiones verissimas invicem connectamus, numquid istarum mixtio sufficiens erit ad vitam nobis optabilissimam exhibendam? aut alio præterea quodam alterius rationis egebimus?* Prot. *Mihi quidem sic videtur agendum.* Quæ nec singulorum verborum sensum accurate exprimunt, nec universæ periodi structuram satis expediunt. Etenim si verba οὐκοῦν εἰ τἀληθέστατα—πρῶτον ξυμμίξαντες protasin, reliqua autem inde ab ἆρα ἱκανὰ ταῦτα apodosin esse putaverimus, multas difficultates nobis objiciet Protarchi responsio ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ οὕτω δρᾷν. Quæ quum non possit non ad ultima Socratis verba ἔτι τινὸς προσδεῖσθαι referri, requiritur profecto verbum, quod πάθος potius, quam actionem indicet. Nam paullo alius generis sunt hæc loca: Aristoph. Lysistr. 1089. Ἦπου πρὸς ὄρθρον σπασμὸς ὑμᾶς λαμβάνει; ad quod respondetur ab altero Μὰ Δί', ἀλλὰ ταυτὶ δρῶντες ἐπιτετρίμμεθα. Ibid. 1162. Ἀμές γε λῶμες (διαλλαγῆναι) αἴ τις ἀμὶν τοὔγκυκλον Λῇ τοῦτ' ἀποδόμεν—τὰν Πύλον, Ὥσπερ πάλαι δεόμεσθα καὶ βλιμάττομες, ubi alter: Μὰ τὸν Ποσειδῶ τοῦτο μέν γ' οὐ δράσετε (h. e. οὐκ ἀποδοθήσεται ὑμῖν ἡ Πύλος.) Ecclesiaz. 1111. Verum ut largiar, per usum loquendi istud δρᾷν οὕτως explicari posse per ἔτι ἄλλων ἐνδεῖσθαι, tamen universa, quæ statim sequitur, disputatio luculenter ostendit, Protarchi responsionem non ad ultima hæc Socratis verba referendam esse, sed potius ad omnem ejus interrogationem, nunc ipsum propositam. Neque profecto Protarchus talis fingi potest a Platone, qui jam nunc aliis quoque voluptatibus et scientiis opus futurum esse pronunciet. Hoc enim si fecisset auctor, primariam dialogi legem, in verisimilitudine positam, violaturus fuisset. Quæ quum ita sint, facile concedent idonei judices, verba ἆρα ἱκανὰ ταῦτα ctr. non apodosin constituere, sed potius suspensa esse a verbo ἴδοιμεν, ita ut ἆρα valeat πότερον, ut sexcenties. Jam vero sensus existet hic: *misceamus ante omnia verissimas voluptatis et scientiæ partes, atque videamus, utrum eæ idoneæ sint ad vitam maxime optabilem absolvendam, an vero aliis quoque non ad verissimas pertinentibus nobis opus futurum sit.* Ad hæc apte Protarchus: ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ δρᾷν οὕτω. Sed una adhuc superest difficultas. Quæritur enim, quorsum pertineat istud εἰ ἴδοιμεν, quum nihil subsequatur, quod apodosin contineat? Corruptum putarem locum, atque ita fere emendandum: οὐκοῦν τἀληθέστατα ἑκατέρας ἴδωμεν πρῶτον ξυμμίξαντες, ἆρα κ. τ. λ. nisi alia se mihi

μεν πρῶτον ξυμμίξαντες, ἆρ'[a] ἱκανὰ ταῦτα ξυγκεκραμένα τὸν ἀγαπητότατον βίον ἀπεργασάμενα[b] παρέχειν ἡμῖν, ἤ τινος ἔτι προσδεόμεθα καὶ τῶν μὴ τοιούτων;

II. 62. ΠΡΩ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ δρᾷν οὕτως.

§. 38. F. §. 147. ΣΩ. Ἔστω δή τις ἡμῖν φρονῶν ἄνθρωπος αὐτῆς πέρι δικαιοσύνης, ὅ τι ἔστι, καὶ λόγον ἔχων ἑπόμενον[c] τῷ νοεῖν,[d] καὶ δὴ καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων[e] τῶν ὄντων ὡσαύτως διανοούμενος;

ΠΡΩ. Ἔστω γὰρ οὖν.

II. iii. 242. ΣΩ. Ἆρ' οὖν οὗτος ἱκανῶς[f] ἐπιστήμης[g] ἕξει κύκλου μὲν

[z] ἀσφαλεστέραν ΔΠ.—[a] ἆρ' Γ.—[b] ἀπεργασάμενον ΛC, ἀπεργασάμεθα Γ.—[c] ἑπόμενον...603, 1. ἔχων om pr Π.—[d] νοῖ mg Π.—[e] πάντων 𝔄Δ.—[f] ἱκανὸς Λ.—[g] ἐπιστή-

offerret ejus expediendi ratio. Etenim suppressam puto apodosin, ita fere supplendam: *ὀρθῶς ἂν ποιοῖμεν*; Quod nemini mirum videbitur, qui post particulas *εἰ, ἐὰν, ἢν, ὅτι*, alias, *ἀποδόσεις* a Græcis sæpissime omitti solere meminerit, ubi oratio quasi mimicam formam induit; quanquam hoc post *εἰ* plerumque ibi fit, ubi subsequitur *εἰ δὲ μὴ*, aut *νῦν δὲ*, sequente *γὰρ*, aut similes formulæ. Cfr. Gregor. Corinth. p. 47. Lambert. Bos. Ellips. p. 803. Fischer. ad Weller. t. iii. p. ii. p. 35. Itaque hic locus idonea pronuntiatione et gestu suam lucem accipiet. Stalb.

§. 147. *δικαιοσύνης, ὅ τι ἔστι*] Ita Theætet. p. 146. E. *γνῶναι ἐπιστήμην αὐτὸ, ὅ τι ποτ' ἔστιν*. Parmenid. p. 130. B. *Τί σοι δοκεῖ εἶναι αὐτὸ ὁμοιότης, χωρὶς ἧς ἡμεῖς ὁμοιότητος ἔχομεν*. de Republ. v. p. 472. *ἐζητοῦμεν αὐτό τε δικαιοσύνην, οἷόν ἐστι καὶ ἄνδρα τὸν δίκαιον*. ibid. ix. p. 582. A. *μανθάνομεν αὐτὴν τὴν ἀλήθειαν, οἷόν ἐστιν*. Menon. p. 72. B. *μελίττης περὶ οὐσίας, ὅ τι ποτ' ἔστι*. Ceterum pronomen *αὐτὸ*, ubi vim et naturam alicujus rei genuinam indicat, plerumque neutro genere usurpari solet, si nominativus aut accusativus ponitur; sin genitivus vel dativus, id genus est adhibendum, quod exigit nomen, cui pronomen adjicitur. Stalb.

καὶ λόγον ἔχων ἑπόμενον τῷ νοεῖν] Schleiermacher hæc parum recte vertit: *und habe auch seiner Gesinnung angemessene Reden darüber*. Nam quum de scientiis divinis et humanis earumque utilitate ac necessitate agatur, *τὸ νοεῖν* retulerim ad intellectum (*νοῦν*) in mundi intelligibilis contemplatione versantem, *λόγον* autem ad *rationem*, intellectui subjectam. Vid. not. ad §. 139. Nam, ut ait de Republ. v. p. 475. E. *τοὺς ἀληθινοὺς φιλοσόφους* oportet esse *τῆς ἀληθείας φιλοθεάμονας* (*in der Anschauung der Ideen gern verweilend* cfr. de verbo *θεᾶσθαι* ejusque variis significationibus Creuzerus in Studiis t. i. p. 63.); qui vero non sincero rerum cognoscendarum studio ducuntur, ii non possunt unquam ad veritatis cognitionem pervenire: *αὐτοῦ δὲ τοῦ καλοῦ ἀδύνατος αὐτῶν ἡ διάνοια τὴν φύσιν ἰδεῖν τε καὶ ἀσπάσασθαι*. Quo loco quemadmodum quid ad rerum veritatem cognoscendam requiratur, præclare docetur, ita hic ostenditur, minime sufficere ad vitæ humanæ beatitatem absolvendam, si quis unice æternarum rerum contemplatione occupetur atque scientiam teneat ad illas unice spectantem, humanarum vero artium nullam prorsus curam habeat. Cfr. Plotin. Ennead. v. 9—2. D. Stalb.

τῶν ὄντων] Rursus verba ita accipienda sunt, ut *τῶν ὄντων* pro *τῶν ὄντως ὄντων* dictum existimetur. Nam sermonem esse de ideis, satis manifestum puto. Stalb.

ἆρ' οὖν οὗτος ἱκανῶς ἐπιστήμης] H. e. *si quis sibi informatam habeat circuli ac sphæræ ideam* (i. e. universam notionem), *neque tamen sciat, qualis sit sphæra aut circulus, quibus homines in architectura uti consueverunt, is plenam et usui satis idoneam scientiam possidere minime erit dicendus*. Nempe *κύκλον καὶ σφαίρας αὐτῆς* dictum ut antea *αὐτῆς δικαιοσύνης*, et verba *τῆς θείας* interpre-

καὶ σφαίρας αὐτῆς τῆς θείας τὸν λόγον ἔχων, τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ταύτην σφαῖραν[h] καὶ τοὺς κύκλους τούτους ἀγνοῶν, καὶ χρώμενος ἐν οἰκοδομίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως κανόσι καὶ τοῖς[i] κύκλοις;

ΠΡΩ. Γελοίαν διάθεσιν ἡμῶν, ὦ Σώκρατες, ἐν ταῖς θείαις οὖσαν μόνον ἐπιστήμαις λέγομεν.

ΣΩ. Πῶς φής; ἦ τοῦ ψευδοῦς[j] κανόνος ἅμα καὶ τοῦ κύκλου τὴν[k] οὐ βέβαιον οὐδὲ καθαρὰν[l] τέχνην ἐμβλητέον[m] κοινῇ καὶ συγκρατέον;

ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον γάρ, εἰ μέλλει τις ἡμῶν καὶ τὴν ὁδὸν ἑκάστοτε ἐξευρήσειν οἴκαδε.

§. 148. ΣΩ. Ἦ καὶ μουσικήν, ἣν ὀλίγον ἔμπροσθεν

μην mg Π.—[h] ταύτην τὴν σφαῖραν 𝔄ΔΠ. —[i] τοῖς om pr Σ.—[j] ψεύδους 𝔄.—[k] κύ-

tationis caussa adjecta sunt. Redit etiam hic pronominis *οὗτος* usus, quo δεικτικῶς de rebus terrestribus adhibetur. cfr. §. 138. not. Stalb.

ἱκανῶς ἐπιστήμης] Euthydem. §. 79. *σοφοὶ δὲ ἡγοῦνται εἶναι πάνυ εἰκότως· μετρίως μὲν γὰρ φιλοσοφίας ἔχειν, μετρίως δὲ πολιτικῶν.* Apolog. init. *ξένως ἔχω τῆς ἐνθάδε λέξεως.* Cfr. Matth. Gr. Gr. §. 315. Stalb.

τὸν λόγον ἔχων] Malim *λόγον ἔχων* articulo omisso. Etenim formula *λόγον ἔχειν* quum opponatur sequenti *ἀγνοεῖν*, nihil aliud est, *quam alicujus rei rationem tenere, aliquid scire.* Quod non solet dici *τὸν λόγον ἔχειν τινος.* Cfr. de Republ. v. p. 475. C. *Τὸν ἄρα περὶ τὰ μαθήματα δυσχεραίνοντα, ἄλλως τε καὶ νέον ὄντα καὶ μήπω λόγον ἔχοντα, τί τε χρηστὸν καὶ μὴ* (*qui nondum novit, quid utile sit, quid non*) *οὐ φήσομεν φιλομαθῆ οὐδὲ φιλόσοφον εἶναι.* Stalb.

κανόσι καὶ τοῖς κύκλοις] Perturbatum esse hic aliquid, negari nequit. Neque tamen assentior Schützio, ad h. l. ita scribenti: ‘ In his valde veremur, ne ultima verba *κανόσι καὶ κύκλοις* a grammatico quodam adjecta sint. Nam primum de *κανόσι* antea dictum erat nihil; *σφαίρας καὶ κύκλου* tantum injecta erat mentio. Deinde sensum pervertit illud additamentum. Quærit enim Socrates, an quis vulgarium circulorum et sphærarum ignarus, *in architectura ceterisque ejusmodi negotiis* recte versari possit, etiamsi nihil nisi sublimem illam et reconditam, quæ a geometria exponitur, circuli et sphæræ doctrinam teneat.’ Fateor, me nondum perspicue intellexisse, quomodo hisce omissis reliqua explicari debeant. Verum hoc ut fieri possit; quum ædium exstruendarum ars memoretur et addita legantur verba *καὶ τοῖς ἄλλοις*, ne video quidem quid obstet, quominus nunc regulæ ac circini mentio injiciatur, etiamsi circuli et sphæræ fuerant commemorati. Verum aliud, ut jam significavi, hic latet vitium. Nam quum usus divini circuli et sphæræ in architectura non sufficiens esse dicatur, qui fit, ut hic regularum et circinorum in universum mentio fiat? Debuerat enim regularum et circinorum divinorum. Itaque vide an reponi debeat *κανόσι θείοις καὶ κύκλοις*, in quam suspicionem Heind. quoque inciderat. Stalb.

γελοίαν διάθεσιν ἡμῶν—ἐν ταῖς θείαις οὖσαν μόνον ἐπιστήμαις λέγομεν] Ficinus: *ridicula erit, o Socrates, cognitio nostra, si in divinis duntaxat versetur.* Quibus ille nonnisi sensum expressit, singulorum verborum monstra expavescens. At profecto Panicus hic fuit horror. Etenim quod ridiculam dicit Protarchus *τὴν διάθεσιν ἡμῶν τὴν ἐν θείαις μόνον ἐπιστήμαις οὖσαν*, id intelligendum est sic: *γελοίως ἡμᾶς διακειμένους λέγομεν ἐν ταῖς θείαις μόνον ὄντας ἐπιστήμαις.* Quo facto nihil erit, quod offendat. Stalb.

ἐμβλητέον κοινῇ] Schützius malit *ἐμβλητέον ἐκείνῃ.* Quod, quia præcedit *γελοίαν διάθεσιν*, probari non potest. Stalb.

§. 148. *ἦ καὶ μουσικήν;*] Sc. *ἐμβλητέον καὶ συγκρατέον;* Memorat hic tan-

ἔφαμεν στοχάσεώς τε καὶ μιμήσεως μεστὴν[n] οὖσαν καθαρότητος ἐνδεῖν;

ΠΡΩ. Ἀναγκαῖον φαίνεται ἔμοιγε, εἴ πέρ γε[o] ἡμῶν ὁ βίος ἔσται[p] καὶ ὁπωσοῦν ποτὲ βίος.

ΣΩ. Βούλει δῆτα, ὥς περ θυρωρὸς ὑπ' ὄχλου τινὸς[q] ὠθούμενος καὶ βιαζόμενος, ἡττηθεὶς ἀναπετάσας τὰς θύρας ἀφῶ πάσας τὰς[r] ἐπιστήμας εἰσρεῖν καὶ μίγνυσθαι ὁμοῦ καθαρᾷ τὴν ἐνδεεστέραν;[s]

ΠΡΩ. Οὔκουν ἔγωγε οἶδα, ὦ Σώκρατες, ὅ τί τις ἂν

κλου ἅμα τὴν F.—[l] καθαρὸν Γ.—[m] ἐκβλητέον pr Ξ.—[n] λεπτὴν Γ.—[o] γε post εἴπερ om ΔΞF.—[p] ἆρα Γ.—[q] τις 𝔄ΔΠ.—[r] τὰς om 𝔄ΔΠ.—[s] δεεστέραν pr Δ.—[t] δὲ 𝔄Δ

tum architecturam et musicam, quæ cum sublimi illa ac cœlesti scientia misceri debeant, non quasi reliquas scientias ad vitam humanam pertinentes arcendas arbitretur, sed quoniam ex his exemplis istas quoque cum voluptate miscendas esse sponte elucet et quoniam supra musices et architecturæ potissimum exemplo usus scientiarum et artium diversitatem ac varietatem patefecerat. Stalb.

εἴπερ γε ἡμῶν—ποτὲ βίος] H. e. *si vel aliqua futura sit vitæ felicitas.* Notum est illud βίος βιωτὸς Græcorum; de quo vid. Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. 970. et Valcken. ad Theocrit. Adoniaz. p. 217. atque Latinorum *vita vitalis;* quod præter alios illustrarunt interptt. ad Cicer. Lælium c. vi. Stalb.

ὥσπερ θυρωρὸς] Elegans est hic locus, in quo Socrates, qui adhuc disputationem de voluptatibus et artibus secernendis ac miscendis moderatus est, se janitorem fingit, qui, magna artium et scientiarum turba urgente, fores pandere coactus omnes in domum irruere patiatur. Vocabulum ὄχλος omnino de magna non hominum tantum, sed etiam animalium et rerum multitudine usurpari exemplis docuerunt Valckenar. ad Eurip. Phœn. 204. Wernsdorf. ad Himer. p. 292. Cfr. Jacobs. Animadv. in Athen. p. 208. De verbis ῥεῖν, ἐπιῤῥεῖν, εἰσρεῖν hoc in genere usitatis vid. Wyttenbach. Epist. Crit. p. 237. ed. Lips. Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 414. Stalb.

οὔκουν] Ald. Bas. 1. 2. οὔκουν. Francofurt. οὐκοῦν. Memorabilis hic locus ob singularem particularum usum. Neque enim οὔκουν est *non igitur,* quoniam nulla fit ex antecedentibus verbis conclusio. Ineptus quippe foret Protarchus, Socrati num omnes artes et scientiæ admittendæ sint, quærenti, respondens: *non igitur novi, quid illas arceat.* Imo vero, si sanæ mentis videri velit, respondere debet: *equidem certe nihil novi, quod illas hinc arceat.* Quæ quum ita sint, particula οὖν cohærere dicenda est cum particula γε, pronomini ἐγὼ affixa, quasi scriptum esset οὐκ οἶδα γοῦν ἔγωγε, ὦ Σώκρατες. Singularem dixi istum particularum usum, quoniam nullum dum invenire contigit locum huic omni ex parte similem. Quare futuros esse prævideo, qui omnia exemplis edoceri cupientes, dum alterum rei exemplum ostendatur, locum pro corrupto habere malint. Quos quamquam non prohibeo, quominus sua fruantur opinione, tamen eos videre jusserim, an forte alia etiam reperiantur loca, in quibus οὐκοῦν non ex οὐκ et οὖν, sed ex οὐ et γοῦν compositum sit, ita quidem, ut γοῦν cum aliqua dubitatione antecedentia confirmet. Sed satis de re mihi quoque nondum liquida. Ceterum satis caute Ficinus: *haud novi, o Socrates, lædi aliquem a scientiis aliis, qui primas habeat.* Nam quod *haud novi* vertit, in his ipsis verbis inest dubitationis cujusdam significatio. Hæc enim, ut hoc obiter moneam, particulæ *haud* propria est. Sed in reliquis erravit interpres, ut qui pro ὅ τι legerit ὅτι, quod est etiam in Ald. Bas. 1. 2. neque reddiderit verba πάσας λαβών. Ac profecto hoc prudenter ab eo factum. Nam quid tandem λαβὼν istud hoc loco sibi vult, ubi de eo quæritur, num omnes scientiæ sint ad bonarum cœtum admittendæ, an vero nonnullæ inde arcendæ? Quis unquam Græcus homo λαμβάνειν sensu *admittendi* et *recipiendi* usurpavit? Quocirca, quam olim feceram emendationem, eam nec hodie improbo.

βλάπτοιτο πάσας λαβὼν τὰς ἄλλας ἐπιστήμας, ἔχων τὰς πρώτας.

§. 149. ΣΩ. Μεθιῶ δὴ[t] τὰς ξυμπάσας ῥεῖν εἰς τὴν τῆς[u] Ὁμήρου καὶ μάλα ποιητικῆς[v] μισγαγκείας ὑποδοχήν; II. iii. 243.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν·[w] μεθεῖνται.[x]

ΣΩ. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν ἡδονῶν πηγὴν ἰτέον. ὡς §. 39. F.

Π.—[u] τοῦ Δ.—[v] ποιητικῶς 𝔄ΔΠ.—[w] πάνυ μὲν οὖν om Π.—[x] μεθεῖντο pr ΔΠ, με-

Legendum: πάσας παραλαβών. Quod quam facile corrumpi potuerit prægresso πάσας, omnes etiam non moniti videbunt. Stalb.

ὅ τι τὶς ἂν βλάπτοιτο] Ita e Bekk. dedi, Ald. Bas. 1. 2. ὅτι τὶς βλάπτοιτο. Quod non vereor, ne quis defendat. Licet enim in Homero et tragicis poetis ambiguum sit, an optativus potentialis absque particula κε et ἂν tolerari debeat, tamen in scriptoribus Atticis prosariis ubicumque ἂν desideratur, particulam hanc etiam sine codd. suffragio restituendam arbitror. Rem uberius persequuntur Schæfer. in Melet. Crit. p. 59. et p. 122. Heind. ad Euthyd. p. 311. Werfer. in Act. Monacens. t. i. f. ii. p. 257. Matth. Gr. Gr. §. 528. Stalb.

ἐπιστήμας ἔχων τὰς πρώτας] *Modo primas illas scientias habeat* h. e. modo hoc ita fiat, ut ne ἡγεμονικαὶ illæ et puræ scientiæ istis admiscendis pereant ac veluti expellantur. Stalb.

§. 149. ὑποδοχήν. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν. ΣΩ. Μεθεῖνται] Ita hunc locum exhibuimus cum Bœckhio in Legg. p. 107. sensu ipso suadente. Nam omnes editt. vett. præter Aldinam personarum vices ita distribuunt: ὑποδοχήν. ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν· μεθεῖνται. ΣΩ. Καὶ πάλιν ἐπὶ τὴν κ. τ. λ. In quibus attentum lectorem offendere necesse est ad istud μεθεῖνται. Hoc enim non Protarcho, homini valde otioso, convenit, sed potius Socrati, qui janitoris provinciam se suscepisse simulans quæsierat μεθιῶ δὴ—ὑποδοχήν. Nam ita pro vulgato μεθίω verissime correxit Bœckhius l. c. Quocirca Socrates cogitandus est, foribus passis intromisisse omnem artium turbam, atque jam ad Protarchum dicere μεθεῖνται. Ceterum ista personarum distributio etiam confirmatur edit. Ald. auctoritate, in qua nomen Socratis ante καὶ πάλιν omittitur, ita tamen, ut ante μεθεῖνται nil interponatur. In Cod. Palatin. apud Creuzer. Melet. t. i. p. 104. deest particula δὴ post μεθιῶ. Male. Nec melius verba εἰς τὴν τῆς ποιητικῆς κ. τ. λ. ibidem omittuntur. Respicit Plato locum Iliad. Δ. 452. Ὡς δ' ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες, Ἐς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄβριμον ὕδωρ. ubi Schol. Μισγάγκεια· ἡ μίξις, ὅπου ποταμοὶ ἢ ῥύακες συμβάλλουσιν. Hesych. Μισγάγκεια· κοῖλος τόπος, εἰς ὃν πανταχόθεν φερόμενα ἀπὸ τῶν ὀρῶν ὕδατα μίσγεται. Suidas: Μισγάγκεια· τόπος κοῖλος, εἰς ὃν τὰ καταφερόμενα μίσγεται ἀπὸ πλειόνων ὀρῶν ὕδατα. Stalb.

ἐπὶ τὴν τῶν ἡδονῶν πηγὴν ἰτέον] Mirum profecto videri debet, neminem criticorum et interpretum in loco aperte mutilato hæsisse. Nam loquitur nunc Socrates de voluptatum mixtione tanquam jam peracta, quum antea nonnisi de scientiarum atque artium ad vitam beatam necessitate disseruerit. Enimvero si quis verba ὡς γὰρ διενοήθημεν αὐτὰς μιγνύναι κ. τ. λ. ut sensus flagitat, ad ἐπιστήμας referat, repugnabit huic rationi grammatica verborum structura; sin vero illa ad ἡδονὰς trahas, ut ipsa constructionis natura fert, exacerbati tibi reclamabunt Socratis manes, qui non passuri sint, virum sapientissimum ea, quæ nondum facta sunt, jam facta dicere, h. e. inepte et perverse loquentem introduci. Quare non potest dubitari, quin hic quoque librariorum incogitantia aliquid turbaverit. Ac editorum quidem librorum hic nulla est dissensio; omnes potius quisquilias istas pertinaciter tenent, nisi quod Ald. pro ἐξεγενήθη exhibet ἐξεγεννήθη, quod ipsum inter quisquilias refero. Itaque nihil superest, quam ut ex ipsa sermonis serie eruere conemur, quid poscat sensus, quid flagitet ratio. Et hoc quidem apertum esse arbitror, respici hic ad verba superius lecta §. 146. ἀλλ' οὐκ ἀσφαλές· ᾗ δὲ ἀκινδυνότερον ἂν μιγνύοιμεν, δόξαν μοι δοκῶ τινα ἀποφήνασθαι ἄν—Οὐκοῦν εἰ

γὰρ[y] διενοήθημεν αὐτὰς μιγνύναι, τὰ τῶν ἀληθῶν[z] μόρια πρῶτον, οὐκ ἐξεγενήθη[a] ἡμῖν, ἀλλὰ διὰ τὸ πᾶσαν ἀγαπᾷν ἐπιστήμην εἰς ταὐτὸν μεθεῖμεν[b] ἀθρόας καὶ πρόσθε[c] τῶν ἡδονῶν.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα[d] λέγεις.

ΣΩ. Ὥρα[e] δὴ βουλεύεσθαι νῷν καὶ περὶ[f] τῶν ἡδονῶν,

θειν τε 𝔄, μεθεῖνται δὴ rc Σ.—[y] γὰρ om Δ.—[z] ἀληθινῶν ἐπιστημῶν Σ.—[a] οὐκ ἐξεγενήθη] ἐξενήθη (in mg εἰς ξενίαν συνέστη) corr Σ.—[b] μεθεῖκεν (μεν *supra*) E.—[c] πρόσθε Γ.—[d] ἀληθέστατα...ἡδονῶν om H.—[e] ὥσα 𝔄.—[f] ἐπὶ Λ —[g] ταύταις (ας *supra*) E.—[h] σαφέστερον

τἀληθέστατα τμήματα κ. τ. λ. Convenerat igitur inter colloquentes, ante omnia verissimas voluptatis et scientiæ (ἑκατέρας) partes miscere atque videre, an iis solis vitæ humanæ felicitas absolveretur. Aggressi erant hanc rem ita, ut primo quid scientiæ atque artes ad illam valerent, considerarent. Quum verò scientiam rerum divinarum s. idearum, quæ omnium verissima erat judicata, ad vitæ usum minime sufficere apparuisset, admiserant etiam reliquas artes, ut quæ, licet impuræ et incertæ, tamen non modo nihil nocerent, sed etiam hominibus multum utilitatis afferrent, imo necessariæ essent ad humanam felicitatem. Hoc vero secus, quam antea constituerant, ab iis factum erat. Voluerant enim primo nonnisi purissimas voluptatis et scientiæ particulas miscere. Itaque nunc, quoniam facta nequeunt infecta reddi, Socrates ad voluptates accedit, similiter, atque fecerat antea, ubi scientias tractaverat, exploraturus, quænam ex istis ad vitæ felicitatem necessariæ sint, quæ non necessariæ. Quæ quum ita sint, verborum sensus hic esse debet: *Ac jam ad voluptatum fontem accedendum est, quas quidem nunc omnes et cunctas ordine continuo explorare cogimur, quum jam scientias omnes, secus quam volueramus, pro bonis et ad vitæ felicitatem absolvendam prorsus necessariis habendas esse judicaverimus. Neque enim nobis licebat, primum purissimas utriusque, voluptatis et scientiæ, partes commiscere, ac deinde reliquarum naturam spectare, sed quoniam omnes scientiæ bonæ videbantur, cunctas intromittebamus* (h. e. ad summum bonum pertinere judicavimus) *idque prius, quam ad explorandas voluptates accederemus.* Hæc si vere conclusa sunt; confirmantur autem ea totius sermonis serie; nemo quisquam infitias iverit, plura hic intercidisse, quæ, quoniam codd. Mss. opes desiderantur, ex ingenio vix restituere liceat. Hæc dudum chartis mandaveram, quum Augusti Jacobsii benevolentia mihi utendum concessit exemplar Platonis Heindorfianum, in cujus margine hæc reperi adnotata: ‘Locus mancus videtur, nec sine libris Mss. explendus. Nihil deesset, si legeretur: ἰτέον, ὥσπερ ἐπὶ τὴν τῶν ἐπιστημῶν—μόρια πρῶτα μὲν μεθεῖμεν, τὰ δὲ ἄλλα ἀποκλείειν οὐκ ἐξεγένετο ἡμῖν, ἀλλὰ κ. τ. λ.’ Quæ quanquam non omni ex parte probem, tamen quoniam Heindorfio quoque, viro de Platone immortaliter merito, idem, quod mihi, de hoc loco visum esse, ex iis intelligebam, non sine magna quadam voluptate legi. Ceterum quod ille conjecit οὐκ ἐξεγενέτο, id tam certum puto, ut in textu illud ponere vix dubitaverim. Judicabis ex hoc etiam loco, quam vera sit nostra de codd. Platonis sententia, quam supra in simili caussa proposuimus. Stalb.

ὥρα δὴ βουλεύεσθαι] Bas. 2. ὅρα δὴ βουλεύεσθαι. Male. Criton. p. 46. A. οὐδὲ βουλεύεσθαι ἔτι ὥρα, ἀλλὰ βεβουλεῦσθαι. Sophist. p. 241. B. ὀρθῶς ἀπεμνημόνευσας, ἀλλ' ὥρα δὴ βουλεύσασθαι, τί χρὴ δρᾷν τοῦ σοφιστοῦ πέρι. Protagor. p. 361. E. νῦν δ' ὥρα ἤδη καὶ ἐπ' ἄλλο τι τρέπεσθαι. Theætet. p. 145. B. ὥρα τοίνυν, ὦ φίλε Θεαίτητε, σοὶ μὲν, ἐπιδεικνύναι, ἐμοὶ δὲ, σκοπεῖσθαι. Cic. ad Attic. x. 8. ‘Tempus est, nos de illa perpetua jam, non de hac exigua vita cogitare.’ Tuscul. i. 41. ‘Sed tempus est jam, hinc abire, me, ut moriar, vos, ut vitam agatis.’ cfr. Matth. Gr. Gr. p. 780. Korte ad Cic. Epist. ad Famil. i. 5. Goerenz. ad Academ. ii. p. 37. Stalb.

πότερα καὶ ταύτας[g] πάσας ἀθρόας ἀφετέον[h] ἢ καὶ τούτων πρώτας μεθετέον ἡμῖν ὅσαι ἀληθεῖς.

ΠΡΩ. Πολύ τι[i] διαφέρει πρός γε ἀσφάλειαν πρώτας τὰς ἀληθεῖς ἀφεῖναι.

ΣΩ. Μεθείσθων[j] δή.[k] τί δὲ μετὰ ταῦτα; ἆρ' οὐκ εἰ μέν τινες[l] ἀναγκαῖαι, καθά περ ἐκεῖ,[m] ξυμμικτέον[n] καὶ ταύτας;

ΠΡΩ. Τί δ' οὔ; τάς γε ἀναγκαίας δήπουθεν.

§. 150. ΣΩ. Εἰ δέ γε καὶ καθά περ τὰς[o] τέχνας πάσας ἀβλαβές τε καὶ[p] ὠφέλιμον ἦν ἐπίστασθαι διὰ βίου, καὶ νῦν δὴ ταὐτὰ[q] λέγωμεν[r] περὶ τῶν ἡδονῶν, εἴ περ II. 63.

𝔄Π et pr Δ.—[i] τι 𝔄ΔΠ : γε *ς.—[j] μεθείσθω 𝔄Δ et pr ΠΕ.—[k] δὴ 𝔄ΔΠ et pr Ξ.—[l] τινος 𝔄.—[m] ἐκείναις Γ.—[n] ξ. 𝔄Δ.—[o] αἱ τὰς 𝔄Π et pr Δ.—[p] καὶ...βίου om F.—

καὶ περὶ τῶν ἡδονῶν, πότερα καὶ ταύτας—ἀφετέον, ἢ καὶ] Hæreo in triplici *καί*. Satis enim fuit, bis poni eam particulam. Quocirca haud scio an ea secundo loco deleri debeat, quod etiam Heindorfio placuisse ex schedis nunc video. Stalb.

πολύ γε διαφέρει πρός γε ἀσφάλειαν] Nolim cum Bekkero scribere *πολύ τι διαφέρει πρός γε ἀσφάλ.* Nam quod Porsonus ad Eurip. Med. 863. dicit, valde invenustum esse *γε* in eodem orationis membro duplicatum, id non video, quibus rationibus nitatur. Quidni enim hæc particula bene repetatur, ubi suam vim utrobique servat? Euthydem. p. 277. A. *οὐκοῦν ἃ ἐπίστασαι εἰδὼς μανθάνεις, εἴπερ γε ἅπαντα τὰ γράμματά γ' ἐπίστασαι.* ubi vid. Heind. Aristoph. Av. 171. *εὖ γε μωμᾷ ταυταγί.* Eccles. 189. *Νὴ τὴν 'Αφροδίτην, εὖ γε ταυταγὶ λέγεις.* Adde quæ monuerunt Hermann. ad Viger. p. 827. Lobeck. ad Ajac. p. 303. Werfer. in Actis Monacens. i. 1. 98.—*καθάπερ ἐκεῖ* sc. *ἐν τῇ τῶν ἐπιστημῶν μίξει.* Stalb.

§. 150. *τάς γε ἀναγκαίας δήπουθεν*] Heusdius in Specim. Crit. p. 61. verba *τάς γε—δήπουθεν* e glossemate fluxisse censuit, quippe valde jejuna et sensu cassa. Ac Ficinus quoque in iis hæsit, ut qui hanc fecerit personarum distributionem: Prot. *Quid prohibet?* Socr. *Necessarias igitur quoquo modo accipiamus. Si autem, quemadmodum artes omnes nosse innocuum et conferens in vita esse constitit, ita nunc de voluptatibus constet, videlicet, quod omnibus frui innoxium et utile sit, forte erunt omnibus immiscendæ.* Verum enim recte habet vulgata. *Δήπουθεν* in asseverando haud infrequens. cfr. Viger. p. 499. Stalb.

ταὐτὰ λέγομεν κ. τ. λ.] Paullo impeditiora sunt, quæ sequuntur. Ac vulgo quidem legebatur *ταὐτὰ λέγωμεν περὶ τῶν ἡδονῶν*, quod non dubitavimus in *λέγομεν* mutare, quum verba cohæreant hoc modo : *εἰ δέ γε—ταὐτὰ λέγομεν περὶ τῶν ἡδονῶν*, ut adeo conjunctivo nullus sit locus. Deinde unumquemque offendet duplex *καὶ* in his *εἰ δέ γε καὶ—καὶ νῦν δὴ ταὐτὰ λέγομεν.* Non dubium est, quin prius illud ante *καθάπερ* ab hominibus stupidis in texta immissum sit. Quare nebulonem istum carcere inclusimus. Sed hunc secuta est magna commilitonum turba, quibus, quoniam metuendum erat, ne rerum ordinem et statum turbarent, liberam custodiam dedimus, quo, si judices idonei de iis cognovissent, justo præmio afficerentur. Scilicet ista : *εἴπερ πάσας ἡδονὰς—καὶ ἀβλαβὲς ἅπασι* prægressis *εἰ δέ γε—ταὐτὰ λέγομεν* aperte explicationis caussa adjecta sunt, verum adeo inepte et insulse, ut, modo nasum habeas, interpolatoris ingenium continuo odoreris. Quanquam enim sensum bene explicant, tamen vel ista repetitio vocabulorum *ἀβλαβὲς, συμφέρον, διὰ βίου*, et ipsa constructionis insolentia fraudem arguit. Nam etsi bene novi, enuntiationes explicativas absque copula subjici solere reliquæ orationi, tamen nullum reperi locum, huic omni ex parte similem. Cfr. quæ col-

πάσας ἡδονὰς ἥδεσθαι διὰ βίου συμφέρον τε ἡμῖν ἐστὶ καὶ ἀβλαβὲς ἅπασι, πάσας ξυγκρατέον.

II. iii. 244. ΠΡΩ. Πῶς οὖν δὴ περὶ αὐτῶν τούτων λέγωμεν;[s] καὶ πῶς ποιῶμεν;

ΣΩ. Οὐχ ἡμᾶς,[t] ὦ Πρώταρχε, διερωτᾶν χρή,[u] τὰς ἡδονὰς δὲ αὐτὰς καὶ τὰς φρονήσεις, διαπυνθανομένους τὸ τοιόνδε ἀλλήλων πέρι.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;[v]

ΣΩ. Ὦ φίλαι,[w] εἴτε ἡδονὰς ὑμᾶς[x] χρὴ προσαγορεύειν εἴτε ἄλλῳ ὁτῳοῦν ὀνόματι, μῶν[y] οὐκ ἂν δέξαισθε[z] οἰκεῖν μετὰ φρονήσεως πάσης ἢ χωρὶς[a] τοῦ φρονεῖν; Οἶμαι μὲν πρὸς ταῦτα τόδ' αὐτὰς[b] ἀναγκαιότατον εἶναι λέγειν.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

§. 151. ΣΩ. Ὅτι,[c] καθά περ ἔμπροσθεν ἐῤῥήθη, τὸ μόνον καὶ ἔρημον εἰλικρινὲς εἶναί τι γένος οὔτε[d] πάνυ τι δυνατὸν

[q] ταυτὰ ΞFς.—[r] λέγομεν Σ.—[s] λέγωμεν ΣΒς : ceteri λέγομεν.—[t] ἡμεῖς Λ.—[u] δεῖ Δ.—[v] ὁποῖον Π.—[w] φίλε ℭΓΔΛΠBC*w* et pr ΣE.—[x] ἡμᾶς ℭΓΔΛΠBCEFH.—[y] ὄνομα τιμῶν Λ.—[z] δέξεσθε Ξ, δέξεσθαι ℭ, δέξασθαι ΓΛΠBCEFH*w* : δέξαισθε cum ς corr Δ. —[a] χωρὶς om pr F.—[b] αὐταῖς Σ.—[c] ὅτι om F.—[d] οὕτω Γ.—[e] τᾶλλα ℭ.—[f] τὴν

legit Heind. ad Phædon. §. 36. ibid. §. 50. ad Sophist. §. 52. Adde his Protagor. p. 335. A. Menon. §. 13. Xenoph. Cyrop. iii. 3. 26. viii. 1. 16. Demosth. Philipp. i. p. 45. Scribi potius hic debuerat: εἰ δέ γε—καὶ νῦν δὴ ταὐτὰ λέγομεν περὶ τῶν ἡδονῶν, πάσας ἡδονὰς ἥδεσθαι διὰ βίου συμφέρον τε ἡμῖν εἶναι καὶ ἀβλαβὲς ἅπασι. In tam manifestis vitii argumentis neminem futurum esse spero, qui vulgatæ scripturæ patrocinium suscipiat. Itaque actum est! ilicet! Stalb.

λέγωμεν καὶ πῶς ποιῶμεν;] Ald. Bas. 1. 2. λέγομεν. Quod non spernerem, si etiam ποιοῦμεν legeretur, ut de Republ. v. p. 461. E. Δεῖ δὴ τὸ μετὰ τοῦτο βεβαιώσασθαι παρὰ τοῦ λόγου· ἢ πῶς ποιοῦμεν; Stalb.

εἴτε ἡδονὰς χρὴ προσαγ.] Bas. 2. εἴτε ἡδονὰς ἡμᾶς χρὴ προσαγ. Male. De verbo προσαγορεύειν cfr. Wyttenbach. ad Phædon. §. 48. Stalb.

οἶμαι μὲν πρὸς ταῦτα—λέγειν] Verba ita cohærent: οἶμαι μὲν ἀναγκαιότατον εἶναι, αὐτὰς πρὸς ταῦτα τόδε λέγειν. De isto μὲν, cui non subjicitur δὲ, cfr. Criton. §. 1. Οὔ τοι δὴ ἀφῖκται, ἀλλὰ δοκεῖ μέν μοι ἥξειν τήμερον, ἐξ ὧν ἀπαγγέλλουσιν ἥκοντές τινες ἀπὸ Σουνίου. Adde Heind. ad Phædon. §. 2. et quæ supra monui. Stalb.

§. 151. ὅτι] De particula ὅτι in responsionibus et excerptis ab initio orationis poni solita hodie omnia nota. Rem exemplis illustrarunt Wyttenbach. ad Plutarch. de S. N. V. p. 89. et Matthiæ Gr. Gr. §. 624. Monui hoc non sine caussa. Fuit enim, qui ὅτι h. l. cum infinitivo constructum esse opinaretur. Qui usus quamvis sit longe frequentissimus, cfr. Wesseling. ad Diodor. Sic. iv. 26. Zeune ad Xenoph. Cyrop. i. 6. 18. Heind. ad Phædon. §. 19. et §. 132. Schæfer. in Append. ad Bastii Epist. Crit. p. 36. Bornemann de gemina Xenoph. Cyr. recensione p. 18. Poppo Observat. in Thucyd. p. 185. ut alios mittam; tamen obtusi ingenii sit necesse est, qui hic non videat, verba ita cohærere: οὔτε πάνυ τι δυνατὸν, οὔτ' ὠφέλιμον τὸ εἶναί τι γένος μόνον καὶ ἔρημον. Sed satis de re vix mentione digna. Stalb.

τὸ μόνον καὶ ἔρημον κ. τ. λ.] Ita omnes editt. vett. et recentt. Nihilominus aliquid falsum sit necesse est. Nam quem tandem non male habeat ἀσύνδε-

οὔτ' ὠφέλιμον· πάντων γε μὴν ἡγούμεθα γενῶν ἄριστον ἓν ἀνθ' ἑνὸς συνοικεῖν ἡμῖν τὸ τοῦ γιγνώσκειν τὰ ἄλλα[e] τε πάντα καὶ αὖ τὴν αὐτὴν[f] ἡμῶν τελέως εἰς[g] δύναμιν ἑκάστην.[h]

ΠΡΩ. Καὶ καλῶς γε εἰρήκατε τὰ νῦν, φήσομεν.

ΣΩ. Ὀρθῶς. πάλιν τοίνυν μετὰ τοῦτο τὴν φρόνησιν καὶ τὸν νοῦν ἀνερωτητέον. Ἆρ' ἡδονῶν τι[i] προσδεῖσθε[j] ἐν τῇ ξυγκράσει; φαῖμεν[k] ἂν αὖ τὸν[l] νοῦν τε καὶ τὴν φρόνησιν ἀνερωτῶντες. Ποίων,[m] φαῖεν ἂν[n] ἴσως, ἡδονῶν;

αὐτὴν 𝔄Π et pr Δ, αὐτὴν αὖ corr Σ.—[g] τὴν corr Σ.—[h] ἑκάστης ΠΕ.—[i] τε Γ.—[j] προσδεῖσθαι 𝔄ΓΕFΗw.—[k] φαμεν ΔΠ.—[l] αὐτὸν ΛΠF.—[m] ποίων οὖν rc Σ.—

τος ista oratio? Misere se torsit Ficinus, qui locum ita reddidit: *quod, quemadmodum in superioribus dictum est, neque possibile multum atque utile est, genus alterum omnino seorsum ab altero esse.* Hoc vero certum videtur, eum voc. εἰλικρινὲς in suo codice non legisse. Ac sane illud plus quam una de caussa vitii suspectum habeo. Nam primum ejecto illo omnia recte procedunt sensumque fundunt egregium. Respicitur quippe ad disputationem supra lectam, qua nec voluptatem absque sapientia, nec sapientiam absque voluptate ad vitæ felicitatem sufficere ostendebatur. Deinde etiamsi καὶ εἰλικρινὲς scribatur, non video, quid voc. εἰλικρινὲς hoc loco sibi velit. Namque non agitur de sinceritate et puritate voluptatum, sed potius de eo, utrum voluptas esse possit sine sapientia et vicissim. Confer etiam, quæ de voc. εἰλικρινὲς usu monuerunt Fischer. in indic. ad Æschin. Socrat. s. h. v. Rubnken. in notis ad Xenoph. Memor. ii. 2. 3. Creuzer. ad Plotin. de Pulcritudine p. 266. Quare non dubitavi, ineptum istud ægri capitis additamentum uncis a reliquis verbis separare. Stalb.

ἓν ἀνθ' ἑνὸς συνοικεῖν ἡμῖν] H. e. *ex omnibus tamen generibus unum præcipue longe dignissimum judicamus, quod nobiscum conjungatur.* Formula ἓν ἀνθ' ἑνὸς proprie significat: *unum si uni præferas* h. e. *præ reliquis omnibus, longe maxime.* De Legg. iv. p. 705. B. οὐ μεῖζον κακὸν πόλει ἀνθ' ἑνὸς ἓν οὐδὲν ἂν γίγνοιτο. de Republ. i. p. 331. B. ἀλλὰ ἓν γε ἀνθ' ἑνὸς (sic leg. e Stob. pro ἀλλά γε ἓν) οὐκ ἐλάχιστον ἔγωγε θείην ἂν ἐς τοῦτο κ. τ. λ. Stalb.

καὶ αὐτὴν αὐτῶν ἡμῶν] Ald. Bas. 1. 2. καὶ αὖ τὴν αὐτὴν ἡμῶν. Mox Heusdius p. 107. sic emendari jussit: καὶ αὐτὴν αὑτὴν ἡμῶν τελέως εἰς δύναμιν ἑκάστην hoc sensu: *cognoscere et alia omnia et se ipsam, quoad ejus fieri potest, unamquamque nostrum.* Verum hoc adeo contortum est et obscurum, ut et ipsum emendatione indigeat. Nos cum Schleiermachero et Beckio reposuimus καὶ αὐτὴν αὐτῶν ἡμῶν. Cohærent αὐτὴν ἑκάστην, et verba τελέως εἰς δύναμιν cum prægresso γιγνώσκειν jungi debent. Optant igitur Voluptates, ut ea Scientia, quæ quum reliqua omnia, tum ipsas quoque noverit, præ ceteris omnibus in ipsarum societatem recipiatur. Stalb.

τὰ νῦν] Ald. Bas. 1. 2. ταννῦν. cum Bekk. dedi τὰ νῦν. Intelligitur enim λεγόμενα, cujus rei aliquot exempla jam supra vidimus. His nunc addam alia: Politic. p. 262. C. Ἐν τῷ μὲν οὖν παρεστηκότι τὰ νῦν δηλῶσαι μηδὲν ἐνδεῶς, ἀδύνατον. Ibid. p. 284. D. Ἔτι δὲ πρὸς τὰ νῦν καλῶς καὶ ἱκανῶς δείκνυσθαι. Sophist. p. 241. A. πῶς γὰρ οὐ μανθάνομεν, ὅτι τἀναντία φήσει λέγειν ἡμᾶς τοῖς νῦν δή. Stalb.

προσδεῖσθε] Ald. Bas. 1. 2. προσδεῖσθαι. Sed jam Cornar. legi jussit προσδεῖσθε. Fisch.

προσδεῖσθε κ. τ. λ.] Locus vulgo sic exaratur: προσδεῖσθε (Ald. Bas. 1. 2. προσδεῖσθαι) ἐν τῇ ξυγκράσει; φαῖμεν ἄν· αὖ τὸν νοῦν τε καὶ τὴν φρόν. ἀνερωτῶντες, ποίων φαῖμεν ἂν ἴσως, ἡδονῶν; In quibus quot vitia non lateant, sed pateant, non attinet demonstrare. Cornarius et Stephanus ante αὖ inserendum censuerunt καί. Quo quid proficiamus, non assequor. Nec quidquam opis præstat versio Ficini, cujus viri hic profecto valde miseret, ut qui frustra sese excru-

II. iii. 245. ΠΡΩ. Εἰκός.

§. 152. ΣΩ. Ὁ δέ γ' ἡμέτερος λόγος μετὰ τοῦτ' ἐστὶν ὅδε. Πρὸς ταῖς ἀληθέσιν ἐκείναις ἡδοναῖς, φήσομεν, ἆρ' ἔτι προσδεῖσθ' ὑμῖν τὰς μεγίστας ἡδονὰς ξυνοίκους εἶναι καὶ τὰς σφοδροτάτας; Καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες; φαῖεν[o] ἄν, αἵ γ' ἐμποδίσματά τε μυρία ἡμῖν[p] ἔχουσι,[q] τὰς ψυχὰς ἐν αἷς οἰκοῦμεν ταράττουσαι διὰ μανικὰς ἡδονάς, καὶ γίγνεσθαί τε ἡμᾶς τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐῶσι τά τε γιγνόμενα ἡμῶν τέκνα ὡς τὸ πολύ, δι' ἀμέλειαν λήθην ἐμποιοῦσαι, παντάπασι διαφθείρουσιν; ἄλλας δὲ[r] ἡδονὰς ἀληθεῖς καὶ καθα-

[n] ἂν φαῖεν ΓΛ : φαῖμεν ἂν ς.—[o] σώκρατες φαῖεν 𝔄ΔΠ : Σώκρατες ἴσως φαῖεν *ς.—

ciaverit. Vertit enim : *Rursus igitur interrogandum restat mentem et sapientiam, quum in ipsa mixtione quodammodo voluptatibus egere dicamus, qualibus præcipue voluptatibus egeant.* Heusdius ita rescribendum censet : ἀνερωτητέον· ἆρ' ἡδον. τ. π. ἑ. τ. ξυγκράσει ; φήσομεν αὖ, τὸν νοῦν τε καὶ τὴν φρόνησιν ἀνερωτῶντες, ποίων, φαῖεν ἂν ἴσως, ἡδονῶν ; Non male. Nos vero Heind. Heusd. Schleiermach. Bekk. præeuntibus, nihil nisi ante ἆρ' ἡδον. maximam distinctionem interposuimus, et pro secundo φαῖμεν ἂν rescripsimus φαῖεν ἄν.—Interrogatio ποίων ἡδονῶν indignationis significationem habet, ut bene notavit Heusdius, qui laudat Theæt. p. 180. B. Ἀλλ' οἶμαι, τὰ τοιαῦτα τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ σχολῆς φράζουσιν—. ΘΕΟ. Ποίοις μαθηταῖς, ὦ δαιμόνιε ; οὐδὲ γίγνεται τῶν τοιούτων ἕτερος ἑτέρου μαθητής, ἀλλ' αὐτόματοι ἀναφύονται, ὁπόθεν ἂν τύχοι ἕκαστος αὐτῶν ἐνθουσιάσας, καὶ τὸν ἕτερον οὐδὲν ἡγεῖται εἰδέναι. Erast. p. 132. B. Ἦπου τι μέγα καὶ καλόν ἐστι περὶ ὃ τοσαύτην σπουδὴν πεποιημένω ἐστόν. Ὁ δ' εἶπε, ποῖον, ἔφη, μέγα καὶ καλόν ; Gorg. p. 490. D. Ἀλλ' ἴσως ἱματίων—. ΚΑΛΛ. Ποίων ἱματίων ; Ibid. mox Ἀλλ' εἰς ὑποδήματα δηλονότι δεῖ πλεονεκτεῖν. ΚΑΛΛ. Ποῖα ὑποδήματα φλυαρεῖς ἔχων ; Charmid. p. 174. B. Ἆρά γε ἦ τὸ πεττευτικόν ; Ποῖον, ἦ δ' ὅς, πεττευτικόν ; Euthyd. p. 304. E. Ἀλλὰ μέντοι, ἔφην, χαρίέν γέ τοι πρᾶγμά ἐστιν ἡ φιλοσοφία. Ποῖον, ἔφη, χάριεν, ὦ μακάριε ; οὐδενὸς μὲν οὖν ἄξιον. Addo Hipp. Major. p. 285. D. Ἀλλὰ δῆτα ἐκεῖνα ἃ σὺ ἀκριβέστατα ἐπίστασαι ἀνθρώπων διαιρεῖν, περί τε γραμμάτων δυνάμεως καὶ συλλαβῶν καὶ ἁρμονιῶν καὶ ῥυθμῶν ; ΙΠΠ. Περὶ ποίων, ὦ 'γαθὲ, ἁρμονιῶν καὶ γραμμάτων ; Xenoph. Cyrop. i. 4. 18. Aristoph. Lysistr. 730. 971. Plurima ex Aristoph. collegit exempla Reisig. in Conjectan. in Aristoph. p. 74.—Ceterum non opus esse puto, ut cum Heusdio verba ita inter personas distribuamus : ἑκάστην. Καὶ καλῶς γε εἰρήκατε τανῦν, φήσομεν. ΠΡΩ. Ὀρθῶς. ΣΩ. Πάλιν κ. τ. λ. Quidni enim Protarchus interpellare potest Socratem ? Stalb.

αὖ] For. καὶ αὖ. Steph. qui sic in Not. ' Non dubium est quin particula καὶ ante αὖ ponenda sit. Paulo post autem, pro ἐστὶν scribendum potius fuerit ἔσται, ante ὅδε.' At jam Cornarius particulam καὶ inserendam censuerat. Fisch.

§. 152. ὁ δέ γ' ἡμέτερος λόγος μετὰ τοῦτ' ἐστὶν ὅδε] Stephanus ἔσται ὅδε conjecit. Quod vide, ne verum sit. Sequitur enim φήσομεν.—Deinceps Aldin. ΠΡΩ. καὶ πῶς, ὦ Σώκρατες. ΣΩ. Ἴσως. Pessime. Non meminerat librarius, Prudentiam et Sapientiam loquentes introduci a Socrate.—Tum Bekker. αἵ γε ἐμποδίσματά γε pro αἵ γε ἐμποδισματά τε, haud scio an non recte, quum subsequatur καὶ γίγνεσθαί τε ἡμᾶς—οὐκ ἐῶσι. Ficinus : *nec adolescere nos permittunt.* Male. Nam τὴν ἀρχὴν valet *prorsus, omnino.* cfr. Reiz. ad Vigerum p. 723. Stalb.

ἄλλας δὲ ἡδονὰς] Ita recte emendavit hæc Fischerus. Vulgo ἄλλας τε ἡδονάς. Deinde vulgo male interpungebatur : καὶ καθαρὰς, ἃς εἶπες σχεδὸν, οἰκείας ἡμῖν

ρὰς ἃς εἶπες,[s] σχεδὸν οἰκείας ἡμῖν νόμιζε, καὶ πρὸς ταύ-
ταις[t] τὰς μεθ' ὑγιείας[u] καὶ τοῦ σωφρονεῖν, καὶ δὴ καὶ ξυμ-
πάσης ἀρετῆς ὁπόσαι καθά περ θεοῦ ὀπαδοὶ γιγνόμεναι
αὐτῇ[v] ξυνακολουθοῦσι πάντῃ,[w] ταύτας[x] μίγνυ· τὰς[y] δ'
ἀεὶ[z] μετ' ἀφροσύνης[a] καὶ τῆς ἄλλης κακίας ἑπομένας πολ-
λή που ἀλογία τῷ[b] νῷ μιγνύναι τὸν[c] βουλόμενον ὅτι καλ-
λίστην ἰδόντα καὶ ἀστασιαστοτάτην μίξιν καὶ κρᾶσιν ἐν II. 64.
ταύτῃ μαθεῖν[d] πειρᾶσθαι, τί ποτε ἔν τε[e] ἀνθρώπῳ καὶ τῷ
παντὶ πέφυκεν ἀγαθὸν καὶ τίνα ἰδέαν αὐτὴν εἶναί ποτε

[p] ὑμῖν Γ.—[q] παρέχουσι corr Σ.—[r] libri τε.—[s] εἶπε 𝔄.—[t] ταύτας F et pr Ξ cum ς.
η
—[u] ὑγείας 𝔄ΔΠ.—[v] σαυτῇ Π.—[w] παντὶ 𝔄Π et pr Δ.—[x] ταύτας BCEF, ταύτης Γ, ταύτας δὲ rc Σ.—[y] μίγνυ τὰς Heusdius: libri μιγνύντας.—[z] αἰεὶ τὰς corr Σ.—[a] εὐφροσύνης H.—[b] καὶ τῷ rc Σ.—[c] τὸ Λ.—[d] ἐν ταύτῃ μαθεῖν 𝔄ΔΠ: μαθεῖν ἐν ταύτῃ

νόμιζε. Emendavit Bekk. Cum eodem scripsi καὶ πρὸς ταύταις, quod jam Steph. conjecerat. Vulgo πρὸς ταύτας. Stalb.

ταύτας μιγνύντας] Steph. 'For. ταύταις. At hæc verba ταύτας μιγνύντας abundare videntur: retineri tamen possit ταύτας, aliam vocem ei subjungendo pro μιγνύντας· si quidem nec μεμιγμένας scribi posse videtur: deinde legendo τὰς δ' αἰεὶ etc.' bene. Certe πρὸς ταύταις usitatius est, quam πρὸς ταύτας. Æque certum est, in verbis ταύτας μιγνύντας δ' αἰεὶ desiderari structuram aptam. At primo Stephanus conjecturam illam duplicem, quam proposuit de iis in ordinem redigendis, sumsisse videtur e versionibus Ficini et Cornarii: quarum illa habet, *has enim, quæ virtutis, tanquam deæ cujusdam, pedissequæ sunt, libenter admittimus: quæ vero cum dementia et alia improbitate congrediuntur, eas menti miscere absurdum est:* hæc, *quæ velut deæ hujus pedissequæ, ipsum undiquaque sequuntur: cæterum illas semper cum desipientia mixtas, et ad reliquam malitiam sequentes, cum intelligentia miscere, multa absurditas est in eo.* At præstare tamen arbitror, dicere, deprehendi hoc loco vestigia ἀνακολουθίας cujusdam; modo rescribatur, πάντῃ. ταύτας δὲ μιγνύντας τὰς αἰεὶ μετ' ἀφρ. κ. λ. Fisch.

ταύτας μίγνυ· τὰς δὲ ἀεὶ] Ex præclara Heusdii conjectura dedi, quam etiam Beck. et Bekk. in textum receperunt, hic fortasse codicum suorum auctoritate firmatus. Vulgo ταύτας μίγνυντας δὲ ἀεὶ, quod mirum quantum vexavit interpretes. Ceterum facile senties loci elegantiam. Nam quod Voluptates finguntur Prudentiæ et Sapientiæ pedissequæ, id eam habet vim, ut illæ hujus imperio obtemperare debere existimandæ sint. Hesych. 'Οπαδός· ἀκόλουθος, συνεργὸς, δοῦλος. Hinc coercendæ sunt αἱ μετ' ἀφροσύνης καὶ τῆς ἄλλης κακίας ἑπόμεναι ἡδοναὶ, ut quæ mixtionis bonitatem perturbent, quæ quidem esse debet ὅτι καλλίστη καὶ ἀστασιαστοτάτη. Hesych. 'Αστασίαστον· ἀθόρυβον. Nam ita demum ex ea; quid bonum sit et in homine et in tota rerum natura (ἐν τῷ παντὶ) intelligi poterit. Memorabile est, quod hic adjicitur, καὶ τίνα ἰδέαν αὐτὴν εἶναί ποτε μαντευτέον. Quæ verba videntur nonnullos in eam deduxisse opinionem, ut de *idea boni* cogitandum existimarent. Verum enim quæritur nunc de ἰδέᾳ boni, quod in hominum vita et rerum natura insit, non de idea boni absoluti, quod dicitur. Locus autem videtur vitiosus. Legendum arbitror: πέφυκεν τἀγαθὸν, καὶ τίνα ἰδέαν αὐτοῦ εἶναί ποτε μαντευτέον. Ficinus: *quid in homine et universo suapte natura sit bonum, quamve ideam ipsius existere divinandum.*—Verbum μαντεύεσθαι passim *augurandi* significatione occurrit. Lysid. p. 216. D. Λέγω γὰρ τἀγαθὸν καλὸν εἶναι· σὺ δ' οὐκ οἴει; Ἔγωγε. Λέγω τοίνυν ἀπομαντευόμενος, τοῦ καλοῦ τε καὶ ἀγαθοῦ φίλον εἶναι τὸ μήτε ἀγαθὸν μήτε κακόν· πρὸς ἃ δὲ λέγων μαντεύομαι, ἄκουσον. Stalb.

μαντευτέον. Ἆρ'[f] οὐκ ἐμφρόνως[g] ταῦτα καὶ ἐχόντως[h]
II. iii. 246. ἑαυτὸν τὸν νοῦν φήσομεν ὑπέρ τε ἑαυτοῦ[i] καὶ μνήμης καὶ δόξης ὀρθῆς ἀποκρίνασθαι τὰ νῦν ῥηθέντα;

ΠΡΩ. Παντάπασι μὲν οὖν.

§. 153. ΣΩ. Ἀλλὰ μὴν καὶ τόδε[j] γε ἀναγκαῖον, καὶ[k] οὐκ ἄλλως ἄν ποτε γένοιτο[l] οὐδ' ἂν ἕν.

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

ΣΩ. Ὧι μὴ μίξομεν[n] ἀλήθειαν, οὐκ ἄν ποτε τοῦτ'[o] ἀληθῶς γίγνοιτο οὐδ' ἂν γενόμενον[p] εἴη.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ ἄν;[q]

§. 40. F. ΣΩ. Οὐδαμῶς. ἀλλ' εἴ τινος ἔτι προσδεῖ τῇ συγκράσει ταύτῃ, λέγετε σύ τε[r] καὶ Φίληβος. ἐμοὶ μὲν[s] γὰρ καθαπερεὶ κόσμος τις ἀσώματος ἄρξων καλῶς ἐμψύχου σώματος[t] ὁ νῦν λόγος ἀπειργάσθαι[u] φαίνεται.

*ς.—[e] τε om Σ.—[f] ἆρ' οὖν Σ, ἂν Π.—[g] εὐφρόνως pr Π.—[h] ἔχοντος 𝔄Π et pr Δ, οὐκ ἐχόντως Λ.—[i] αυτοῦ 𝔄.—[j] τό pr Δ.—[k] ὡς Σ.—[l] ἄν ποτε γένοιτο om pr Ξ, γε-
ω o
νοιτο...ποτε om Σω, οὐδ'...γίγνοιτο om pr EF.—[n] μίξομεν B, μίξωμεν C, μίξωμεν 𝔄 ΔΛΠFH.—[o] τοῦτ' Γ.—[p] πινόμενον Π.—[q] οάν 𝔄.—[r] σύ σε ΔΠ, καὶ σὺ ΞF: σὺ *ς.—[s] μὲν om F et pr Ξ.—[t] ἄρξων καλῶς ἐμψύχου σώματος om ΓΛΞΣBCEHw et pr F.

καὶ ἐχόντως ἑαυτὸν τὸν νοῦν] Mira est Stephani ad hunc locum adnotatio, ita scribentis: 'Suspicor Platonem scripsisse *νουνεχόντως*, aptissime utentem hoc adverbio ex nomine *νοῦς* composito, quum *περὶ τοῦ νοῦ* loquatur. Conatus est tamen et Ficinus ex altera lectione aliquem sensum eruere, quasi *ἐχόντως* dici posset.' Ficinus, hic Stephano longe elegantior, vertit: *et tanquam sui compotem*. Recte vero. Nam quum et *νουνεχόντως* continua scriptura dicatur, unde nomen *νουνέχεια* descendit, quod legitur in Stobæi Ecl. Eth. p. 106. ed. Heeren. et vero etiam inverso ordine *ἐχόντως νοῦν*, ut Platon. de Legg. iii. 7. ed. Ast. Isocrat. ad Philipp. p. 80. de Pace p. 161. Panathen. p. 278. ed. Coray. lepide potuit *ἐχόντως ἑαυτὸν* de *νῷ* dici, salvis analogiæ legibus. Accedit quod omnes libri pronomen *ἑαυτὸν* tuentur.—Deinde non assentior Heusdio, *μνήμην* cum *δόξᾳ ὀρθῇ* inepte conjungi rato atque corrigenti: *καὶ ἐπιστήμης καὶ δόξης ὀρθῆς*. Has enim voces sæpissime copulari. Quasi vero ab initio dialogi non hæc legerentur: *τὸ φρονεῖν καὶ τὸ νοεῖν καὶ τὸ μεμνῆσθαι καὶ τὰ τούτων ξυγγενῆ, δόξαν τε ὀρθὴν καὶ ἀληθεῖς λογισμούς*. Habes hic quoque, opinor, *μνήμην καὶ νοῦν* conjunctos. Nec video, quid offensionis habeat, quod nunc memoriæ mentio injicitur. Stalb.

§. 153. *οὐδ' ἂν γενόμενον*] Steph. '*γρ. οὐδ' ἂν ἓν γενόμενον*.' Quæ quidem est Bas. 2. lectio. Fisch.

λέγετε σύ τε καὶ Φίληβος] Vett. editt. omnes omittunt particulam *τε*, quam, postulante Platonis usu, cum Bekkero inseruimus. Exempla hujus usus larga manu præbet Heindorf. ad Sophist. p. 278. Stalb.

ἐμοὶ μὲν γὰρ καθαπερεὶ—ἀπειργάσθαι φαίνεται] Cod. Palatin. apud Creuzer. Melet. part. i. p. 104. omittit et particulam *γὰρ* et verba *ἄρξων—σώματος*. Male. Nam quod *ὁ λόγος* dicitur peractus esse, *καθαπερεὶ κόσμος τις ἀσώματος ἄρξων καλῶς ἐμψύχου σώματος*; id, modo rem adhuc tractatam accurate tenueris, egregie sane et ad rem præsentem aptissime dictum esse intelliges. Descripta est adhuc mixtionis ratio, atque ostensum, quænam ejus elementa esse debeant, ita ut *τὸ πέρας, τὸ ἄπειρον* et *τὸ ξυμμισγό-*

ΠΡΩ. Καὶ ἐμοὶ τοίνυν, ὦ Σώκρατες, οὕτω λέγε δεδόχθαι.[v]

§. 154. ΣΩ. Ἆρ᾽ οὖν ἐπὶ μὲν τοῖς τοῦ ἀγαθοῦ νῦν ἤδη προθύροις καὶ τῆς οἰκήσεως ἐφεστάναι τῆς τοῦ τοιούτου λέγοντες ἴσως ὀρθῶς[w] ἄν τινα τρόπον φαῖμεν;[x]

ΠΡΩ. Ἐμοὶ γοῦν δοκεῖ.

ΣΩ. Τί δῆτα ἐν τῇ ξυμμίξει τιμιώτατον ἅμα καὶ μάλιστ᾽ αἴτιον[y] εἶναι δόξειεν ἂν ἡμῖν τοῦ πᾶσι γεγονέναι προσφιλῆ τὴν τοιαύτην διάθεσιν; τοῦτο γὰρ ἰδόντες μετὰ τοῦτ᾽ ἐπισκεψόμεθα,[z] εἴθ᾽ ἡδονῇ εἴτε τῷ[a] νῷ προσφυέστερον[b] καὶ II. iii. 247.
οἰκειότερον ἐν τῷ παντὶ ξυνέστηκεν.[c]

ΠΡΩ. Ὀρθῶς· τοῦτο γὰρ εἰς τὴν κρίσιν ἡμῖν[d] ἐστὶ[e] ξυμφορώτατον.

ΣΩ. Καὶ[f] μὴν καὶ ξυμπάσης γε μίξεως οὐ χαλεπὸν ἰδεῖν τὴν αἰτίαν, δι᾽ ἣν ἢ παντὸς[g] ἀξία γίγνεται ἡτισοῦν ἢ τὸ παράπαν οὐδενός.

ΠΡΩ. Πῶς λέγεις;

ΣΩ. Οὐδείς που[h] τοῦτο ἀνθρώπων ἀγνοεῖ.

—[u] ἀπειργάσασθαι Λ.—[v] δεδέχθαι Γw.—[w] ὀρθῶς 𝔄ΔΠ, ὀρθὴν Η: ὀρθὸν *s.—[x] φαμὲν 𝔄ΔΠ.—[y] ἄρτιον Γ.—[z] ἐπισκεψόμεθα 𝔄ΞΠ et pr Δ, ἐπισκεψάμεθα Η: ἐπισκεψώμεθα *s.—[a] τῷ add 𝔄ΓΔΛΠΣΒΕΗw.—[b] προσφυέστερον Heusdius: libri προσφυές τε.—[c] ξ. ΛC.—[d] ἡμῶν Σ.—[e] ἐστὶν ante εἰς ponunt ΞF.—[f] καὶ post μὴν add ΔΠ.—[g] πάντως Π, πάντως (ὸς) 𝔄.—[h] που 𝔄ΔΠΣ: πω *s.—[i] μέτρου ΓΔΛΞΠCFHw:

μενον in mixtione ista jam nunc conspiciantur. Superest nihil nisi ut τὸ αἴτιον exploretur. Quum vero mixtionis ratio a Mente regatur, ὁ λόγος dicitur κόσμος ἀσώματος, et quoniam, quomodo voluptates cum sapientia copulandæ, sint ab eo docetur, hæ ipsæ cum illa conjunctæ ἔμψυχον σῶμα vocantur. Quippe voluptates constituunt veluti corpus, sapientia vero ψυχήν. Ita locum satis intricatum explicandum arbitror. Stalb.

§. 154. ἐπισκεψόμεθα] Scripsi cum Bekk. ἐπισκεψόμεθα. Reliquæ editt. ἐπισκεψώμεθα. Deinde pro εἴτε νῷ Bekk. εἴτε τῷ νῷ. Quod non recepimus, quia reliquæ editt. omnes articulum, hic non unice necessarium, omittunt. Denique vulgo: προσφυές τε καὶ οἰκειότερον, quæ, turpiter vitiata, egregie sanavit Heusdii sollertia, qui προσφυέστερον rescribendum esse vidit. Recepit hanc emendationem etiam Bekk. Sic infra p. 67. A. μυρίῳ γ᾽ αὖ νοῦς ἡδονῆς οἰκειότερον καὶ προσφυέστερον πέφανται νῦν τῇ τοῦ νικῶντος ἰδέᾳ. Stalb.

ἔσται ξυμφορώτατον] Ita cum Cornario scribendum judicavi. Editt. omnes ἐστὶ ξυμφορώτατον. Ald. Bas. 1. 2. τοῦτο γάρ ἐστιν εἰς τὴν κρίσιν ἡμ. ἔστι ξυμφορώτατον. Prius ἐστιν Stephanus recte ejecit. Ceterum etiam Ficinus futurum tempus in suo cod. invenit. Vertit enim: *Id enim ad disceptationem nostram maxime conferet*. Stalb.

καὶ μὴν ξυμπάσης γε] Bekk. evulgavit καὶ μὴν καὶ ξυμπάσης γε, quod mihi valde displicet, ut qui secundi καὶ nullam hic esse potestatem existimem. Neque vett. edd. illud habent. Stalb.

οὐδεὶς που] Ita dudum rescripseram, editione Bekkeriana nondum inspecta, vett. editt. omnes male οὐδεὶς πω. Idem obsedit Hipp. Major. p. 295. C. ἀλλὰ μέντοι δυνάμει γε δύνανται οἱ δυνάμενοι·

ΠΡΩ. Τὸ ποῖον;

§. 155. ΣΩ. Ὅτι μέτρου[i] καὶ τῆς ξυμμέτρου φύσεως μὴ τυχοῦσα ἡτισοῦν καὶ ὁπωσοῦν ξύγκρασις πᾶσα ἐξ ἀνάγκης ἀπόλλυσι τά τε κεραννύμενα καὶ πρώτην ἑαυτήν.[j] οὐδὲ γὰρ κρᾶσις, ἀλλά τις ἄκρατος ξυμπεφορημένη ἀληθῶς ἡ τοιαύτη γίγνεται ἑκάστοτε ὄντως τοῖς κεκτημένοις ξυμφορά.

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Νῦν δὴ καταπέφευγεν ἡμῖν[k] ἡ τἀγαθοῦ δύναμις εἰς τὴν τοῦ καλοῦ φύσιν. μετριότης γὰρ καὶ ξυμμετρία κάλλος δή που καὶ ἀρετὴ πανταχοῦ ξυμβαίνει γίγνεσθαι.

ΠΡΩ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΣΩ. Καὶ μὴν ἀλήθειάν γε ἔφαμεν αὐτοῖς[l] ἐν τῇ κράσει μεμίχθαι.

II. iii. 248. ΠΡΩ. Πάνυ γε.

II. 65. ΣΩ. Οὐκοῦν εἰ μὴ μιᾷ δυνάμεθα ἰδέᾳ τὸ ἀγαθὸν θηρεῦσαι,[m] σὺν τρισὶ λαβόντες, κάλλει καὶ ξυμμετρίᾳ[n] καὶ

μέτρον *ϛ.—[j] αὐτήν 𝔄.—[k] ἡμῖν 𝔄ΔΠ : ἡμᾶς *ϛ.—[l] ἑαυτοῖς 𝔄ΔΠ.—[m] θησαυρίσαι

οὐ γάρ που ἀδυναμίᾳ γε; nam inanis est Heindorfii hac de re dubitatio. Eodem modo corrigenda sunt loca Sophist. p. 243. E. Cratyl. p. 438. C. de Legg. vii. p. 808. D. Alia vero ratio est eorum locorum, quæ protulit Heindorf. ad Gorg. §. 3. Stalb.

§. 155. *ὅτι μέτρου*] Ald. *ὅτι μέτρον*, quod cum Bekk. in *ὅτι μέτρου* mutavi. Bas. 1. 2. *ὅτι μέτρουν*. Junxit philosophus *μέτρου καὶ τῆς συμμέτρου φύσεως* tanquam synonyma. Sententia hæc est: *Unaquæque mixtura, nisi certo quodam modo fiat, ita ut singulæ partes inter se concordent, et ea pessumdat, e quibus constat, et primum omnium semet ipsam.* Stalb.

ἡτισοῦν καὶ ὁπωσοῦν] Sydenhamus mavult *ἡτισοῦν καὶ ὁπόσα οὖν*. Male. Quanquam dubitari potest, an vulgata non sit genuina, quum Ficinus vertat: *Quod quæcunque et qualiscunque mixtio mensuræ.* Videtur ille legisse *ἡτισοῦν καὶ ὁποί' οὖν*. Consentiunt tamen editt. vett. et recentt. omnes in vulgata lectione, quæ quum utique habeat, quo defendatur, nullam mutationis necessitatem esse arbitramur. Stalb.

ξυμπεφορημένη—ξυμφορὰ] Est lusus alliterationis, quem eleganter æmulatur Schleiermacheri versio: *ein zusammengewehetes Wehe.* Stalb.

νῦν δὴ καταπέφευγεν ἡμᾶς ἡ τἀγαθοῦ δύναμις] Valde memorabilis est hic locus, in quo boni elementa recensentur. Notandus autem vocabuli *μετριότης* usus, quo eam indicat alicujus rei virtutem, qua justam mensuram, justum modum tenet. Refertur vero *μετριότης* ad prægressum *μέτρον*; *ξυμμετρία* autem ad *ξύμμετρον φύσιν*. Ex utraque enascitur *τὸ κάλλος*, quemadmodum ad ipsam symmetriam *ἡ ἀλήθεια* requiritur. Videre hinc licet, quænam inter pulcrum et bonum intercedat necessitudo. Sed hæc obiter. Plura enim hac de re supra exposuimus. Stalb.

οὐκοῦν εἰ μὴ μιᾷ—θηρεῦσαι] Imago a venatione petita. Conferri meretur huic loco venustissima illa allegoria de Republ. ii. p. 432. B. C. D. qui locus tamen longior est, quam ut huc transscribatur. De usu voc. *θηρεύειν* cfr. Heusde Specim. Crit. p. 87. Wyttenbachii Epist. Crit. p. 5. Stalb.

ἀληθείᾳ, λέγωμεν ὡς τοῦτο οἷον[o] ἓν ὀρθότατ' ἂν αἰτιασαίμεθ' ἂν[p] τῶν ἐν τῇ ξυμμίξει, καὶ διὰ τοῦτο ὡς ἀγαθὸν ὂν τοιαύτην αὐτὴν[q] γεγονέναι.

ΠΡΩ. Ὀρθότατα μὲν οὖν.[r]

§. 156. ΣΩ. Ἤδη τοίνυν, ὦ Πρώταρχε, ἱκανὸς[s] ἡμῖν §. 41. F. γένοιτ' ἂν ὁστισοῦν κριτὴς ἡδονῆς τε πέρι καὶ φρονήσεως, ὁπότερον αὐτοῖν τοῦ ἀρίστου ξυγγενέστερόν τε καὶ τιμιώτερον ἐν ἀνθρώποις τέ ἐστι καὶ θεοῖς.[t]

ΠΡΩ. Δῆλον μέν, ὅμως δ' οὖν[u] τῷ λόγῳ ἐπεξελθεῖν[v] βέλτιον.

ΣΩ. Καθ' ἓν ἕκαστον τοίνυν τῶν τριῶν πρὸς τὴν ἡδονὴν καὶ τὸν νοῦν κρίνωμεν. δεῖ[w] γὰρ ἰδεῖν ποτέρῳ μᾶλλον ξυγγενὲς ἕκαστον αὐτῶν ἀπονεμοῦμεν.

ΠΡΩ. Κάλλους καὶ ἀληθείας καὶ μετριότητος πέρι λέγεις;

ΣΩ. Ναί. πρῶτον δέ γε ἀληθείας λαβοῦ, ὦ Πρώταρχε· καὶ λαβόμενος, βλέψας εἰς τρία, νοῦν καὶ ἀλήθειαν καὶ ἡδονήν, πολὺν ἐπισχὼν χρόνον, ἀπόκριναι[x] σαυτῷ πότερον ἡδονὴ ξυγγενέστερον ἢ νοῦς ἀληθείᾳ.

ξ
ΓΛΣΒCEFHw.—[n] ξ. ΛΣΗw, σ. B.—[o] οἷον om pr F.—[p] ἂν om pr Σ.—[q] αὐτὴν om Σ.—[r] ἦν Π.—[s] ἱκανῶς Π et pr Δ.—[t] καὶ ἐν θεοῖς w.—[u] οὖν 𝔄ΓΔΛΞΠΣBCw: αὖ *ς.—[v] ἐπελθεῖν 𝔄ΔΠ.—[w] δεῖν Π.—[x] ἀπόκρινε w.—[y] ἀλαζονίστατον 𝔄Π cum pr

ἂν αἰτιασαίμεθ'] Cave scribendum putes: ἂν αἴτιον αἰτιασαίμεθα τῶν ἐν τῇ μίξει. De Republ. ii. p. 379. D. καὶ τῶν μὲν ἀγαθῶν οὐδένα ἄλλον αἰτιατέον· τῶν δὲ κακῶν ἄλλ' ἄττα δεῖ ζητεῖν τὰ αἴτια, ἀλλ' οὐ τὸν θεόν. Phædon. p. 98. B. ὁρῶ ἄνδρα τῷ μὲν νῷ οὐδὲν χρώμενον, οὐδέ τινας αἰτίας ἐπαιτιώμενον εἰς τὸ διακοσμεῖν τὰ πράγματα, ἀέρας δὲ καὶ αἰθέρας καὶ ὕδατα αἰτιώμενον καὶ ἄλλα πολλὰ ἄτοπα. Ibid. p. 98. D. καὶ αὖ περὶ τοῦ διαλέγεσθαι ὑμῖν ἑτέρας τοιαύτας αἰτίας λέγοι, φωνάς τε καὶ ἀέρας καὶ ἀκοὰς καὶ ἄλλα μυρία τοιαῦτα αἰτιώμενος. Stalb.

§. 156. καθ' ἓν ἕκαστον τοίνυν κ. τ. λ.] Inde ab his verbis exscripsit totum hunc locum Eusebius in Præp. Evang. xiv. c. 22. p. 770. ed. Col. Particulam etiam habet Stobæus Eclog. Eth. vi. p. 64. Ex utroque lectionis diversitatem adnotabimus.—Significat Socrates, tria illa, pulcritudinem, symmetriam et veritatem seorsim esse cum mente et voluptate conferenda, quo intelligatur, utri, menti an voluptati, ea sint similiora. Stalb.

καθ' ἓν ἕκαστον] Ut Euthyd. p. 293. D. καθ' ἓν ἕκαστον ἐρωτώμενοι. Xenoph. Cyrop. i. 6. 22. καθ' ἓν δὲ ἕκαστον περὶ τούτων σκοπῶν γνώσει, ὅτι ἀληθῆ λέγω· Hellen. i. 7. 20. Demosth. Olynth. ii. p. 25. καθ' ἕνα αὐτῶν ἕκαστον ἐν μέρει. Philipp. iii. p. 116. Stalb.

πρὸς τὴν ἡδονὴν—κρίνωμεν] De Republ. x. p. 612. B. ἵνα αὐτὴ ἡ δικαιοσύνη πρὸς ἀδικίαν αὐτὴν κριθείη. Isocrat. Paneg. p. 43. ed. Mor. οὐδὲ πρὸς ἀργύριον τὴν εὐδαιμονίαν ἔκρινον, ἀλλ' οὗτος ἐδόκει πλοῦτον ἀσφαλέστατον κεκτῆσθαι καὶ κάλλιστον, ὅστις τυγχάνοι τοιαῦτα πράττων, ἐξ ὧν αὐτός τε μέλλοι μάλιστα εὐδοκιμήσειν καὶ τοῖς παισὶ μεγίστην δόξαν καταλείψειν. Male Stobæus καὶ τὸν νοῦν κρίνομεν. Stalb.

II. iii. 249. §. 157. ΠΡΩ. Τί δὲ χρόνου δεῖ; πολὺ γάρ, οἶμαι, διαφέρετον. ἡδονὴ μὲν γὰρ ἁπάντων ἀλαζονίστατον,[y] ὡς δὲ[z] λόγος, καὶ ἐν ταῖς ἡδοναῖς ταῖς περὶ τἀφροδίσια,[a] αἳ δὴ μέγισται δοκοῦσιν εἶναι, καὶ τὸ ἐπιορκεῖν[b] συγγνώμην εἴληφε παρὰ θεῶν, ὡς καθά περ παίδων τῶν ἡδονῶν νοῦν οὐδὲ τὸν[c] ὀλίγιστον[d] κεκτημένων· νοῦς δὲ ἤτοι ταὐτὸν καὶ ἀλήθειά ἐστιν ἢ πάντων ὁμοιότατόν τε καὶ ἀληθέστατον.

ΣΩ. Οὐκοῦν τὸ[e] μετὰ τοῦτο τὴν μετριότητα ὡσαύτως[f] σκέψαι, πότερον ἡδονὴ φρονήσεως ἢ φρόνησις ἡδονῆς πλείω κέκτηται;

ΠΡΩ. Εὔσκεπτόν[g] γε[h] καὶ ταύτην[i] σκέψιν προβέβλη-

Δ et corr Σ: ἀλαζονέστατον *ς.—[z] δὴ 𝔲.—[a] τἀφροδίσια ΔΛΠ, ἀφροδίσια (omisso articulo) Σ: τὰ ἀφροδίσια *ς.—[b] περιορκεῖν Γ.—[c] νῦν οὐδὲ τὸ Λ.—[d] ὀλιγοστὸν Π.—[e] τὸν Η.—[f] ὡσαύτως 𝔄ΔΠ, αὖ οὕτως corr Σ: ὡς οὕτως *ς.—[g] εὐάσκεπτον Η.—

πολὺν ἐπισχὼν χρόνον] I. e. *σκεψάμενος.*—Pro *ἡδονὴ ξυγγενέστερον* Bas. 2. vitiose *ἡδονῇ ξυγγενέστερον.* Stalb.

ἡδονὴ μὲν γὰρ ἁπάντων κ. τ. λ.] Laudat hæc verba usque ad *κεκτημένων* Athenæus xii. p. 511. Eusebius habet *τὸ ἀλαζονέστατον.* Quod non probo. Nam *ἡδονὴ* est subjectum. Pertinet huc glossa Timæi p. 22. *Ἀλαζών· ψευδής.* Verissime! Hinc sæpenumero *ψευδὴς* et *ἀλαζὼν*, *ἀπατηλὸς* et *ἀλαζὼν*, *ψεῦδος* et *ἀλαζονεία* junguntur. Cfr. Ruhnken. ad l. c. Hemsterhus. ad Lucian. Dialog. Mort. 38. p. 447.—Mox apud Athen. *ἃ δὴ μέγιστα.* Quod bene correxit Casaub. Stalb.

§. 157. *ἐπιορκεῖν—παρὰ θεῶν*] Notissima est antiquitatis opinio, perjuria amantium a diis non puniri. Pausanias in Platon. Sympos. §. 10. *ὃ δὲ δεινότατον, ὥς γε λέγουσιν οἱ πολλοὶ, ὅτι καὶ ὀμνύντι μόνῳ ξυγγνώμη παρὰ θεῶν, ἐκβάντι τὸν ὅρκον· ἀφροδίσιον γὰρ ὅρκον οὔ φασιν εἶναι.* Plura collegerunt interpt. ad Callimachi Epigram. xxvi. ad Tibulli eleg. i. 4. 21. iii. 6. 29. Casaubon. ad Athen. p. 827. Jacobs. ad Anthol. Gr. v. i. p. ii. p. 261.—Mox pro *τῶν ἡδονῶν* apud Euseb. *τῶν ἡδομένων.* Quod fluxit ex interpretamento. Pro *οὐδὲ τὸν ὀλίγιστον κεκτημένων* Athenæi libri *οὐδὲ τὸν λογισμὸν κεκτημ.* Pessime. Euseb. *οὐδὲ τὸν ὀλίγοστον.* Ibidem mox *καὶ ἀλήθειά γέ ἐστιν.* Sed particula *γε* ab hoc loco aliena esse videtur. Stalb.

ὡσαύτως] Alia lectio [apud Cornar.] invenitur *ὡσαύτως*, quam pro hac *ὡς οὕτως* substitui necesse puto. Steph.

ὡσαύτως σκέψαι] Ald. Bas. 1. 2. Stob. *ὡς οὕτως.* Quod Fischer ita defendit, ut *οὕτως* idem significare dicat, quod *αὕτως.* Vid. ejus not. ad Apolog. §. 20. Sed operam et oleum perdidit. Euseb. diserte *ὡσαύτως*, idque Steph. et Bekk. merito in textum receperunt. Tum Euseb. *σκέψῃ* pro *σκέψαι.* Quod non probo. Stalb.

πότερον ἡδονὴ] Viger. ad Euseb. ita scribit: ‘Dubium non est, quin hæc corrupta sint. Quærebatur enim, utra esset mediocritati similior, mens an voluptas, non autem, utrum plus in voluptate prudentiæ, an voluptatis in prudentia esset. Repone *πότερον ἡδονὴ μετριότητος ἢ φρόνησις* vel *νοῦς πλείω κέκτηται.*’ Erravit vir bonus; omnia sana sunt. Verba ita cohærent: *οὐκοῦν τὸ μετὰ τοῦτο ὡσαύτως σκέψαι, πότερον ἡδονὴ πλείω μετριότητα κέκτηται φρονήσεως* (i. e. *ἢ φρόνησις*) *ἢ φρόνησις* (*πλείω μετριότητα κέκτηται*) *ἡδονῆς* (h. e. *ἢ ἡδονή*). Constructio hodie vel tironibus nota. Exempla Platonica collegit Heusdius Specim. Crit. p. 51. Stalb.

εὔσκεπτόν γε καὶ ταύτην σκέψιν προβέβληκας] H. e. *εὔσκεπτον σκέψιν προβέβληκας ταύτην* sc. *τὴν σκέψιν.* Noli igitur *ταύτην τὴν σκέψιν* scribere. *Εὔσκεπτος* dicitur *σκέψις*, quæ facile fieri potest, facilis est judicatu. Sic in Phædro §. 30. dives amasius vocatur non tam *εὐάλωτος καὶ εὐμεταχείριστος*, quam pauper. Stalb.

κας. οἶμαι γὰρ ἡδονῆς μὲν[j] καὶ περιχαρείας[k] οὐδὲν τῶν ὄντων πεφυκὸς ἀμετρώτερον[l] εὑρεῖν ἄν τινα, νοῦ δὲ καὶ[m] ἐπιστήμης ἐμμετρώτερον οὐδ' ἂν ἕν ποτε.

ΣΩ. Καλῶς εἴρηκας. ὅμως δ' ἔτι λέγε τὸ τρίτον. νοῦς ἡμῖν κάλλους μετείληφε πλέον[n] ἢ τὸ τῆς ἡδονῆς γένος,[o] ὥστε εἶναι καλλίω νοῦν ἡδονῆς, ἢ τοὐναντίον;

§. 158. ΠΡΩ. Ἆρ' οὖν φρόνησιν[p] μὲν καὶ νοῦν, ὦ Σώ-

[h] τε ΛCH.—[i] ταύτην τὴν w.—[j] μὲν om Σ.—[k] περιχαρίας C.—[l] ἀμετρώτερον et mox ἐμμετρώτερον 𝔄Π et pr Δ: ἀμετρότερον...ἐμμετρότερον *ς.—[m] καὶ om H.—[n] πλέον Γ: πλεῖον *ς.—[o] γένος (μ ρ supra) BCEF, μέρος ΞΗw. γένος...ἡδονῆς om Γ.—[p] οὖν ἢ

περιχάρειας] Cfr. Pollux iii. 97. ἡ δὲ περιχαρία τὸ ἀμέτρως χαίρειν δηλοῖ. Sed ibi cod. Jungermann. scriptum tenet περιχαρεία, quod in περιχάρεια mutandum judicarunt. Stalb.

ἐμμετρότερον] Quod voluptate nihil dicitur esse ἀμετρότερον, id hoc loco significat, nihil illa magis μετριότητι adversari. Similis verbi usus Erast. p. 134. D. Epistol. viii. p. 354. D. Polit. vi. init. Ceterum retinuimus formam ἀμετρότερον et ἐμμετρότερον, quam præstant Ald. Bas. 1. 2. ἀμετρώτερον et ἐμμετρώτερον scripsit Bekk. fortasse Porsoni auctoritatem secutus, qui ad Eurip. Phœn. 1367. in hujusmodi adjectivis, quæ penultimam syllabam positivi habeant brevem, comparativorum antepenultimam produci jussit. Qua in re lapsum esse virum egregium recte monuit Buttmannus Gr. Gr. t. i. p. 263. Stalb.

ὅμως δ' ἔτι λέγε τὸ τρίτον] Cfr. Heind. ad Hipp. Major. p. 139. Frustra Heusdius p. 110. ὁμοίως δ' ἔτι λέγε tentavit. —Dein scripsi μετείληφε πλέον ex Eusebio. Ceteræ editt. μετείληφε πλεῖον. Cfr. Buttmann. l. c. p. 274. Stalb.

§. 158. ἆρ' οὖν] 'ἄρ' οὖν Ficinus legit, ut non sit interrogatio.' Steph.

ἆρ' οὖν] Affirmare velle Protarchum, quæ Socrates interrogavit, nemo non videbit. Cui quidem consilio quum particulæ ἆρ' οὖν, quæ in omnibus editt. extant, repugnare viderentur, Stephanus ἄρ' οὖν legi jussit, Fischero non improbante. Vid. ejus not. ad Euthyphr. §. 5. Ego vero ita scribere non licuisse Græcis contendo, sed ab initio periodorum ἆρ' οὖν dicendum esse arbitror. *Etenim ἆρ' οὖν eodem modo, ut οὐκοῦν paullatim similiter in affirmatione usurpari cœpit, quum initio per interrogationem cum negatione junctam affirmaret.* Quæ sunt verba Hermanni ad Soph. Antig. 628. ed. Erfurdt. min. Innumeris enim locis ἆρα pro ἆρ' οὐ, ut Latinorum *ne* pro *nonne*, et *num* pro *annon* usurpatur. cfr. Schæfer. Melet. Crit. p. 89. Gœrenz. ad Cic. de Legg. ii. 5. Ernesti in Clav. Cic. s. v. *num*. Præcipue vero formulam ἆρ' οὖν pro ἆρ' οὖν οὐκ usurpatam esse reperimus. cfr. Heindorf. ad Theætet. §. 137. et ad Cratyl. §. 12. Quod quum fit, is, qui interrogat, ab altero aientem responsionem datum iri expectat, eoque ipso illud, quod per interrogationem negative significat, tacite secum asserit. Hinc factum est, ut Græci, qua erant ingenii volubilitate, eadem particula, quam in interrogationibus negantibus adhibebant, etiam in enuntiationibus aientibus uterentur. Nec vero ullo modo assentiri possum Bœckhio in præfat. ad Simon. Socrat. p. xxxi. et Heindorfio ad Charmid. §. 15. qui ἄρα scribendum ducunt, ubi particula ista, ab initio periodorum collocata, concludendi habeat significationem. Nam primo codicum fidei his in rebus parum tribuendum, quippe qui eo inconstantiæ progrediantur, ut si ab illis solis pendeas, nunquam certi quidquam hac de re pronuntiare ausurus sis. Deinde quod attinet ad loca poetarum, in quibus quominus ἆρα ab initio periodi scribatur, metri rationes prohibere videantur, nusquam ἄρα metro postulatur ubi hæc particula initio periodorum ponitur, et erravit Valckenar. ad Hippol. 315. Quodsi alio loco collocatur, alia est vincti sermonis ratio, alia soluti, quodque in pedestris orationis scriptoribus ἆρα sonat, id in poetis, pro metri necessitate, modo ἆρα modo ἄρα scriptum esse videmus.

κρατες, οὐδεὶς πώποτε οὔθ᾽ ὕπαρ οὔτ᾽ ὄναρ αἰσχρὸν οὔτε εἶδεν οὔτε ἐπενόησεν οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὔτε γιγνόμενον οὔτε ὄντα οὔτε ἐσόμενον;

ΣΩ. Ὀρθῶς.

II. iii. 250. ΠΡΩ. Ἡδονὰς δέ γέ που, καὶ ταῦτα[q] σχεδὸν τὰς μεγίστας, ὅταν ἴδωμεν[r] ἡδόμενον[s] ὁντινοῦν, ἢ τὸ γελοῖον ἐπ᾽
II. 66. αὐταῖς ἢ τὸ πάντων αἴσχιστον ἑπόμενον ὁρῶντες αὐτοί τε αἰσχυνόμεθα καὶ ἀφανίζοντες κρύπτομεν ὅτι μάλιστα, νυκτὶ πάντα τὰ τοιαῦτα διδόντες, ὡς φῶς οὐ δέον[t] ὁρᾶν αὐτά.

ΣΩ. Πάντῃ δὴ φήσεις,[u] ὦ Πρώταρχε, ὑπό τε ἀγγέλων

φρόνησιν 𝔄Π et pr Δ.—[q] ταῦτα 𝔄ΓΔΛΠΒCΕΗ*w*, ταύτας cum *ς corr Σ.—[r] ἴδωμεν om Γ.—[s] ἡδόμενον om F.—[t] δὲ F.—[u] φύσεις Λ.—[v] ὡς post κτῆμα ponit Σ.—[w] τῃ

Vid. Hermann. ad Aristoph. Nub. v. 142. ad Vigerum p. 823. Denique quod gravissimi est hac in re momenti, quum ἄρα manifesto sit particula indefinita, cui eadem intercedit ratio cum interrogante vocula ἆρα, quæ obtinet inter voculas interrogantes πόθεν, ποῖ, ποῦ, πῶς al. et encliticas ποθὲν, ποὶ, ποὺ, πὼς al. ipsæ analogiæ leges vetant, quominus ἄρα in fronte periodorum collocetur. Hoc igitur certum puto, non licere hic ἄρ᾽ οὖν cum Stephano corrigere. Sed quæritur jam, num ἆρ᾽ οὖν tolerandum sit. Et hoc quidem præfracte nego. Nam ubicunque istud ἆρ᾽ οὖν usurpatur, adsit etiam aliquid necesse est, quod e proxime prægressis colligatur. Alioquin enim et vocula οὖν sensu cassa esset, neque interrogatio, quæ inest in vocula ἆρα, justam habitura rationem. Jam vero hoc loco nihil proxime prægreditur, e quo Protarchus, quam nunc profert, sententiam concludat. Imo potius simpliciter affirmat, quæ Socrates eum interrogaverat. Quare apertum est, in ἄρ᾽ οὖν aliud quid latere. Ac mihi quidem non dubium videtur, quin ἀλλ᾽ οὖν reponendum sit, quod satis constat in responsionibus usurpari. Quanquam bene novi, quid contra moneri possit. Stalb.

οὐδαμοῦ οὐδαμῶς] Ex Eusebio reduxi. Omnes Plat. editt. οὐδαμῇ οὐδαμῶς. Stalb.

γενόμενον] Mireris editorum pertinaciam, qui unanimi consensu vulgatam γιγνόμενον οὔτε ὄντα tueantur. Manifestum est, scribendum esse γενόμενον οὔτε οὖντα, quod in textu posuimus. Recte jam Ficinus: *nemo unquam aut revera aut falso deformem vel vidit vel aliquo pacto cogitavit, aut fuisse unquam aut esse aut deinde futurum.* Stalb.

πάντων αἴσχιστον] Stobæus πάντως αἴσχιστον. Male. Nec melius apud Eusebium statim post τὰ τοιαῦτα δόντες. Requiritur enim præsens tempus prægressis verbis ἀφανίζοντες κρύπτομεν. Ibidem mox ὡς φῶς οὐδέν. Pessime. Constructio hodie satis nota. Cfr. Viger. p. 329. et 569. Matth. Gr. Gr. §. 564. Stalb.

πάντῃ] Steph. 'παντὶ videtur Ficinus legisse.' nam vertit, *cunctis igitur—declarato.* Fisch.

πάντῃ δὴ φήσεις—φύσιν] Ficinus: *Cunctis igitur, o Protarche, et per nuntios et voce præsenti declarato.* Et sane istud πάντῃ vitii suspectum habeo. Quanquam enim sequentia ὑπό τε ἀγγέλων πέμπων καὶ παροῦσι φράζων per μερισμὸν adjecta esse videntur ad varias rationes, per πάντῃ universe significatas, uberius declarandas; tamen ista quidem notio a loci sententia aliena est. Quid enim? Num multum interesse dicemus, an quis omnibus modis hanc animi sententiam significet? Minime vero! Sed hoc potius aliquantum refert, an quis eam omnibus ubique libere fateatur. Hoc enim certæ et firmæ persuasionis indicium, neque vero illud. Quare nondum pœnitet conjecturæ jam olim excogitatæ: πᾶσι δὴ φήσεις. Qua recepta sensus existet hic: *omnibus igitur hoc dices et præsentibus, et absentibus, voluptatem nec primum bonum esse, nec secundum.* Formula ὑπ᾽ ἀγγέλων πέμπειν valet: *alicui per nuntios aliquid significare.* Ete-

πέμπων καὶ παροῦσι φράζων, ὡς[v] ἡδονὴ κτῆμα οὐκ ἔστι πρῶτον οὐδ' αὖ δεύτερον, ἀλλὰ πρῶτον μέν πῃ[w] περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον καὶ πάνθ'[x] ὁπόσα χρὴ τοιαῦτα[y] νομίζειν τὴν ἀΐδιον ᾑρῆσθαι[z] φύσιν.[a]

Π.—[x] πάνθ' Γ.—[y] χρὴ τοιαῦτα 𝔄ΔΠΣ : τοιαῦτα χρὴ *ς.—[z] ᾑρῆσθαι 𝔄ΔΠ : εἰρῆσ-

nim verba **κελεύειν, πέμπειν,** et similia sæpe sic usurpantur, ut alius cujusdam verbi significationem una involvant. Cfr. Observ. Miscell. v. ii. p. 282. 385. Wesseling. ad Diodor. Sic. xii. 9. p. 483. xiv. 112. p. 726. Schæfer. ad Lambert. Bos. p. 246. et p. 611. Hermann. in Museo Antiq. Stud. v. i. fasc. i. p. 124. Pro *ὑπ' ἀγγέλων πέμπειν* plerumque *δι' ἀγγέλων πέμπειν* dicitur. Cfr. Wesseling. ad Herodot. i. p. 34. Similiter tamen Thucydid. vi. 32. *ὑπὸ κήρυκος εὐχὰς ποιεῖσθαι* dixit. Frustra igitur Heind. Specim. Conject. p. 22. *ἄγγελον* tentabat, quo facto *ὑπὸ* per tmesin ad *πέμπων* trahendum. Quæ ratio hic quidem paullo durior. Quanquam probe memini, tmeseos usum apud Atticos non tam rarum esse, quam putant. Cfr. Matth. Gr. Gr. §. 594. 2. Bach. ad Xenoph. Sympos. viii. 17. Schæfer. ad Long. p. 417. in Melet. Crit. p. 68. not. 7. Koën. et Boissonade ad Gregor. Corinth. p. 449. ed. Schæf.—Ante *ἡδονὴ* in Euseb. *ὡς* deest. Stalb.

πρῶτον μέν πῃ περὶ μέτρον] Primum vitæ humanæ bonum dicit id, quod vitam moderari debeat, i. e. boni ideam, mente conceptam, quæ quidem ideo *τοῦ μετρίου* et *καιρίου* nomine vocatur, quoniam unice docet, qui modus servandus sit in omni vitæ conditione iis, qui ad veram vitæ felicitatem pervenire cupiunt. Sed locus non satis videtur expeditus. Ac primo quidem pro *τὴν ἀΐδιον ᾑρῆσθαι φύσιν* vett. editt. omnes exhibent *τὴν ἀΐδιον εἰρῆσθαι φύσιν*. Quam lectionem etiam Ficinus habuit, cujus versio hæc est: *quæcunque talia sempiternam vocem approbationemque dixisse putandum.* Miror præterea in his verba: *vocem approbationemque*, quæ unde sumserit interpres, non liquet. Heusdius p. 110. pro *εἰρῆσθαι* restitui jussit *εἰλῆφθαι*, quod sane vero proximum. Nam præferendum censeo, quod conjecit Schleiermach. recepit Bekk. *ᾑρῆσθαι*. *Εἰ* et *ῃ* sexcenties permutata esse satis constat, et facilius confundi potuerunt, quam litteræ *λ* et *ρ* atque *σ* et *φ*. Sed quæritur nunc, qui sensus verbis *καὶ πάντα ὁπόσα τοιαῦτα—ᾑρῆσθαι φύσιν* inesse dicendus sit. Ac illud quidem omnibus satis notum esse arbitror, *ἀΐδιον φύσιν* e Platonis decretis tribui *rerum ideis, s. æternis rerum exemplaribus*, de quibus dictum in prolegg. Quid igitur? num universus *mundus intelligibilis*, quem noster sibi finxerat animo, ad *τὸ μέτριον καὶ τὸ καίριον* referendus est? Nam si quæcunque *ἀΐδιον φύσιν* acceperunt ad *τὸ μέτριον* et *τὸ καίριον* pertinent, profecto nihil aliud dicitur, quam *omnes ideas* eo esse referendas. Quod neminem fugit quum per se valde esse ineptum, tum ab hujus loci sententia multum abhorrere. Jam vero si quærimus, quanam de caussa verba: *καὶ πάντα, ὁπόσα—φύσιν* addita sint, sequentia: *καὶ πάνθ' ὁπόσα τῆς γενεᾶς ταύτης αὖ ἐστιν* demonstrant, nihil aliud iis significari posse, quam alia etiam præter *τὸ μέτριον* et *τὸ καίριον* reperiri genera, quæ huc possint revocari. Et olim quidem verba *τὴν ἀΐδιον ᾑρῆσθαι φύσιν* e glossemate fluxisse opinabar, ita ut ea pronomen *τοιαῦτα* explicarent. Cujus opinionis nunc pœnitet, quum longe meliore via locum in integrum restituere liceat. *Τὸ μέτριον* et *τὸ καίριον* intelligi *boni ideam*, et in prolegomm. disputavi, et antea monui. Quare utrumque illud nactum est *ἀΐδιον φύσιν*. Possunt vero etiam alia *τῷ μετρίῳ* et *τῷ καιρίῳ* similia cogitari, quæ quoniam ad *τὸ μέτρον* pertinent, itidem adipiscuntur *φύσιν ἀΐδιον*. Hoc vero significari puto verbis *καὶ πάντα ὁπόσα τοιαῦτα χρὴ νομίζειν* ctr. Verum ut hic sensus efficiatur, scribendum est *καὶ πάντα ὁπόσα τοιαῦτα ὄντα χρὴ νομίζειν*. Quo facto sensus hic existet: *et omnia, quæ, quoniam talia sunt*, h. e. *quoniam similia sunt τῷ μετρίῳ et τῷ καιρίῳ, nacta sunt naturam sibi constantem atque æternam.* Sensus obscuritas fecisse videtur, ut participii defectus ad hunc usque diem texta corrumpat.—Sed aliud vitium hic residet. Scribendum enim *περὶ τὸ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον*. Ante *καίριον* male infertur *τὸ* apud Eusebium. Stalb.

ΠΡΩ. Φαίνεται γοῦν[b] ἐκ τῶν νῦν λεγομένων.

§. 159. ΣΩ. Δεύτερον μὴν περὶ τὸ[c] σύμμετρον καὶ καλὸν καὶ τὸ τέλεον καὶ ἱκανὸν καὶ πάνθ' ὁπόσα τῆς γενεᾶς αὖ ταύτης[d] ἐστίν.

ΠΡΩ. Ἔοικε γοῦν.

ΣΩ. Τὸ τοίνυν τρίτον, ὡς ἡ[e] ἐμὴ μαντεία, νοῦν καὶ φρόνησιν τιθεὶς[f] οὐκ ἂν μέγα τι τῆς ἀληθείας παρεξέλθοις.

ΠΡΩ. Ἴσως.

ΣΩ. Ἆρ' οὖν[g] οὐ τέταρτα,[h] ἃ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἔθεμεν,[i]
π. iii. 251. ἐπιστήμας τε καὶ τέχνας καὶ δόξας ὀρθὰς[j] λεχθείσας, ταῦτ'[k] εἶναι τὰ[l] πρὸς τοῖς τρισὶ τέταρτα,[m] εἴ περ τοῦ ἀγαθοῦ γέ[n] ἐστι μᾶλλον ἢ τῆς ἡδονῆς ξυγγενῆ;

ΠΡΩ. Τάχ' ἄν.

ΣΩ. Πέμπτας τοίνυν, ἃς ἡδονὰς ἔθεμεν ἀλύπους ὁρισάθαι *ς.—[a] φάσιν ΓΞΣCH, om ΔΠ.—[b] γοῦν 𝔄ΓΔΛΠΣBCHw : οὖν *ς.—[c] τὸ om E.—[d] αὖ ταύτης 𝔄ΓΔΛΠΣBCHw : ταύτης αὖ *ς.—[e] ἡ om pr Ξ.—[f] τεθεὶς Π.—[g] οὖν om 𝔄 et pr ΔΠ.—[h] τέτταρα w.—[i] αὐτῆς ἔθεμεν 𝔄ΔΠ : ἔθεμεν αὐτῆς *ς.—[j] ὀρθῶς Σ.—[k] ταύτας Π.—[l] τὰ om Γ.—[m] τέτταρα 𝔄ΔΠ.—[n] γε om 𝔄ΔΠ.—[o] ἐπιστήμαις

φαίνεται οὖν] Ficinus, *Apparet utique.* Legisse videtur *γοῦν*. Fisch.

ἔοικε γοῦν] Ex Eusebio revocavi. Dedit etiam Bekk. Ceteræ editt. omnes *ἔοικε οὖν*. Stalb.

§. 159. *δεύτερον μὴν*] Ante *δεύτερον* in edit. Ald. nomen Socratis deest. Male. Pro *μὴν* apud Euseb. *μέν*. Recte habet vulgata. Dein *τέλειον* ex Eusebio et Olympiodoro restitui. Euseb. *καὶ τὸ τέλειον καὶ τὸ ἱκανόν.* At vero articulus hic non recte iteratur, ubi *τέλειον καὶ ἱκανὸν* ut synonyma ponuntur. —Mox Euseb. mutato verborum ordine, *ἃ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἔθεμεν.* Nostram scripturam tuentur vett. editt. omnes. Stalb.

μᾶλλον [*ἢ*] *τῆς ἡδονῆς*] Editt. omnes *μᾶλλον ἢ τῆς ἡδονῆς.* Particulam *ἢ* suspectam habeo. Quæritur enim jam, utrum ista cum bono sint conjunctiora, quam voluptas, neque vero, sintne cum bono magis, quam cum voluptate conjuncta. Probe quidem memini, particulam *ἢ* post comparativos sæpe numero sequentibus genitivis abundanter inferri, ut Soph. Antig. *Τί δ' ἐστιν αὖ κακίον ἢ κακῶν ἔτι.* Thucyd. vii. 77. *ἤδη τινὲς καὶ ἐκ δεινοτέρων ἢ τοιῶνδε ἐσώθησαν*, ad quem locum interptt. Homerica exempla sat multa protulerunt. Adde quæ collegerunt Henr. Stephan. de Dialecto Attica p. 28. Toup. ad Longin. p. 321. Kœn. ad Gregor. Corinth. p. 89. ed. Schæf. Matth. Gr. Gr. §. 450. not. 2. At quis tandem hoc iis etiam locis recte fieri posse existimabit, ubi ex ista structura summa ambiguitas et obscuritas enascitur? Hoc igitur debebam Platonis divini manibus, ut particulam *ἢ* in vincula conjicerem. Num pietas mea justo major fuerit, judicent alii. Stalb.

πέμπτας τοίνυν, ἃς ἡδονὰς κ. τ. λ.] Hic proh dolor! jam rursus novis irretimur difficultatibus. Quinto loco ait ponendas esse voluptates puras, quæ solo animo percipiantur. Has dicit nominatas esse antea *καθαρὰς αὐτῆς ψυχῆς ἐπιστήμας.* At vero nihil hujusmodi in antecedentibus invenitur. Neque omnino intelligere me fateor, quomodo *ἡδοναὶ ἐπιστῆμαι* nominari potuerint. Quare omni dubitatione caret, hic quoque vitium aliquod irrepsisse. Si quid corruptum est, corruptum putovocabulum *ἐπιστήμας.* Sed fateor nullam dum me invenire potuisse probabilem ejus emendandi rationem. Itaque denuo in glossematis suspicionem deveni. Fac enim, voc. *ἐπιστήμας* deesse ; nihil certe ade-

μενοι, καθαρὰς ἐπονομάσαντες τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιστήμας,[o] ταῖς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπομένας;[p]

ΠΡΩ. Ἴσως.

ΣΩ. Ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ, φησὶν Ὀρφεύς, καταπαύσατε[q] κόσμον ἀοιδῆς, ἀτὰρ κινδυνεύει καὶ ὁ ἡμέτερος λόγος ἐν ἕκτῃ καταπεπαυμένος εἶναι κρίσει. τὸ δὴ μετὰ ταῦθ' ἡμῖν[r] οὐδὲν λοιπὸν πλὴν ὥς περ κεφαλὴν ἀποδοῦναι τοῖς εἰρημένοις.

ΠΡΩ. Οὐκοῦν χρή.

§. 160. ΣΩ. Ἴθι δή, τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι τὸν αὐτὸν §. 42. F.
διαμαρτυράμενοι λόγον ἐπεξέλθωμεν.[s]

corr Σ, ἐπιστήμης pr Ξ.—[p] ἑπόμεναι 𝔄.—[q] καταπαύσετε Σ et pr Ξ.—[r] ἡμῖν om Π.

rit, quod sensum perturbet; imo omnia ita erunt comparata, ut sensus existat satis idoneus. Verum enim vero grammaticam verborum structuram si spectamus, novæ oboriuntur molestiæ. Nam considera, quæso, an ista inter se cohæreant: ἃς ἡδονὰς ἔθεμεν, ἀλύπους ὁρισάμενοι, καθαρὰς ἐπονομάσαντες τῆς ψυχῆς αὐτῆς? Dici saltem debuerat καὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς. Verum ne sic quidem omnia in expedito sunt. Dicam igitur, quod sentio. Locus olim ita scriptus fuisse videtur: πέμπτας τοίνυν, ἃς ἡδονὰς ἔθεμεν, ἀλύπους ὁρισάμενοι, καθαρὰς ἐπονομάσαντες ταῖς δὲ αἰσθήσεσιν ἑπομένας. Ista autem τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιστήμας a sciolo quodam adjecta sunt. Qui quum supra §. 115. sqq. ad puras voluptates etiam eas pertinere legisset, quæ e litteris et veritatis studio perciperentur; nunc perversa sententia verba τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἐπιστήμας in margine adscripsit. Stalb.

ἕκτῃ δ' ἐν γενεᾷ—ἀοιδῆς] Extat hic versiculus in Orphic. Fragm. p. 473. ed. Herm. In Plutarchi t. ii. p. 391. ubi hic locus illustratur, pro κόσμον legitur θυμὸν, notante Fischero. Stalb.

κεφαλὴν ἀποδοῦναι] Malim mutari in ἐπιθεῖναι. Sympos. §. 12. Ἐπειδὴ Παυσανίας, ὁρμήσας ἐπὶ τὸν λόγον, καλῶς, οὐχ ἱκανῶς ἀπετέλεσε, δεῖν ἐμὲ πειρᾶσθαι τέλος ἐπιθεῖναι τῷ λόγῳ. Gorg. p. 505. D. Ἀλλ' οὐδὲ τοὺς μύθους φασὶ μεταξὺ θέμις εἶναι καταλείπειν, ἀλλ' ἐπιθέντες κεφαλὴν, ἵνα μὴ ἄνευ κεφαλῆς περιίῃ. Alcibiad. i. p. 105. D. τούτων γάρ σοι ἁπάντων τῶν διανοημάτων τέλος ἐπιτεθῆναι ἄνευ ἐμοῦ ἀδύνατον. Sensu diverso legitur formula Euthydem. p. 272. A. νῦν δὲ τέλος ἐπιτεθείκατον παγκρατιαστικῇ τέχνῃ, ubi quod Heind. malit τῇ παγκρατιαστικῇ τέχνῃ, mihi quidem vocabulum τέχνῃ abjiciendum videtur. Verbum ἀποδοῦναι aliter usurpatur. Id quod intelliges ex hujusmodi locis: Politic. p. 173. Ὁ καλῶς καὶ καθαπερεὶ χρέως ἀπέδωκάς μοι τὸν λόγον, προσθεὶς τὴν ἐκτροπὴν οἷον τόκον καὶ ἀναπληρώσας αὐτόν. Plura hujus generis exempla congessit Wyttenbach. ad Julian. p. 210. ed. Lips. Stalb.

§. 160. τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι] Schol. Ruhnkenii p. 43. ἐκ μεταφορᾶς, inquit, εἴρηται τοῦ ἐν ταῖς συνουσίαις ἔθους. Σοφοκλῆς ἐν Ναυπλίῳ καταπλέοντι. Ἐκιρνῶντο γὰρ ἐν αὐταῖς κρατῆρες τρεῖς· καὶ τὸν μὲν πρῶτον Διὸς Ὀλυμπίου καὶ θεῶν Ὀλυμπίων ἔλεγον, τὸν δὲ δεύτερον Ἡρώων, τὸν δὲ τρίτον Σωτῆρος· ὡς ἐνταῦθά τε καὶ δὴ καὶ ἐν Πολιτείᾳ (libr. ix. p. 583. A.) Anecdota Siebenkeesii p. 36. τέλειος δὲ καὶ ὁ Ζεὺς, ὥστε κατὰ λόγον τρίτον τῷ Διὶ σπένδεταί τε καὶ ὁ κρατὴρ τρίτος τίθεται. Schol. Pindar. Isthm. vi. 10. Διὸς δὲ σωτῆρος ἔλεγον τὸν τρίτον, διὰ τὸ τοὺς τοῦτον πίνοντας σταθεροὺς γίνεσθαι. Idem Scholiasta illud poculum etiam τέλειον vocatum esse dicit διὰ τὸ τέλειον εἶναι τὸν τρίτον ἀριθμόν. Quod quid significet, declarabit Photius: Τρίτος κρατὴρ, Διὸς τελείου σωτῆρος· πρῶτος γὰρ τέλειος ἀριθμὸς ὁ τρία, ὅτι ἔχει ἀρχὴν καὶ τέλος καὶ μέσην. Cfr. Archestrat. apud Athen. i. p. 29. B. xv. p. 675. B. Wesseling. ad Diodor. Sic. iv. Proverbii vim declarat Scholiast. ad Charmid. (p. 167. B.) p. 92. τὸ τρίτον τῷ Σωτῆρι ἐπὶ τῶν τελείως τι πραττόντων. Cfr. etiam interptt. Hesychii Τρί-

ΠΡΩ. Ποῖον δή;

ΣΩ. Φίληβος τἀγαθὸν ἐτίθετο ἡμῖν ἡδονὴν εἶναι πᾶσαν καὶ παντελῆ.

ΠΡΩ. Τὸ τρίτον, ὦ Σώκρατες, ὡς ἔοικας, ἔλεγες ἀρτίως τὸν[t] ἐξ ἀρχῆς ἐπαναλαβεῖν δεῖν[u] λόγον.

ΣΩ. Ναί, τὸ δέ γε μετὰ τοῦτο ἀκούωμεν. ἐγὼ γὰρ δὴ[v] κατιδὼν ἅ περ νῦν δὴ διελήλυθα, καὶ δυσχεράνας τὸν Φι-
II. iii. 252. λήβου λόγον οὐ μόνον ἀλλὰ καὶ ἄλλων πολλάκις μυρίων, εἶπον ὡς ἡδονῆς γε νοῦς εἴη[w] μακρῷ[x] βέλτιόν τε καὶ ἄμεινον τῷ τῶν ἀνθρώπων βίῳ.

ΠΡΩ. Ἦν ταῦτα.

ΣΩ. Ὑποπτεύων δέ γε καὶ ἄλλα εἶναι πολλὰ εἶπον, ὡς εἰ φανείη τι[y] τούτοιν[z] ἀμφοῖν βέλτιον, ὑπὲρ τῶν δευτερείων νῷ πρὸς ἡδονὴν ξυνδιαμαχοίμην, ἡδονὴ δὲ καὶ δευτερείων στερήσοιτο.

II. 67. ΠΡΩ. Εἶπες γὰρ οὖν.

§. 161. ΣΩ. Καὶ μετὰ ταῦτά γε πάντων[a] ἱκανώτατα[b] τούτοιν οὐδέτερον[c] ἱκανὸν ἐφάνη.

—[s] ἐπεξελθόντες pr Δ.—[t] τὸ τὸν rc Σ.—[u] δεῖ w.—[v] νῦν δὴ δυσχεράνας 𝔄ΔΠ, νῦν ΓΛΞΣBCFHw: νυνὶ *s.—[w] νοῦς εἴη 𝔄 et pr ΔΠ, νοῦς ἂν εἴη Λ: νοῦς εἴη ἂν *s.—[x] μακρὸς 𝔄.—[y] τι 𝔄ΔΠ: τὸ *s.—[z] τούτων 𝔄ΔΠ.—[a] γε εἰπὼν τἀγαθὸν πάντων rc

τος κρατήρ. Pierson. ad Mœr. p. 72. Erasmi Adag. p. 571. Stalb.

τἀγαθὸν ἐτίθετο] Recte Bekk. τἀγαθόν. Cfr. ad §. 1. Rell. editt. ἀγαθόν. Euseb. ἔθετο pro ἐτίθετο.—Paullo post malim τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπαναλαβεῖν δεῖν λόγον legere. Omnes editt. etiam Bekk. τὸν ἐξ ἀρχῆς ἐπαν. δ. λ. Verum et ægre desidero articulum τὸ ante δεῖν, neque alterum memini locum, in quo articulus tanto spatio a nomine suo distrahatur.—Mox Euseb. ἅπερ νῦν διελθ. Stalb.

δυσχεράνας κ. τ. λ.] Valde memorabile est, καὶ δυσχεράνας τὸν Φιλήβου—πολλάκις μυρίων. Namque patet exinde, quid potissimum impulerit philosophum, ut hanc quæstionem de pretio sapientiæ et voluptatis deque summo hominis bono institueret. Significat enim Plato his verbis haud obscure, se Aristippi potissimum ejusque amicorum sententiam de voluptate homini ad vitæ felicitatem unice necessaria infringere voluisse, simulque ostendere, sapientiam, licet ea, si voluptates ab illa secretæ sint, humanam felicitatem non unice absolvat, tamen huic longissime esse anteponendam.—Ald. Bas. 1. ὡς ἡδονῆς γεννοῦς. In marg. Bas. 1. γε ὁ νοῦς. Bas. 2. Stephan. Bekker. γε νοῦς. Stalb.

τὸ τοιοῦτον] Non dubito quin pro τὸ scribendum sit τὶ: quod et Fic. agnoscit. Steph.

εἰ φανείη τι τούτοιν] Ita dedi cum Bekk. quod Stephanus conjecerat. Vulgo τὸ τούτοιν. Euseb. τί που τοῖν. Pessime. Paullo post apud eundem pro ὑπὲρ τῶν δευτερείων est ἐπὶ τῶν δευτερείων. Stalb.

§. 161. πάντων ἱκανώτατα] Locum hunc mendose scriptum esse constat: sed ne hæc quidem mihi satisfacit quæ affertur ejus lectio, πάντων ἱκανώτατον κατιδὼν τἀγαθὸν, τούτοιν οὐδέτερον ἱκανὸν ἐφάνη. Nam ut aliud nihil in ea esset incommodi, non bene cohæreret ἐφάνη cum nominativo κατιδών: ac dicendum esset κατιδόντι. usus autem est hoc participio paulo ante, quum dixit, ἐγὼ γὰρ δὴ κατιδὼν ἅπερ νυνὶ διελήλυθα. Quid si vero dicamus, ἱκανώτατον qui-

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα.

ΣΩ. Οὐκοῦν παντάπασιν ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ καὶ νοῦς ἀπήλλακτο καὶ ἡδονὴ μή τοι τἀγαθόν γε αὐτὸ μηδ' ἕτερον[d] αὐτοῖν εἶναι στερομένοιν[e] αὐταρκείας καὶ τῆς τοῦ ἱκανοῦ καὶ τελέου[f] δυνάμεως;

ΠΡΩ. Ὀρθότατα.

ΣΩ. Φανέντος δέ γε ἄλλου τρίτου[g] κρείττονος τούτοιν[h] ἑκατέρου, μυρίῳ γ'[i] αὖ νοῦς ἡδονῆς οἰκειότερον καὶ προσφυέστερον πέφανται νῦν τῇ τοῦ νικῶντος ἰδέᾳ.

ΠΡΩ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΩ. Οὐκοῦν πέμπτον κατὰ τὴν κρίσιν, ἣν νῦν ὁ λόγος ἀπεφήνατο, γίγνοιτ' ἂν ἡ[j] τῆς ἡδονῆς δύναμις.

ΠΡΩ. Ἔοικεν.

§. 162. ΣΩ. Πρῶτον δέ γε οὐδ'[k] ἂν οἱ πάντες βόες τε II. iii. 253.
καὶ ἵπποι καὶ τἆλλα ξύμπαντα θηρία[l] φῶσι τῷ[m] τὸ χαίρειν διώκειν· οἷς πιστεύοντες, ὥς περ μάντεις ὄρνισιν, οἱ

F.—[b] ἱκανώτατον 𝔄ΔΠ et pr Ξ.—[c] οὐ δεύτερον 𝔄.—[d] ἕτερος Λ.—[e] στερομένοιν corr Σ, στερόμενον Ξ: στερομένων *ς.—[f] τελείου ς.—[g] ἄλλου κριτοῦ Λ, ἀλλοτρίου corr Π.—[h] τούτων ΔΠ.—[i] γ' om 𝔄ΔΠ.—[j] καὶ F.—[k] οὐδ' 𝔄ΓΔΠ et corr ΞΣ: οὐκ *ς.—[l] θηρία om Π.—[m] ante τῷ interpungunt ΓΛΣBCEFH.—[n] ἐρῶντας 𝔄ΓΔΠ.—

dem esse legendum, eique adjiciendum τἀγαθὸν, sed verbum εἶπον ex præcedentibus debere subaudiri? Atenim ita legendo, particula δὲ post τούτοιν opus esset. Steph.

Cornar. e vulgata loci scriptura nullum putabat elici posse sensum idoneum. Unde eum sic esse censebat: Καὶ μετὰ ταῦτά γε πάντων ἱκανώτατον κατιδὼν τἀγαθὸν τούτοιν οὐδέτερον ἱκανὸν ἐφάνη. At vero nulla opus esse puto mutatione. Namque ἱκανώτατα non pertinet ad μετὰ ταῦτα, sed adverbii vim habet, ut solent interdum neutra adjectivorum pluralia adverbiorum potestatem sustinere. cfr. si tanti est, Fischer. ad Weller. t. ii. i. p. 216. Matth. Gr. Gr. §. 260. Itaque sensum verborum constituo hunc: *ac postea neutrum horum esse idoneum modo maxime idoneo apparebat.* Ludit in voc. ἱκανόν. Pro ἐφάνη in Euseb. est ἀνεφάνη. Stalb.

ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ κ. τ. λ.] De constructione cfr. Lysid. p. 200. B. τοῦτο μὲν δὴ ἀπήλλακται, μὴ φίλου τινὸς ἕνεκα τὸ φίλον φίλον εἶναι. Herm. ad Viger. p. 811. Heind. ad Parmenid. p. 246.

Sed locus, nisi egregie fallor, mendo occupatur. Ficinus vertit: *Et quum in hac oratione mens et voluptas potestate sufficientiæ perfectionisque carere visæ fuissent, neutram esse bonum ipsum apparuit;* sensum scilicet, non singula verba secutus. Hoc certum puto, pro στερομένων, quod scriptum tenent Ald. Bas. 1. 2. recte a Bekkero στερομένοιν repositum esse. Particulam γε post τἀγαθὸν omittit Euseb. idque recte opinor. Pro αὐτὸ Heind. Specim. Conject. p. 22. emendat αὐτὼ sc. νοῦς καὶ ἡδονή. Verum nec ita omnia sana puto. Quomodo autem locus in integrum restituendus sit, ipse nondum exputo.—Mox post τρίτον apud Euseb. inseritur τινος, et pro ἣν νῦν ὁ λόγος ἀπεφήνατο legitur ὡς νῦν ὁ λόγος ἀπεφ. Non male. Stalb.

§. 162. οὐκ ἂν—φῶσι τῳ τὸ χαίρειν διώκειν] Ita Ald. Bas. 1. 2. Quod nemo non videt prorsus esse solœcum. Nec magis recte habet, quod dedit Bekk. οὐδ' ἂν οἱ πάντες βόες—φῶσι τῷ τὸ χαίρειν. Debebat enim φαῖεν ἂν pro φῶσι dici. Bekkeri lectionem etiam Cod. Palatin. apud Creuzer. Mel. t. i. p. 101.

πολλοὶ κρίνουσι τὰς ἡδονὰς εἰς τὸ ζῆν ἡμῖν εὖ κρατίστας εἶναι, καὶ τοὺς θηρίων ἔρωτας[n] οἴονται κυρίους εἶναι μάρτυρας μᾶλλον ἢ[o] τοὺς τῶν ἐν Μούσῃ φιλοσόφῳ[p] μεμαντευμένων[q] ἑκάστοτε λόγων.[r]

ΠΡΩ. Ἀληθέστατα, ὦ Σώκρατες, εἰρῆσθαί σοι νῦν ἤδη φαμὲν ἅπαντες.

ΣΩ. Οὐκοῦν καὶ ἀφίετέ με;

ΠΡΩ. Σμικρὸν ἔτι λοιπόν,[s] ὦ Σώκρατες· οὐ γὰρ δή που σύ γε ἀπερεῖς[t] πρότερος ἡμῶν. ὑπομνήσω δέ σε τὰ λειπόμενα.

[o] ἢ om Π.—[p] φιλοσόφων Π.—[q] μαντευμένων Η, μεμαντευομένων w.—[r] λόγον 𝔄, λόγω Γ.—[s] ἔτι τὸ λοιπὸν 𝔄ΔΠ.—[t] ἀπερεῖς ΓΞΣBCEFHw et γρ Δ, ἀπορεῖς 𝔄ΔΛ, ἀπαίρεις corr Π : ἀπαρεῖς *ς.

præstat. Heindorf. in Specim. Conject. p. 23. emendat: *πρῶτον δέ γε οὐκ ἂν ἅπαντες βόες τε καὶ ἵπποι—φῶσι, τὸ τὸ χαίρειν διώκειν.* Illud minus commode; hoc etiam male. Eusebius habet *πρῶτον δέ γε οὔ, κἂν ἅπαντες—φῶσι τῷ τὸ χαίρειν διώκειν.* Illud optimum; in ultimis etiamnum hæreo. Ficinus vertit: *Primum tamen locum voluptati boves darent et equi et bruta denique universa, ex eo quod ejus illecebris emancipata sunt: quibus plurimi, fidem præstantes,* ctr. Videtur igitur, neque negantem particulam legisse, et ante verba *τῳ τὸ χαίρειν* plura habuisse vocabula, quæ hodie desunt. Ceterum respexit hunc locum Porphyrius *περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων* l. iii. §. 1. *Σωκράτης,* inquiens, *πρὸς τοὺς ἡδονὴν διαμφισβητοῦντας εἶναι τὸ τέλος οὐδ' ἂν πάντες, ἔφη, σύες τε καὶ τράγοι τούτῳ συναινοῖεν πεισθήσεσθαι ἄν, ἐν τῷ ἥδεσθαι τὸ εὐδαίμον ἡμῶν κεῖσθαι, ἔστ' ἂν νοῦς ἐν τοῖς πᾶσι κρατῇ.* unde fortasse erunt, qui hic sues hircosque reducendos arbitrentur. Stalb.

διώκειν] Post *διώκειν* ponenda interrog. nota videtur. Steph.

ἀπαρεῖς] Bas. 1. 2. Bekk. *ἀπερεῖς.* quod etiam Ficinus legit, qui vertit: *non debes tanquam jam defatigatus prius, quam nos, desistere.* Sed verum est *ἀπαρεῖς.* Verbum *ἀπαίρειν discedendi* significatione positum, sæpissime legitur. Cfr. Hemsterhus. ad Lucian. t. i. p. 296. ed. Bip. Ruhnken. ad Tim. p. 152. Itaque postquam Socrates *οὐκοῦν καὶ ἀφίετέ με* respondit, jam in eo esse cogitandus est, ut discedat. Quocirca Protarchus eum monet, ne hinc abeat, sed quæ reliqua sint, ad finem usque persequatur. Nihilominus ille, relictis disputandi sociis, quasi re peracta subito discedit; discedentique Protarchus acclamat: *ὑπομνήσω δέ σε λειπόμενα.* Itaque non est, quod dialogum fine truncatum existimemus. Imo egregie philosophus lectores inopinatos e media disputatione educit, quemadmodum eos antea ad medium colloquium inopinatos venire jusserat. Quod quidem quanam de caussa ita ab auctore institutum sit, alio loco disputavimus. Stalb.

FINIS VOL. V.